ORDINIS IVDICIARII,

Et de modo procedendi in Causis criminalibus tàm in Foro Ecclesiastico, quàm sæculari

QVAESTIONES XXX.

In duos Tomos distributæ:

In quibus resoluuntur omnes difficultates, & dubia, quæ Prælatis, & Iudicibus occurrere possunt in recta suorum munerum administratione.

His accessit Criminalis Praxis, Canonica, & Regularis, Religionum Prælatis, ac Visitatoribus pernecessaria.

AVTHORE

F. LVDOVICO DE MIRANDA

VALLISOLETANO ORDINIS D. FRANCISCI, & Sacræ Theologiæ in Conuentu Salmanticensi Prælectore.

Cum Summarijs nouiter additis, & Indicibus Quæstionum, & Articulorum, necnon rerum omnium notatu dignarum locupletissimis.

TOMVS SECVNDVS.

VENETIIS, M DC XXIX.

APVD BARTHOLOMÆVM FONTANAM.

Superiorum permissu, & Priuilegijs.

INDEX
QVÆSTIONVM,
ET ARTICVLORVM.
QVI IN HOC ORDINIS IVDICIARII Secundo Tomo continentur.

QVÆSTIO XIX.

QVÆSTIO XX.

QVÆSTIO XXI.

QVÆSTIO XXII.

Quæ-

11 Vtrum

QVÆSTIO XXVII.

7 De

2 Quo-

FINIS.



ORDINIS IVDICIARII,

ET DE MODO PROCEDENDI in causis Criminalibus;

TAM IN FORO ECCLESIASTICO, quàm sæculari agitandis.

QVÆSTIO XIX.

De reis, & modo quo iudices, siue Prælati se gerere debent, in desumenda eorundem confessione; in quindecim Articulos diuisa.

SVMMARIVM.

rem facta, nec tormentis aut metu tormentorum extorta, nec ex Iudicis persuasione, quod probatur per singulas sui partes numero 14.

15 Confessio extorta per interrogatoria suggestiua nihil prodest ad condemnandum, remissiuè.

16 Rei ex sola ipsorum confessione non possunt, seu debent damnari.

Sed debet constare aliter de corpore delicti nu. 17. & quo pacto debeat constare nu. 20. remissimè.

18 Confessio rei dicentis, se occidisse aliquem, qui viuus reperiatur, nihil illi nocet, nec confessio illius, de cuius innocentia patet.

19 Crimen hæresis, an & quando sola confessione rei puniri possit?

21 Confessio rei in iudicio nullo ex defectu ordinis iudiciarij non sufficit ad condemnationem. contra num. 22.

23 Confessio spontanea validat processus nullitatem, etiam ex defectu ordinis iudiciarij.

Secus si ex defectu iurisdictionis, vt nu. 24.

25 Iudex non cogitur condemnare reum, qui confessus est non obstante processus nullitate.

26 Confessus in ciuilibus etiam processu nullo absque sententia cogitur ad soluendum; in criminalibus requiritur condemnatio.

27 Confessio emanata per torturam non validat processus nullitatem; nec inducit condemnationem, nec metu tormentorum emanata. num. 28.

29 Confessio facta in vno iudicio præiudicat confitenti etiam in alios non solum in ciuilibus, verum etiam in criminalibus, contra num. 30.

31 Confessio in iudicio ciuili, vel criminali ciuiliter intentato non sufficit ad condemnandum confitentem in criminali iudicio criminaliter intentato: sufficit tamen ad inquirendum non autem ad condemnandum numero 32.

33 Confessio qualificata non potest pro parte, acceptari, vel impugnari, sed debet vel acceptari, vel impugnari, contra nam.

34 Confessio qualificata in criminalibus scinditur, & pro parte acceptatur, & pro parte impugnatur.

35 Confessio contra confitentem probat.

36 Confessio qualificata scinditur non solum quando emanauit sub duplici structura verborum, sed etiam si facta sit sub vnica verborum forma.

In ciuilibus non scinditur numero 37.

38 Confessio qualificata multò magis scinditur quando qualitas adiecta est non statim, sed ex interuallo.

Et sufficit ad imponendam reo pœnam ordinariam num. 39.

Potest tamen qualitatem hanc probare, nu. 40.

Quid si in principio iurasset dicere veritatem? vide nu. 41.

42 Confessio qualificata etiam, & multo magis scinditur, quando reus à principio negasset delictum, & postea timore probationum, aut alia causa illud qualificatè confessus fuit.

Nec tamen postea prohibetur qualitatem probare nu. 43. quod declaratur ibid.

44 Confessio qualificata scinditur, quando aliundè constat de delicto quam ex dicta confessione.

Et quando possit condemnari in pœnam ordinariam non obstante tali confessione? numero 45. remissiuè.

Quid in confessione qualificata negatiua,

gatiua, de qua numero 46.

47 Reus dicitur ille, qui causam dicere in iudicio aliqua de re cogitur.

48 Reos veritatem dicere, quando legitimè interrogantur à Iudice, ad gloriam Dei pertinet.

49 Iudex, siue Prælatus procedens ex officio iuridicè, atque legitimè in initio litis à reo iuramentum recipere debet.

Non potest petere iuramentum quando procedit iniustè, & non iuridicè, nec præcedente infamia, indicijs, aut semiplena probatione, num. 50.

Et hoc casu reus non tenetur se prodere, nec veritatem dicere, num. 52.

Iuramentum non debet à Iudice absque delectu, & discrimine recipi in initio litis, & quod id sit intelligendum nisi præcedentibus indicijs aut infamia, aut semiplena probatione nu. 53.

54 Iuramentum desumi potest à reo quando boni publici, aut tertiæ personæ commodum interuenit.

Vbi adest periculum periurij, non est desumendum iuramentum, num. 55.

56 Reus non tenetur interrogatus à Iudice iuridicè se prodere, & veritatem dicere & num. 57. 58. 59. 60. 61. contra nu. 62. & sequen. argumentis in contrarium respondetur numero 70. 71. & sequentibus.

63 Quando reus iuridicè interrogatur à iudice, tenetur eidem veritatem dicere, neque potest illam negare, aut celare, etiam si sciat propter suam confessionem rapiendum esse in mortem.

64 Iustitia oritur obbligat sub mortali ad obediendum suis superioribus.

65 Mitius peccat qui veritatem celat, siue occultat, quam qui illam positiuè negat; licet vtrobique sit peccatum mortale.

66 Prælati non possunt imponere subditis præcepta adeo dura, & rigida, vt sint contra naturalem inclinationem naturæ, qua cuncti propriam vitam tueri desiderant.

67 Reus interrogatus iuridicè non respondendo, & veritatem negando iniuriam irrogaret ipsi iustitiæ.

Intellige etiam si interrogetur absque iuramento, & ideo multo fortius cum iuramento, numero 68.

69 Reus non legitimè, & iuridicè interrogatus à iudice de crimine, non tenetur ei veritatem dicere, sed potest ipsam celare, seu appellare.

71 Interrogatus à iudice si veritatem non confitetur, facit contra charitatem Dei, & proximi, & contra iustitiam.

72 Interrogatus iuridicè non seipsum damnat veritatem fatendo, sed delicta, quæ ante præcesserunt, ex quibus iudex mouetur ad condemnandum.

76 Iudex non potest extorquere à reo, id quod ipse non tenetur dicere, & peccat mortaliter.

77 Reo non licet vnquam mentiri iure, siue iniuria à iudice interrogetur.

78 Mendacium natura sua adeo malum, & iniquum est, vt omninò repugnet licitè fieri.

79 Deus an de potentia sua absoluta dispensare possit in eo, quod licitum sit mentiri? communis probabilior est.

80 Reus si iure aut iniuria interrogetur à iudice nunquam potest, & ei licet calumnijs vti.

Et in principio litis datur iuramentum calumniæ, numero 81

82 *De iure ciuili in causa sanguinis ei, qui de capitali crimine est delatus, licitum est transigere, quod est calumniis vti.*

Quod declaratur num. 83. nam iura ciuilia multa permittunt, quæ leges diuinæ non omninò probant ibid.

84 *Iudex si sit incompetens, aut legitimè recusatur, aut non procedat legitimè, & iuridicè, reus non tenetur eidem veritatem dicere.*

85 *Iudex non est Iudex, nisi per legem, & ad ea quæ continentur in lege, nec potest quempiam obligare, nisi per legem.*

86 *Reus non per ius, seu legitimè interrogatus antequam aliud faciat, debet tacere, & nolle loqui, & si cogatur, debet appellare allegando, quod per iniuriam interrogetur.*

87 *Reus quando possit verborum amphibologia vti, si iniustè interrogetur.*

Et quid sit amphibologia numero 88.

89 *Opinio Caietani circa mendacium prolatum in confessione, & iudicio, quæ asserit esse peccatum mortale, quamuis de materia leuissima, & sine iuramento, & quæ extra iudicium esset veniale, contra nu sequen.*

90 *Mendacium in confessione, siue in iudicio prolatum si fiat sine iuramento propter leuitatem materiæ tantum est peccatum veniale.*

91 *Peccatum quod ex se, & ex genere suo est mortale, ex paruitate materiæ fit veniale.*

92 *Prælati, & Iudices non possunt ponere præceptum, quod in rebus leuibus obliget ad mortale.*

93 *Mendacium in sacramento confessionis, seu in exteriori iudicio prolatum est grauius, quam si extra diceretur, cæteris paribus.*

94 *Mendacium in re graui, quando reus legitimè interrogatur, est peccatum mortale, etiam secluso iuramento.*

95 *Quando reus iniustè, & contra iuris ordinem interrogatur à Iudice, siue mendacium sit in re graui, siue leui, dummodo proferatur sine iuramento, non est mortale, sed veniale.*

96 *Reus interrogatus cum iuramento veritatem non dicens in aliquo casu, non peccat mortaliter, quando respondet ad interrogata in communi, non verò in particulari.*

97 *Mentiri etiam in confessione in re leui non est peccatum mortale, nisi mendacium sit principalis materia sacramenti pœnitentiæ.*

98 *Periurium etiam in re leui est peccatum mortale. Et adducitur optima ratio.*

99 *Reus diffamatus, siue conuictus de aliquo crimine potest interrogari de alijs criminibus occultis. contra num. 100. nam conuictus de vno crimine non potest, aut debet interrogari de alijs, neque interrogatus tenebitur respondere. Respondetur argumento contrariæ opinionis nu. 102.*

101 *Conuictus de vno crimine iure potest interrogari de alio in quibusdam casibus.*

103 *Malefactores de consuetudine interrogantur de complicibus, sed contra de iure canonico, & ciuili statutum est, & hæc consuetudo improbatur nu. 112.*

104 *In criminibus vergentibus in perniciem publicam rei possunt interrogari de complicibus.*

Amplia etiam in latrocinio & latronibus, qui non gaudent Ecclesiæ immunitate numero 105.

106 *In criminib. vergentib. in præiudicium tertij, si damnum adhuc*

pendet

pendet in futurum, reus potest interrogari de complicibus.

Et etiam quando crimina natura sua complicem requirunt, si sunt publica, potest interrogari de complicibus, num. 107.

Et hoc vt euitetur scandalum in populo num. 108.

Sed in criminibus natura sua complicem requirentia, si non sint publica, non potest reus interrogari de complicibus, numero 109.

In criminibus, quæ natura sua complicem non requirunt, siue publica, siue occulta sint, non licet interrogare de complicibus, numero 110.

Ex omissione inquisitionis sociorum criminis, si oriatur graue damnum in rempublicam, semper licet interrogare reos de complicibus, nu. 111.

113 *Inquisitio non est necessaria in crimine notorio, sed statim reus est puniendus.*

114 *Infamia præcedente Iudex potest interrogare reum qui tenetur sub mortali respondere.*

115 *Crimine existente publico, & patratore occulto, si sit graue, fieri potest inquisitio; & si reus occultus interrogetur, tenetur respondere.*

Et multo magis, si contra talem reum indicia grauia, & manifesta ex inquisitione resultent, tenetur respondere, nu. 116.

117 *Indicia manifesta, quæ grauia non sunt, sufficiunt ad interrogandum reum infamatum per denunciationem, vel accusationem, & tenebitur respondere.*

118 *Semiplena probatio sufficit ad interrogandum reum per viam denunciationis, siue accusationis.*

Secus in casibus, quando non adest accusator, vel denunciator, & ad sit semiplena probatio, quia non tenetur reus interrogatus respondere nu. 119.

120 *Semiplena probatio cum publicitate facti sufficit ad particularem inquisitionem, & reus tenetur respondere.*

121 *Conuictus de vno crimine quando de aliis possit interrogari?*

122 *Inquisitio sine præcedenti infamia fieri potest in pluribus casibus.*

123 *Denunciatus fraternè, si crimen potest probari, quando teneatur prælato interroganti respondere.*

Si denunciatus sit rebellis, tenetur Prælato respondere, & potest cogi, vt veritatem dicat, numero 124.

125 *Reus non est à confessario absoluendus, nisi veritatem dicat in casibus, quibus ipsam dicere tenetur.*

Aduertuntur aliqua pro confessariis, an & quando teneantur absoluere reos non respondentes ad iudicis interrogata nu. 126. 127. 128. 129.

130 *Reus antequam Iudici respondeat, non est necesse, vt ei notificentur acta processus per Iudicem, contra nu* 131.

132 *Reus neque in foro interiori conscientiæ compellitur, neque in exteriori debet compelli, vt respondeat Iudici, & veritatem fateatur, quousque illi constet ipsum interrogare iuridicè, & legitimè.*

133 *Reus non debet esse prodigus suæ famæ, & honoris, neque sine ratione, & causa se metipsum prodere.*

134 *Praxis obseruanda à iudicibus in desumenda reorum interrogatione.*

pendet in futurum, reus potest interrogari de complicibus.

Et etiam quando crimina natura sua complicem requirunt, si sunt publica, potest interrogari de complicibus, num. 107.

Et hoc vt euitetur scandalum in populo num. 108.

Sed in criminibus natura sua complicem requirentia, si non sint publica, non potest reus interrogari de complicibus, numero 109.

In criminibus, quæ natura sua complicem non requirunt, siue publica, siue occulta sint, non licèt interrogare de complicibus, numero 110.

Ex omissione inquisitionis sociorum criminis, si oritur graue damnum in rempublicam, semper licet interrogare reos de complicibus, nu. 111.

113 Inquisitio non est necessaria in crimine notorio, sed statim reus est puniendus.

114 Infamia præcedente Iudex potest interrogare reum qui tenetur sub mortali respondere.

115 Crimine existente publico, & patratore occulto, si sit graue, fieri potest inquisitio; & si reus occultus interrogetur, tenetur respondere.

Et multo magis, si contra talem reum indicia grauia, & manifesta ex inquisitione resultent, tene[illegible]ndere, [illegible]6.

11[illegible] nife[illegible] uia non [illegible] ndum [illegible] uncia- [illegible], & te- [illegible] re [illegible] len[illegible] cit ad in- [illegible] per [illegible] accus[illegible] [illegible] ndo no[illegible]

accusator, vel denunciator, & ad sit semiplena probatio, quia non tenetur reus interrogatus respondere nu. 119.

120 Semiplena probatio cum publicitate facti sufficit ad particularem inquisitionem, & reus tenetur respondere.

121 Conuictus de vno crimine quando de aliis possit interrogari?

122 Inquisitio sine præcedenti infamia fieri potest in pluribus casibus.

123 Denunciatus fraternè, si crimen potest probari, quando teneatur prælato interroganti respondere.

Si denunciatus sit rebellis, tenetur Prælato respondere, & potest cogi, vt veritatem dicat, numero 124.

125 Reus non est à confessario absoluendus, nisi veritatem dicat in casibus, quibus ipsam dicere tenetur.

Aduertuntur aliqua pro confessariis, an & quando teneantur absoluere reos non respondentes ad iudicis interrogata nu. 126. 127. 128. 129.

130 Reus antequam Iudici respondeat, non est necesse, vt ei notificentur acta processus per Iudicem, contra nu 131.

132 Reus neque in foro interiori conscientiæ compellitur, neque in exteriori debet compelli, vt respondeat Iudici, & veritatem fateatur, quousque illi constet ipsum interrogare iuridicè, & legitimè.

133 Reus non debet esse prodigus suæ famæ, & honoris, neque sine ratione, & causa, semetipsum pro[illegible]re.

[illegible]axis obseruanda à iudicibus in [illegible]sumenda reorum interrogatio[illegible].

pendet in futurum, reus potest interrogari de complicibus.

Et etiam quando crimina natura sua complicem requirunt, si sunt publica, potest interrogari de complicibus, num. 107.

Et hoc vt euitetur scandalum in populo num. 108.

Sed in criminibus natura sua complicem requirentia, si non sint publica, non potest reus interrogari de complicibus, numero 109.

In criminibus, quæ natura sua complicem non requirunt, siue publica, siue occulta sint, non licèt interrogare de complicibus, numero 110.

Ex omissione inquisitionis sociorum criminis, si oriatur graue damnum in rempublicam, semper licet interrogare reos de complicibus, nu. 111.

113 *Inquisitio non est necessaria in crimine notorio, sed statim reus est puniendus.*

114 *Infamia præcedente Iudex potest interrogare reum qui tenetur sub mortali respondere.*

115 *Crimine existente publico, & patratore occulto, si sit graue, fieri potest inquisitio; & si reus occultus interrogetur, tenetur respondere.*

Et multo magis, si contra talem reum indicia grauia, & manifesta ex inquisitione resultent, tenetur respondere, n. 116.

11[illegible] [illegible]

accusator, vel denunciator, & ad sit semiplena probatio, quia non tenetur reus interrogatus respondere nu. 119.

120 *Semiplena probatio cum publicitate facti sufficit ad particularem inquisitionem, & reus tenetur respondere.*

121 *Conuictus de vno crimine quando de alijs possit interrogari?*

122 *Inquisitio sine præcedenti infamia fieri potest in pluribus casibus.*

123 *Denunciatus fraternè, si crimen potest probari, quando teneatur prælato interroganti respondere.*

Si denunciatus sit rebellis, tenetur Prælato respondere, & potest cogi, vt veritatem dicat, numero 124.

125 *Reus non est à confessario absoluendus, nisi veritatem dicat in casibus, quibus ipsam dicere tenetur.*

Aduertuntur aliqua pro confessarijs, an & quando teneantur absoluere reos non respondentes ad iudicis interrogata nu. 126. 127. 128. 129.

130 *Reus antequam Iudici respondeat, non est necesse, vt ei notificentur acta processus per Iudicem, contra nu. 131.*

132 *Reus neque in foro interiori conscientiæ compellitur, neque in exteriori debet compelli, vt respondeat Iudici, & veritatem fateatur, quousque illi constet ipsum interrogare iuridicè, & legitimè.*

133 *Reus non debet esse prodigus suæ famæ, & honoris, neque sine ratione, & causa se metipsum pro[illegible].*

[illegible]*axis obseruanda à iudicibus in* [illegible]*sumenda reorum interrogatio.*

 135 Reus

pendet in futurum, reus potest interrogari de complicibus.

Et etiam quando crimina natura sua complicem requirunt, si sunt publica, potest interrogari de complicibus, num. 107.

Et hoc vt euitetur scandalum in populo num. 108.

Sed in criminibus natura sua complicem requirentia, si non sint publica, non potest reus interrogari de complicibus, numero 109.

In criminibus, quæ natura sua complicem non requirunt, siue publica, siue occulta sint non licèt interrogare de complicibus, numero 110.

Ex omissione inquisitionis sociorum criminis, si oriatur graue damnum in rempublicam, semper licet interrogare reos de complicibus, nu. 111.

113 *Inquisitio non est necessaria in crimine notorio, sed statim reus est puniendus.*

114 *Infamia præcedente Iudex potest interrogare reum qui tenetur sub mortali respondere.*

115 *Crimine existente publico, & patratore occulto, si sit graue, fieri potest inquisitio; & si reus occultus interrogetur, tenetur respondere.*

Et multo magis, si contra talem reum indicia grauia, & manifesta ex inquisitione resultent, tenetur respondere, nu. 116.

11[illegible] [illegible]

accusator, vel denunciator, & ad sit semiplena probatio, quia non tenetur reus interrogatus respondere nu. 119.

120 *Semiplena probatio cum publicitate facti sufficit ad particularem inquisitionem, & reus tenetur respondere.*

121 *Conuictus de vno crimine quando de aliis possit interrogari?*

122 *Inquisitio sine præcedenti infamia fieri potest in pluribus casibus.*

123 *Denunciatus fraternè, si crimen potest probari, quando teneatur prælato interroganti respondere.*

Si denunciatus sit rebellis, tenetur Prælato respondere, & potest cogi, vt veritatem dicat, numero 124.

125 *Reus non est à confessario absoluendus, nisi veritatem dicat in casibus, quibus ipsam dicere tenetur.*

Aduertuntur aliqua pro confessariis, an & quando teneantur absoluere reos non respondentes ad iudicis interrogata nu. 126. 127. 128. 129.

130 *Reus antequam Iudici respondeat, non est necesse, vt ei notificentur acta processus per Iudicem, contra nu* 131.

132 *Reus neque in foro interiori conscientiæ compellitur, neque in exteriori debet compelli, vt respondeat Iudici, & veritatem fateatur, quousque illi constet ipsum interrogare iuridicè, & legitimè.*

133 *Reus non debet esse prodigus suæ famæ, & honoris, neque sine ratione, & causa se metipsum prodere.*

[illegible] *axis obseruanda à iudicibus in assumenda reorum interrogatione.*

rem facta, nec tormentis aut metu tormentorum extorta, nec ex Iudicis persuasione, quod probatur per singulas sui partes numero 14.

15 *Confessio extorta per interrogatoria suggestiua nihil prodest ad condemnandum remissiuè.*

16 *Rei ex sola ipsorum confessione non possunt, seu debent damnari.*

Sed debet constare aliter de corpore delicti nu. 17. & quo pacto debeat constare nu. 20. remissimè.

18 *Confessio rei dicentis, se occidisse aliquem, qui viuus reperiatur, nihil illi nocet, nec confessio illius, de cuius innocentia patet.*

19 *Crimen hæresis, an & quando sola confessione rei puniri possit?*

21 *Confessio rei in iudicio nullo ex defectu ordinis iudiciarij non sufficit ad condemnationem. contra num. 22.*

23 *Confessio spontanea validat processus nullitatem, etiam ex defectu ordinis iudiciarij.*

Secus si ex defectu iurisdictionis, vt nu. 24.

25 *Iudex non cogitur condemnare reum, qui confessus est non obstante processus nullitate.*

26 *Confessus in ciuilibus etiam processu nullo absque sententia cogitur ad soluendum; in criminalibus requiritur condemnatio.*

27 *Confessio emanata per torturam non validat processus nullitatem; nec inducit condemnationem, nec metu tormentorum emanata. num. 28.*

29 *Confessio facta in vno iudicio præiudicat confitenti etiam in alios non solum in ciuilibus, verum etiam in criminalibus, contra num. 30.*

31 *Confessio in iudicio ciuili, vel criminali ciuiliter intentato non sufficit ad condemnandum confitentem in criminali iudicio criminaliter intentato: sufficit tamen ad inquirendum non autem ad condemnandum numero 32.*

33 *Confessio qualificata non potest pro parte acceptari, vel impugnari, sed debet vel acceptari, vel impugnari, contra nam.*

34 *Confessio qualificata in criminalibus scinditur, & pro parte acceptatur, & pro parte impugnatur.*

35 *Confessio contra confitentem probat.*

36 *Confessio qualificata scinditur non solum quando emanauit sub duplici structura verborum, sed etiam si facta sit sub vnica verborum forma.*

In ciuilibus non scinditur numero 37.

38 *Confessio qualificata multò magis scinditur quando qualitas adiecta est non statim, sed ex interuallo.* 1

Et sufficit ad imponendam reo pœnam ordinariam num. 39.

Potest tamen qualitatem hanc probare, nu. 40.

Quid si in principio iurasset dicere veritatem? vide nu 41.

42 *Confessio qualificata etiam, & multo magis scinditur, quando reus à principio negasset delictum, & postea timore probationum, aut alia causa illud qualificatè confessus fuit.*

Nec tamen postea prohibetur qualitatem probare nu. 43. quod declaratur ibid. 2

44 *Confessio qualificata scinditur, quando aliundè constat de delicto quam ex dicta confessione.*

Et quando possit condemnari in pœnam ordinariam non obstante tali confessione? numero 45. remissiuè.

Quid in confessione qualificata negatiua,

gatiua, de qua numero 46.

47 *Reus dicitur ille, qui causam dicere in iudicio aliqua de re cogitur.*

48 *Reos veritatem dicere, quando legitimè interrogantur à Iudice, ad gloriam Dei pertinet.*

49 *Iudex, siue Prælatus procedens ex officio iuridicè, atque legitimè in initio litis à reo iuramentum recipere debet.*

Non potest petere iuramentum quando procedit iniustè, & non iuridicè, nec præcedente infamia, indicijs, aut semiplena probatione, num. 50.

Et hoc casu reus non tenetur se prodere, nec veritatem dicere, num. 52.

Iuramentum non debet à Iudice absque delectu, & discrimine recipi in initio litis, & quod id sit intelligendum nisi præcedentibus indicijs aut infamia, aut semiplena probatione nu. 53.

54 *Iuramentum desumi potest à reo quando boni publici, aut tertiæ personæ commodum interuenit.*

Vbi adest periculum periurij, non est desumendum iuramentum, num. 55.

56 *Reus non tenetur interrogatus à Iudice iuridicè se prodere. & veritatem dicere & num. 57. 58. 59. 60. 61. contra nu. 62. & sequen. argumentis in contrarium respondetur numero 70. 71. & sequentibus.*

63 *Quando reus iuridicè interrogatur à iudice, tenetur eidem veritatem dicere, neque potest illam negare, aut celare, etiam si sciat propter suam confessionem rapiendum esse in mortem.*

64 *Iustitia oritur obbligat sub mortali ad obediendum suis superioribus.*

65 *Mitius peccat qui veritatem celat, siue occultat, quam qui illam positiuè negat; licet vtrobique sit peccatum mortale.*

66 *Prælati non possunt imponere subditis præcepta adeo dura, & rigida, vt sint contra naturalem inclinationem naturæ, qua cuncti propriam vitam tueri desiderant.*

67 *Reus interrogatus iuridicè non respondendo, & veritatem negando iniuriam irrogaret ipsi iustitiæ.*

Intellige etiam si interrogetur absque iuramento, & ideo multo fortius cum iuramento, numero 68.

69 *Reus non legitimè, & iuridicè interrogatus à iudice de crimine, non tenetur ei veritatem dicere, sed potest ipsam celare, seu appellare.*

71 *Interrogatus à iudice si veritatem non confitetur, facit contra charitatem Dei, & proximi, & contra iustitiam.*

72 *Interrogatus iuridicè non seipsum damnat veritatem fatendo, sed delicta, quæ ante præcesserunt, ex quibus iudex mouetur ad condemnandum.*

76 *Iudex non potest extorquere à reo, id quod ipse non tenetur dicere, & peccat mortaliter.*

77 *Reo non licet vnquam mentiri iure, siue iniuria à iudice interrogetur.*

78 *Mendacium natura sua adeo malum, & iniquum est, vt omninò repugnet licitè fieri.*

79 *Deus an de potentia sua absoluta dispensare possit in eo, quod scitum sit mentiri? communis probabilior est.*

80 *Reus si iure aut iniuria interrogetur à iudice nunquam potest, & ei licet calumnijs vti.*

Et in principio litis datur iuramentum calumniæ, numero 81

pendet in futurum, reus potest interrogari de complicibus.

Et etiam quando crimina natura sua complicem requirunt, si sunt publica, potest interrogari de complicibus, num. 107.

Et hoc vt euitetur scandalum in populo num. 108.

Sed in criminibus natura sua complicem requirentia, si non sint publica, non potest reus interrogari de complicibus, numero 109.

In criminibus, quæ natura sua complicem non requirunt, siue publica, siue occulta sint, non licèt interrogare de complicibus, numero 110.

Ex omissione inquisitionis sociorum criminis, si oriatur graue damnum in rempublicam, semper licet interrogare reos de complicibus, nu. 111.

113 Inquisitio non est necessaria in crimine notorio, sed statim reus est puniendus.

114 Infamia pracedente Iudex potest interrogare reum qui tenetur sub mortali respondere.

115 Crimine existente publico, & patratore occulto, si sit graue, fieri potest inquisitio; & si reus occultus interrogetur, tenetur respondere.

Et multo magis, si contra talem reum indicia grauia, & manifesta ex inquisitione resultent, tenetur respondere, nu. 116.

117 Indicia manifesta, quæ grauia non sunt, sufficiunt ad interrogandum reum infamatum per denunciationem, vel accusationem, & tenebitur respondere.

118 Semiplena probatio sufficit ad interrogandum reum per viam denunciationis, siue accusationis.

Secus in casibus, quando non adest accusator, vel denunciator, & ad sit semiplena probatio, quia non tenetur reus interrogatus respondere nu. 119.

120 Semiplena probatio cum publicitate facti sufficit ad particularem inquisitionem, & reus tenetur respondere.

121 Conuictus de vno crimine quando de alijs possit interrogari?

122 Inquisitio sine precedenti infamia fieri potest in pluribus casibus.

123 Denunciatus fraternè, si crimen potest probari, quando teneatur prælato interroganti respondere.

Si denunciatus sit rebellis, tenetur Prælato respondere, & potest cogi, vt veritatem dicat, numero 124.

125 Reus non est à confessario absoluendus, nisi veritatem dicat in casibus, quibus ipsam dicere tenetur.

Aduertuntur aliqua pro confessarijs, an & quando teneantur absoluere reos non respondentes ad iudicis interrogata nu. 126. 127. 128. 129.

130 Reus antequam Iudici respondeat, non est necesse, vt ei notificentur acta processus per Iudicem, contra nu 131.

132 Reus neque in foro interiori conscientiæ compellitur, neque in exteriori debet compelli, vt respondeat Iudici, & veritatem fateatur, quousque illi constet ipsum interrogare iuridicè, & legitimè.

133 Reus non debet esse prodigus suæ famæ, & honoris, neque sine ratione, & causa, semetipsum prodere.

134 Praxis obseruanda à iudicibus in desumenda reorum interrogatione.

135 Reus tenetur respondere in criminibus vergentibus in perniciem publicam, absque eo quod processus acta sibi constent.

136 Cõfessio rei spontanea debet à reo ratificari, ad hoc vt sufficiat ad condemnationem, contra numero 137.

138 Confessio in tortura emanata etiã si non sufficiat ad condemnandũ sine ratificatione spontanea, tamen sufficit, dummodo non fuerit expressè reuocata.

Contraria potest saluari in confessione minoris nu. 139.

140 Indices de aequitate debent facere ratificare confessionem spontaneam factam à reo.

141 Reorum confessio reuocari non potest quando confitentes à principio iurauerunt dicere veritatem, contra ibid.

142 Confessio spontanea, siue in tortura, emanata, erroris praetextu reuocari potest per confitentem, & reuocata non nocet.

Et non solum procedit in confessione minorum, sed etiam in confessione maiorum num. 143.

Ampliat quod sicut potest ex causa reuocari possit multo magis declarari, nu. 144.

Et in confessione iurata nu. 145.

Et acceptata à fisco nu. 146.

Et in confessione deliberata, repetita, geminata, & ratificata, num. 147.

148 Confessionis reuocatio admittenda est etiam si pro ea praecesserint indicia quando non certo scitur, quod calumniosè proponitur dummodo reuocans probet contrarium nu 149.

Quae reuocatio est admittenda necessario nec reposita est in Iudicis arbitrio nu. 150.

151 Reuocatio confessionis non sufficit nisi allegetur, & probetur.

152 Probatio praesumptiua sufficit ad defensionem rei pro plena, & concludenti probatione.

ARTICVLVS I.

Vtrùm reorum confessio desumi debeat in carcere, & post summariam informationem, & an tabellioni debeat, & possit committi?

Prima Conclusio.

SIVE iudex, aut Praelatus ex officio procedat, & per viam inquisitionis: siue verò ad instantiam partis, per viam denunciationis, seu accusationis: reorum † confessio semper desumenda est post summariam informationem, & iam reo in carcerem detruso, vbi negotij qualitas id exposcit. In hac conclusione omnes conueniunt vnanimiter DD. & est id quod communiter, obseruatur in praxi. Curareque debent quam maximè, iudices atque Praelati (fieri si potest) ne rei ipsi ante receptam huiusmodi confessionem, vllo modo cum aliquo colloquantur, vt ne ipsos instruant & ad negandam veritatem inducant, quod in magnum iustitiae ipsius vergere poterit damnum, & detrimentum. 1
Quidquid † autem praedicti rei, coram indice, & notario siue tabellione dixerint, circa delictum, aut delicta, de quibus interrogantur: in scriptis est derigendum, vt habetur in l. 1. ff. de custod. reor. in principio, & iure regio id ipsum habetur, in l. 4. & 6. tit. 29. p. 7. Qua de re videa- 2

deatur Paz in sua praxi tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 4. num. 1.

Secunda Conclusio.

REorum † confessio, nullatenus est soli tabellioni committenda, sed coram iudice ipso, aut Prælato, & notario, siue tabellione facienda. Hęc conclusio habetur expressa à Glossa, in l. iubemus, C. de libera. causa, verb. aliud iudicium, vbi omnes DD. periti id tradunt pro generali regula, de qua videatur Iulius Clarus lib. 5. §. fin. q. 26. num. 1. & 2. & Paz vbi supra nu. 1. Debet igitur iudex siue Prælatus, † reo iam in carcerem detruso, cum tabellione ad carceris locum accedere, & post quam delinquens coram ipso comparuerit, eundem in primis habet interrogare, cuius sit status conditionis, & ætatis. Etsi respondeat se 25. annorum maiorem esse, statim ab eo iuramentum de veritate dicenda recipit, & secundũ negotij circunstantias interrogationes suas eidem facit. Si verò delinquens dixerit se esse minorem 25. annis, atque ita ex eius aspectu apparuerit, iuxta textũ in l. minor 25. annis ex aspectu, ff. de minoribus tunc iudex ante omnia curatorem debet illi dare, quia minor 25. annis non habet legitimam personam comparendi in iudicio, vt probat textus in l. clarum, C. de auctor. præst. alioquin confessio † minoris absque curatore facta, etiamsi minor ipse sponte eam fecerit, milliesque illam ratificauerit, ipso iure nulla erit, vt habetur expresè in l. cum & minores, C. aduersus rem iudicatam, vbi id tradunt omnes communiter DD. pro generali regula. De qua minoris confessione videndus est Anton. Gom. tom. 3. variar. capit. 1. num. 64. & Iulius Clarus lib. 5. senten. §. fin. quæst. 30. num. 2. & quæst. 55. num. 12. & Paz in sua praxi vbi supra num. 2. 3. & 4. & nouissimè Farin. tom. 3. q. 81. de reo confesso, & conuicto, nu. 44. & nu. 352. cum sequentibus, vbi latissimè tractat de hac materia, & qualiter minores si in criminib. aduersus suam confessionem possint restitui. de quibus omnibus in particulari dicere per tempus non licet, videantur ibidem. Sed de modo, quo prædictis minoribus præbendus est curator ad litem, sit tertia conclusio.

Tertia Conclusio.

IN præbendo † curatore ad litem 7
minoribus 25. annis, hic stylus à iudicibus communiter obseruatur in praxi: vt detur siue procurator vnus ex procuratoribus astantibus in iudicio, qui & eiusmodi officium acceptare debet, & iurare in forma de eo munere fideliter exercendo (prout de iure tenetur) qua etiam de re coram iudice fideiussorem præbet, & ambo coram tabellione iurant. Quæ omnia in processus actis debent apponi, ex ipsisque constare: alioquin omnis processus cum minore absque curatore gestus, erit ipso iure nullus, vt dictum est. Quibus peractis, & præsente cruatore, iudex à minore iuramentum de veritate dicenda recipit, quod & ipse præstare tenetur, & ad interrogata respondere, in illis casibus, quibus iudex ipsum legitimè interrogat, atque iuridicè procedit: iuxta textum in dict. l. clarum, C. de auctorit præst. & Glos. in l. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. calum. verb. scire possum. Glos. etiam in l. 2. C. de edendo, & glos. in cap. 1. de iuram. calumn. quas glossas commu

niter esse receptas tradunt oẽs DD. vnanimiter, ni forsan in casibus infe rius dicendis. De quibus omnibus videatur Paz vbi supra num. 7. & 8. & Farinac. etiam vbi supra latissimè à num. 352. cum sequentibus.

ARTICVLVS II.

Vtrum reorũ confessione omnia crimina comprobentur, & an ex ea sola rei ipsi possint, aut debeãt damnari.

Prima Conclusio.

8 Communiter, & regulariter † loquendo, reorum confessione omnia crimina comprobãtur. Hæc conclusio habetur expressa, in l. si confessus, ff. de custod. reor. & l. proinde la 2. ff. ad l. aquil. & l. 1. §. si quis vltro, ff. de quæstionibus, & l. seruos, C. ad l. Iul. l. qui sententiam, C. de pœnis, l. si quis in hoc genus, C. de Episcopis, & Clericis, & in c. 1. 2. q. 1. cuius sunt hæc quæ sequuntur expressa verba. Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut conuictũ, aut sponte confessum. Idem habetur, in cap. primates, & cap. multi eadem causa, & quæst. & in cap. atsi clerici de iudicijs, & sæpè alibi, & idẽ disponitur lege Regia 2. tit. 13. par. 3. & l. 15. tit. 2. p. 7. estque cõmunis omniũ Doctorum resolutio. De qua etiam videndus est Simanc. de cathol. institution. capit. 13. quod est de confessis numero 1. vbi dicit reorum confessionem, esse potissimam delicti cuiusque probationem: nam confitenti contra se aliquod delictum, protinus ei obijci potest, illud quod est apud Lucam capit. 19. Ex ore tuo te iudico serue nequam. Quo circa addit, quod inter omnes probatio-
9 nis † species, reorum confessio primatum & principatum obtinet, & ea est cui contraire, non licet, nec inueniri potest vlla efficacior probatio, & fortiorem illam esse dicit, ex quæ fit per legitimos testes, & facit rem esse notoriam, vt tradit Felin. in capit. de exceptionibus, & capit. cum super de re iudicata, quo fit (inquit) vt vbi adest partis confessio, solemnitas probatoria non requiratur, vt etiam tradit Baldus in authent. sed nouo iure, C. si certum petatur, & ex hoc prodijt vulgare illud dictum, nempe † quod in confes- 10
sum partes iudicis nõ sunt, nisi in dãnando ipsum. Qua de re videatur etiam Anton. Gom. 3. variar. cap. 12. num. 1. & Iulius Clarus lib. 5. §. fin. quæst. 65. nu. 1. in principio, qui prędictus Anton. Gomez in tantum ere dit esse verum, quod communiter & regulariter loquendo sola reorum confessione omnia crimina cõprobentur, vt dicat id procedere & habere locum, etiamsi confessio sit vnica, & sola, † dummodo sit spon- 11
tanea & in iudicio facta: nam illa (inquit) sufficit ad cõdemnationem, etiam sine ratificatione, aut confirmatione aliqua, quod (dicit) probant omnia supradicta iura, & in id ipsum adducit multas Doctorum iurisconsultorum opiniones, quas breuitatis causa facio missas. Nec huic † resolutioni (inquit) obstat 12
textus inl. 2. C. de custod. reorum vbi contrarium omninò insinuatur, & quod vnica sola confessio ad condemnationem non sufficit, sed requiritur geminata vel ratificata, & perseuerantia in prima confessione, per illum textum, & glos. in l. 1. ff. de custod. reor. glos. etiam in l. vnica, C. de confessis: nã dicit quòd ille textus & glossę prędictę, intelligẽdę sunt, quando confessio est extorta, & in tormentis facta: secus est autem de illa, quæ est libera & spontanea, de qua in præsentiarum est sermo, & de qua modò dicamus, quod communiter, & regula-

gulariter loquendo omnia crimina comprobantur, qua de re videatur Simancas vbi supra, à numero 3. cũ sequentibus, & Farinacius tom. 3. quæstio. 81. de reo confesso, & conuicto, à nu. 1. cum sequentibus, vbi
13 dicit, quod ad hoc; † vt ex sola reorum confessione crimen aliquod comprobetur, necessum est, vt confessio ipsa sit iudicialis, clara, & distincta, & iuxta processus acta verosimilis: non æquiuoca, aut dubia, sine per errorem; nec tormentis extorta, aut metu instantium tormentorum emissa, nec facta ex magna iudicis persuasione, falsò reum persuadentis, & veniam sine impunitatem delicti illis promittentis. Quæ doctrina pro eo, quod solemnis est, atque notatu dignissima, altius à nobis est expendenda, & per
14 singulas particulas explicanda. † Et in primis, id quod dicitur, quod ad hoc vt reorum confessio quidquam valeat, & per ipsam delictũ aliquod comprobetur, necessum est, vt sit iudicialis: adeò certum est, vt in controuersiam adduci non debeat, aut possit. Extraiudicialis enim confessio, etsi ad torturam sufficiat regulariter loquendo, non tamen plenam facit probationem, sicut nec illa, quæ fit coram iudice incompetenti. Qua de re videatur latissimè Farinacius supradictus vbi supra in dicta quæstio. 81. cap. 6. à num. 188. cum sequentibus, & cap. 7. à numero 1. cum sequentibus latissimè. Quod verò confessio prædicta esse debeat clara, & distincta, perspicuum etiam est: nam generalis, incerta, æquiuoca, & dubia, nihil probat, vt habetur expresse in l. certum, ff. de confessis, & tradit Farinacius quæstio. supradicta num. 31. & 32. huius rei rationem reddens, quia generalitas, ambiguitatem parit, iuxta gloss. in l. quoties, ff. de verb. significat. Quo fit, vt confessio ad hoc vt ad condemnationem sufficiat, esse debeat clara, & distincta, certa, expressa, seu explicita, prout tradit Felin. in cap. at si clerici de iudicijs, numero 1. in principio, vers. quarto limita. Nec etiam quidquam probat reorum confessio, quæ iuxta processus acta non fuerit verosimilis, quia quod verosimile non est, non bene potest iudicis animum instruere: per l. 1. ff. de quæstionibus, §. Decius Seuerus, qua etiam de re videatur prædictus Farinacius dicta quæstio. 81. numero 29. & 30. & num. 40. Neque etiam confessio esse debet per errorem facta, & quæ hoc modo fit lapsu linguæ, vel sine deliberatione, statim potest optimè reuocari. De quo videatur Farinacius vbi supra numero 43. & numero 56. 57. 58 & 59. & latius à numero 316. cum sequentibus. Nec etiam probat delictum (nisi postea sponte & liberè ratificetur) confessio quæ tormentis, seu tormentorum metu fuerit extorta, vt latissimè probat idem Farinacius dicta quæstio. 81. num. 8. & Latius quæstio. 83. cap. 2. à numero 32. cum sequentibus. Sicuti neque illa quæ fuerit facta ex magna iudicis persuasione reum decipientis, & veniam sibi falsò promittentis, vtpote si iudex dixerit reo: Confitere: noli timere: ipse te liberabo, nullam tibi imponam pœnam. Eiusmodi (inquam) confessio, haudquaquam delictum probat plenè, nec videtur, quod ex ea (nisi alia adsint) iudex cõtra reum aliquid possit moliri. Tum quia talis confessio non esse videtur voluntaria, & libera, cum (vt supponitur) reus iudicis metu, dolo, aut fraude fuerit deceptus: & ex probabili suæ liberationis spe ad eandem faciendam subinductus: tum etiam quia prædicta confessio iniustè est extracta, atque omninò iniusta, ex quo proinde sequitur, quod ipsius prætextu, iudex contra

reum

reum nihil quod sit iustum possit efficere. Et quod hoc ita sit dicendum ex eo patet, nam paria esse videntur, quæ dolo, & fraude fiunt, & quæ fiunt metu. Cum igitur confessio metu facta, parum aut nihil valeat (vt tenet communis opinio) quia non censetur vti par est spontanea, & voluntaria: idem omninò dicendum videtur de illa, quæ fit ex magna, & falsa iudicis persuasione reũ decipientis, & veniam sibi falso promittentis, ita quod non aliter eiusmodi confessio facta fuisset. Qua de re videatur Antonius Gomez tom. 3. variar. capit. 12. num. 6. & Iulius Clarus lib. 5. recept. sentent. quæstio. 55. §. fin. numero 9. & Farinacius in dicta quæstio. 81. numero 42. & latius num. 278. cum sequentibus latissimè. Ex quibus planè colligitur, quam malè faciunt iudices, atque prælati, qui contra ius, & contra omnem prorsus rationem, reos falso quandoque decipiunt, veniam, atque delictorum impunitatem eisdem promittentes, & ea, quæ postea adimplere iustè minimè possunt: cum ad ipsorum propositum parum, aut nihil valeat eiusmodi extorta & fraudulenta confessio, vt tenent omnes communiter DD. per per textum in l. 1. ff. de dolo, & textum in l. etiam 1. ff. quod metus
15 causa. Idem omninò † dico de illa confessione, quæ fuerit extorta, per interrogatoria suggestiua, de qua videatur Farinac. supradictus quæstio. 83. capit. 4. à numero 84. cum sequentibus, vbi latissimè explicat quænam dicantur interrogatoria suggestiua, quam plurima eorundem adducendo, quæ cum adducere per tempus non liceat, videri poterunt ibidem.

Secunda Conclusio.

QVamuis communiter & regulariter loquendo (vt dictum est) reorum confessione omnia crimina comprobentur: probabilissimum tamen est, † quod 16
ex sola ipsorum confessione, haudquaquam possunt, seu debent dãnari, nisi aliter etiam de delicto constet. Huius conclusionis contrariũ tenete Anton. Gomez to. 3. variarum c. 12. nu. 3. dum dicit simplicem reorum confessionem, etiam sine ratificatione, sufficere ad eorundem condemnationem, & plenam, atque perfectam efficere delicti cuiuslibet probationem, quod etiam sentire videtur Farinacius dicta quæst. 81. de reo confesso, & conuicto, à numero primo, cum sequentibus, sed quidquid sit de opinionibus, resolutio à nobis posita, est verior tenenda atque sequenda. Tum quia magis pia, magisque iuri, atque rationi conformis: tum etiam quia eam tenent grauissimi DD. sed præsertim, Simanc. libro suo aureo de catholic. instit. capit. 13. num. 2. & Iulius Clarus libro 5. sententiar. quæstio. 55. numero 10. Paz etiam in sua praxi tom. 1. parte 5. capit. 3. §. 4. numero 20. & multi alij sequuti Baldum in capit. at si clerici, de iudic. numero 7. & Paulum Castr. in authentico, sed nouo iure, C. de seru. fugitiu. qui & eam probant, per textum in lege prima, §. item illud, ff. ad S. C. Syllanian. & textum in lege etiam prima, §. si quis vltro, ff de quæstionib. & textum in l. absentem, ff. de pœnis. Cuius etiam ratio in promptu est, ne ex cõtrario facto, fortè contingat innocentes falsa confitentes damnari. Quo fit vt præter reorum confessionem, † necessum etiam esse videatur, vt 17
etiam aliter de delicto, siue delictis constet. Cui accedit, quia non esse vide-

videtur consonum, aut rationi conforme, vt positum sit in cuiuspiam voluntate vitam suam profundere, & famam, siue honorem prodigere, vt habetur in cap. si non licet 23. q. 5. à qua sententia, & resolutione, haudquaquam discedit Farinac. vt videre est in dicta quæst. 81. à num. 1. cum sequentibus. Nam quamuis in principio dicat, reorum confessionem iudicialem, communiter loquendo, ad eosdem condemnandos sufficere, & in cõfessum iudicis partes non esse, nisi tantummodo in eũdem condemnandum: idque tradat pro generali regula, ipsam dilatando, & ampliando: postea tamen à num. 21. etiam cum sequentib. eandem modificat, dicendo, quod tantum procedit in confessione vera, secus est autem in confessione falsa, & veritati contraria. Vnde & dicit, † confessio rei dicentis se occidisse aliquem hominem, qui viuus reperiatur, tanquã falsa, in nihilo nocet confitenti: quod probat aliquibus iuribus, & multis Doctorum auctoritatibus Et addit, quod pariter non nocet confitenti confessio illius, de cuius innocentia iudici constat, nec dum ante sententiam, verum etiam post ipsam: licèt in hoc vltimo casu, pro liberatione confitentis consulendus sit Princeps, per textum in l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæstionib. Pro hac etiam resolutione faciunt multa alia, quæ inferius dicit prędictus Farinac. circa reorum confessionem (quorum supra fecimus mentionẽ) nempe quod ad hoc vt reis noceat siue nocere possit, esse debet (necdũ non falsa) verum etiam verosimilis, & ex suis particularibus circunstantijs probabilis, & quod aliter nihil operabitur, haud quidquam confitenti nocebit, quod quidem verum habet, non solum in laicis, verum etiam & in clericis, qui ex sola eorundem cõfessione, absque eo quod aliter etiam de delicto constet, minimè debent damnari, idque præsertim, vt probè tradit doctissimus Paz vbi supra: nam ratio (inquit) quæ militat in laicis, multò magis militat, & perstringit in clericis, quorum integra fama tantoque est Reipublicæ necessaria, cum sint in altiorem locum subleuati, vt tanquam in speculum, reliqui in eos oculos conijciant, & ex ipsis sumant, quod imitentur, iuxta textum in cap. qualiter & quando el. 2. de accusatio. & cap. cleros dist. 21. facit & ad hoc Concil. Trident. Sessio. 4. de reformat. capit. 1. Et hanc opinionem tenere dicit Baldum, & Barbat. vbi supra, dum ad textum in cap. at si clerici de iudicijs, agentem de clericis, addendum putant, modò confiterentur de crimine commisso, & constet de illo. Quod prædictus Paz dicit esse tenẽdum, quamuis Bern. Diaz in sua practic. crimin. cap. 127. resoluat clericum condemnari posse ex sola sua confessione, absque eo quod de delicto commisso constet. Quamuis au- 19
tem omnia superius dicta vera sint, in crimine tamen hæresis, † pro eo quod in animo, & corde quandoque latet, & de eo plerumque non potest aliter, quam per propriam confessionem constare: benè possunt rei ex sola sua confessione damnari, prout dicit Simanc. vbi supra num. 2. & probat de mente Baldi in l. si quis non dicam, C. de Episcopis, & cler. & Felin. in cap. audiuis de præscript. & quorundam aliorũ, qui videri poterunt ibidem. Sed addit prædictus Simancas, quod etiam in hoc casu, nisi hæresis alio modo sit probata, non debet hęreticus, qui occultam hæresim confitetur, puniri pæna ordinaria, & quinvero occultè ab eis est absoluendus: nec bona eius sunt confiscanda, neque adiurare debet publicè: quia (inquit) secreta peccata, secreta confessione, & occulta satis-

satisfactione purgantur, prout tradit
3 infra num. 21. Quonam † pacto in prędictis casibus, aliter de delicto debeat constare, tradit eleganter Iulius Clarus lib. 5. recept. senten. quęstio. 55. num. 11. quod & videri poterit ibidem, nam libri huius angustia, haud quaquam patitur, vt hæc simul omnia ex professo tractentur, & ad vnguē explicentur: esset enim extra propositum, ac labor ingēs, & immēsus, & (quod dicitur) in alienam messem falcem mittere. Hæc pro isto articulo dicta sufficiant.

ARTICVLVS III.

Vtrum reorum confessio, validet nullitatem processus, quando aliàs aliqua ex causa fuerit nullus?

CIRCA difficultatem præsētis articuli, non desunt qui dicant, quod quamuis confessio facta in processu nullo, ex defectu ordinis iudiciarij, præiudicet confitenti in ciuilibus, non autem in criminalibus. Hanc sententiam & opinionem tenent plures Doctores relati per Farinac. tom. 3. quęst. 81. num. 67. pro qua allegant Glossam in l. penul. ff. de quæstionib. & dicūt,
21 quod eiusmodi † confessio facta in iudicio nullo ex defectu ordinis iudiciarij, non sufficit ad condemnandum reum, quod & sequenti ratione probant: nam cum facta fuerit in iudicio nullo (vt supponitur) non habet vim nisi confessionis extraiudicialis, ex quo proinde sequitur, quod ad reum condemnandum minimè sufficiat, licet valeat ad torquēdum ipsum. Vbi enim (inquit) subiectum nullum est, omne etiam accessorium super ipsum fundatum, nullum esse, & corruere necesse est, & sicut sententia prolata à non suo iudice, pro eo quod ipso iure est nulla, nullum operatur effectum: ita etiam dicunt, quod confessio prædicta nulla, ex defectu ordinis iudiciarij, nullum etiam operatur effectum, & quod in tali casu, quando ob prædictam causam processus est nullus, multò est melius, ac tutius, reum ab instantia & obseruatione eiusmodi iudicij absoluere, ac nouū processū incohare, quam ex ipso ad vlteriora procedere. Hoc est supradictorum placitum. Sed his † nihilominus non 22
obstantibus, contraria sententia est verior, & tenenda, & quæ communiter obseruatur in praxi: pro qua sequentem statuo conclusionem.

Conclusio.

COnfessio † iudicialis, & spontanea, processus validat nullitatem, etiam ex defectu seruati 23
ordinis iudiciarij. Hæc conclusio est expressa supradicti Farinacij tom. 3. quæst. 81. de reo confesso & conuicto num. 5. vbi dicit hanc doctrinā esse originaliter excerptam ex Innocentio in cap. qualiter & quando el 2. de accusation. num. 7. vers. non negamus tamen, quem inquit sequuntur omnes DD. communiter. Sed latius tenet eādem infra in eadem q. num. 66. vbi tradit pro generali regula, quod prædicta confessio iudicialis, & spontanea, validat processus nullitatem: addendo, quod vbi habemus rei confessionem, non attenditur defectus ordinis iudiciarij, nec id facit, quin confitens possit condemnari: pro quo allegat illud Ouidij: *Non est confessi, causa tuenda rei.* Allegat etiam textum in cap. 1. de accusat. lib. 6. vbi habetur, quod sufficit ad condemnandum confessio, etiāsi inquisitio formata fuerit non pręcedente infamia, & etiamsi ipsius capitula exhibita non fuerint reo inquisito, quod & tenere dicit ibidem Archidiaconum, verbo confessus, &
in

in id ipsū plures in numeros allegat DD. quos breuitatis gratia facio missos. Sed specialiter videatur hac de re Anton. Gom. tom. 3. variar. ca. 12. n. 8. vbi dicit idē omninò, quod Farinacius, & in tantum esse verum quod rei ex sua sola confessione possunt damnari, vt procedat, & habeat locum, etiamsi eiusmodi confessio fiat, & contineatur in processu nullo, & inualido de iure, quia fortè accusator fuit inhabilis, vel libellus ineptus, aut defecit aliqua solemnitas, & ordo iudiciarius. Verba sunt expressa supradicti Ant. Gom. Quod probat argumento textus in l. si confessus, ff. de custodia reorum, cum similibus, quibus habetur quod confessus statim debet damnari: ex quo (inquit) sequitur, & infertur clare, quod nulla alia solemnitas requiritur, aut forma processus attenditur, vbi adest iudicialis & spontanea confessio: pro quo facit (inquit) & textus in l. proinde la 2. §. fin. ff. ad l. Aquil. vbi etiam habetur, quod in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando. Facit & textus in cap. 1. de accusatio. li. 6. vbi punitur quis ex sola confessione sua propria, licèt antea diffamatus non fuisset, & aliæ solemnitates iuris defecissent in formanda inquisitione. Facit & tex. in c. pisanis de rest. spoliat. vbi confessio, etiam in processu nullo, valet, & tenet. Post quæ prædictus Anton. Gomez in eandem sententiam in numeros affert DD. & dicit eam esse communem legistarum, & canonistarum. Nec prædictis (inquit) obstat, textus valde notabilis, in c. at si clerici de iudicijs, vbi habetur, quod confessio † facta coram iudice incompetente, est ipso iure nulla, & ex ea nullo modo potest sequi condemnatio: quia (inquit) debet intelligi quando nullitas consistit ex defectu iurisdictionis, secus vero si consistat ex defectus alterius solemnitatis de iure requisita, quod ita esse colligit ex mente omnium Doctorum vbi supra. Hac de re videatur etiam Iulius Clarus lib. 5. §. fin. quæst. 55. num. 3. vers. item posse allegare, vbi refert plures Auctores, attestantes hanc esse opinionē communem, & dicit quod illam in iudicando intrepide sequi debemus, tāquam veriorem, & canonizatam in iudicijs, & scholis. Videatur etiam supradictus Farina. loco vbi supra, à num. 98 vsque 76. cum sequentibus, vbi regulam generalem prædictam illustrat quampluribus adhibitis ampliationibus. Sed in sequenti num. 77. etiam cum sequentibus, limitat eam dicendo, † quod licet iudex possit, si velit, condemnare reum 25 confessum, non obstante processus nullitate, non tamen (inquit) cogitur: pro quo allegat Angelum consil. 178. in fine, quem sequitur Decius in c. at si clerici, de iudicijs, nu. 36. etiā in fine, vbi dicit, esse hanc declarationem notabilem, & Bosius in titulo de confessis num. 40. ad finem, dicit hoc esse valde notandum, pro casu, quo quis habet iudicem fauorabilem. Secundò limitat Farinacius supradictam regulam generalem dicendo, quod licèt confessio † validet processus nullitatem, ac 26 etiam in ciuilibus suppleat defectū sententię, pro eo quod confessus non condemnatur, sed sine alia condemnatione ad soluendum cogitur, per textum expressum in l. vnica C. de confessis, & ibi Glossa, & omnes DD. communiter, & l. certum, ff. eod. tit. in criminalibus tamen, non supplet defectum sentētiæ, quia nisi reus condemnetur, non habetur pro condemnato, quin verò sententia, & condemnatio requiritur, per l. si confessus, ff. de custod. reor. & plura alia iura, quæ ibi allegat. & multos DD. id ipsū sētiētes. Plures alias prędictæ generalis regulę adducit Farinacius

limi-

limitationes, quarum est præcipua, vt non procedat, nisi in confessione spontanea: secus est autem in illa,
27 quæ fuerit † facta per torturam: etiamsi legitimis præcedentibus indicijs emanauerit, ac etiam quod fuerit ratificata: nam ex tali (inquit) confessione, stante processus nullitate, & iuris ordine non seruato, cōfessus haudquaquam damnari potest: quod probat à num. 83. cum sequentibus, multis relatis Auctoribus, sed præsertim Beroio in cap. at si clerici de iudicijs, à num. 60. vsque 67. & Follerio in practica crimin. p. 3. num. 88. verb. etsi confitebuntur, & Mascard. lib. 1. de probatio. conclu. 357. num. 4. Nec solum confessio per torturam facta, non validat processus nullitatem, verumetiam
28 † nec metu tormentorum emanata, neque ad condemnandum sufficit, vt tenent omnes supradicti DD. Qua etiam de re videatur Anton. Gomez loco vbi supra, capit. 13. de tortura reorum numero 25. vbi hoc multis probat, & respondet contrarijs: videatur etiam Farinacius vbi supra, vbi ad hoc propositum dicit plura, eaque notatu dignissima. Sed tandem concludendo inquit, quod licèt reus confessus condemnari possit ex processu nullo: non tamen potest condemnari in pęnam ordinariam, sed tantummodo in extraordinariam secundum Beroium, & plures alios DD. quos ibi citat, quod multum est notandum, ac memoriæ commendandum: & hæc pro isto articulo breuiter dicta sufficiant.

ARTICVLVS IV.

Vtrum reorum confessio, facta in vno iudicio, valeat, & probet in alio, ad condemnandum ipsos?

CIRCA hunc articulum est multorum Doctorum opinio, quod confessio † facta in vno
iudicio præiudicat confitenti, etiam 29
& in alio, non solum in ciuilibus, verumetiam in criminalibus. Hanc sententiam tradit pro generali regula Farinacius tom. 3. quæstio. 81. de reo confesso, & conuicto cap. 3. à numero 92. cum sequentibus, quam & probat multis Doctorum auctoritatibus, & dicit esse opinionem communem, licèt ab ea postea discedat, vt dicemus statim. Et quidem quod confessio facta in vno iudicio valeat, atque præiudicet etiam & in alio, colligi videtur, ex l. iubemus, C. de liberali causa, vbi id ipsum tenent multi DD. sed præsertim Baldus, relatus per dictum Farinacium, vbi supra numero 92. Quam generalem regulam in sequentibus numeris ampliandam esse dicit, vt procedat non solum in ciuilibus, verumetiam in criminalibus, quod probat multorum Doctorum auctoritatibus: & quod confessio criminis facta in iudicio ciuili, vel in causa criminali ciuiliter intentata, præiudicet confitenti etiam in criminali iudicio. hæc supradicti Doctores. Sed nihilominus contrarium † est verius, & te- 30
nendum: pro quo sequentem statuo conclusionem.

Conclusio.

COnfessio facta † in iudicio ci- 31
uili, vel criminali ciuiliter intentato, non sufficit ad condemnandum confitentem, in criminali iudicio

iudicio criminaliter intentato. Hanc sententiam tenet Abbas in cap. qualiter & quando el 2. de accusationib. nu. 35. vers. sed contrarium, pro quo allegat glossam in cap. ex pænitentibus dist. 50. & eandem tenet Felinus ibidem nu 46. & 47. & ante eos fuisse videtur sententia Baldi, in l. quod euitando, num. 1. in fine, C. de condi. ob turp. causam, vbi (inquit) quod confessio facta in iudicio ciuili, operatur idem, quod in criminali fama, siue denunciatio iudicialis, ex qua iudex potest processum inchoare: ex quo tenere videtur, quod licèt prædicta confessio † sufficiat ad inquirendum, non tamen sufficit ad condemnandum. Quod etiam tenet Felinus in cap. causam quæ de testibus nu. 22. Qua de re videatur Masc. lib. 1. de prob. concl. 348. num. 19. vbi in hanc sententiam plures DD. refert, asserentes, quod quãdo variatur modus agendi, confessio facta in vno iudicio, non præiudicat in alio quoad condemnandum. Quæ opinio tãquã verior (licèt aliam dicam esse cõmunem) placet magis Iulio Claro in sua pract. crimin. §. fi. q. 54 nu. 6. versic. sed pone, quod exhibeatur, vbi propterea dicit, quod eiusmodi confessio in iudicio ciuili emanata, in criminali non facit nisi semiplenã probationem, & iudicium ad torturam: cuius & reddit rationem, quia facta est coram alio iudice, & ad alium finem: & ait, quod si casus contingeret, ita ipse obseruaret in praxi. Cuius sententia, & ratione permotus Farinacius loco vbi supra num. 95. à supradicta discedit generali regula, quod & latius prosequitur infra numero 273. cum sequentibus, vbi prędictam nostram conclusionem probat multis Doctorum auctoritatibus (quas breuitatis gratia omitto) agendo de confessione incidenter emanata in vno iudicio, an probet & præiudicet confitenti etiam in alio ad eundem condemnandum? vbi respondet & dicit quod non, sed tantum ad torquendum, videatur ibidem. Quæ pro isto articulo breuiter dicta sufficiant.

32

ARTICVLVS V.

Vtrùm confessio qualificata, pro parte possit acceptari, & pro parte impugnari?

CONFESSIONEM qualificatam voco, eam quæ fit cum aliqua qualitate adiecta, vt quãdo (v.g.) denunciatur, siue accusatur quis, aut inquiritur de aliquo commisso à se crimine (vt puta homicidio) & interrogatus fatetur se illud commisisse, sed adijciendo dicit illud fecisse ad propriam sui ipsius defensionem. Quod fieri potest dupliciter, sub vnico structu & forma verborum, vt dicendo, occidi illum me defendendo, vel ad meam defensionem: vel sub duplici, dicendo occidi illum, sed feci ad meam propriam defensionem. Item & fieri potest respondendo absolutè negatiuè, vel adiecta conditione, vt latius postea dicemus. Circa quam difficultatem, Iurisperiti & DD. non sunt vnanimes, sed quam maximè inter se diuisi.

Est hac in re prima opinio (quidquid sit in ciuilibus) quod in criminalibus confessio qualificata, etiam † facta ab eo, qui habet contra se 33 præsumptionem, non potest pro parte acceptari, & pro parte impugnari, sed debet, vel acceptari, vel impugnari. Hanc sententiam tenet Baldus in l. 1. num. 43. C. de confessio, vbi licet contrariam opinionem veriorem esse credat: hanc tamen dicit à DD. communiter esse receptã. Qua de re videatur Farinac. tom. 3. quæstio. 81. artic. 4. numero 112. vbi

in

in id ipsum plures alios refert DD.q. & facit Masc.lib.2.de proba. concl. 867.nu.13.& nu.14.vbi pro hac opinione aliquas affert rationes, & fundamenta ponit. Sed his nihilominus non obstantibus, in contrarium est veritas, quæ explicabitur per sequẽtes conclusiones.

Prima Conclusio

34 QVANDO † quis interrogatur de aliqua re prohibita in criminalibus, & habet contra se præsumptionem, confessio ipsius qualificata scinditur,& pro parte potest acceptari, & pro parte impugnari. Hæc conclusio est originaliter excerpta ex Bart.in l. Aurelius, §.item quæsiuit ff.de liberali causa, quem etiam sequitur Bal. in l.1. nu. 44.C.de confessis,vbi plurib.iuribus & rationibus hanc sententiam probat,& respondet contrarijs,dicendo quod iudices admittere non debent eiusmodi qualificatam confessionẽ. Qua de re videatur Farinacius loco vbi supra numero 110. & 111. vbi hanc sententiam dicit esse communem,& probat eam multis adductis Doctorum auctoritatibus. Sed specialiter eandem tenet Iulius Clarus lib.5. suarum sentent. quæstio. 55. num. 15. vers. posset quoque reus, vbi reprobat Marsilium tenentem contrarium: & dicit hanc esse opinionem magis communem, magisque practicatam,& ab ea non esse in iudicando recedẽdum. Quod etiam dicit Mascard.lib.2.de probationib. conclus.490.num.17. & concl. 867. num.1. Pro hac etiam opinione facit
35 illud, quod communiter † dicitur, quod confessio contra confitentem probat, non autem pro eo quod tenet etiam glossa in cap.finali,de confessis versic.item quod contra se: & ibi Abbas post alios num.13.

Secunda Conclusio.

SVpradicta confessio † qualificata scinditur,non solum quando qualitas confessioni adiecta est sub duplici structura verborum,verumetiam etsi facta sit sub vnica verborum forma. Hanc conclusionem tenet expressè Farinacius loco 36
vbi supra,num.113.& 114. vbi probat eam multis Doctorum auctoritatibus, quamuis & in sequenti numero 115. dicat confessionem enarratam sub vnica verborum structura,de mente multorum aliorum Doctorum non posse scindi, & pro parte acceptari, pro parte verò impugnari,sed contrariũ est verius, & tenendum. Vtque prædicta conclusio planior fiat, dico (vt dictum est supra) quod prædicta confessio qualificata potest dupliciter fieri,vno modo sub duplici structu, siue contextu verborum: vtputa si quis interrogatus de homicidio, dixerit verũ est,quod occidi Petrum,sed illud feci ad propriam meam defensionem: quo casu omnes communiter Doctores tenent eam posse scindi,& pro parte acceptari, & pro parte impugnari: alio modo fieri põt sub vnico verborum structu, dicendo occidi Petrum me defendendo, vel ad meam defensionem: & de hac confessione dicitur in præsenti conclusione, quod etiam potest scindi, & pro parte acceptari, & pro parte impugnari: non solum quando qualitas adiecta tendit ad omnimodam impunitatem,siue excusationem delicti, verumetiam si tendat ad mitigãdam pœnam ipsius, vt si quispiam dixerit, occidi non animo occidendi: quod tenet expresſè Baldus in l. 1.C.de confessis,num.44.(licèt contrariam sententiam communem esse dicat)& Abb.in c.auditis,de præscrip.nu.32. & plures alij DD.relati

per

per Farinacium loco vbi supra, sed nouissime Foller. in sua pract. crim. verbo etsi confitebuntur p. 1. nume. 47. vers. & tunc fit distinctio, iuncto versu aut contra illam, vbi distinguendo dicit, quo licet in ciuilibus
37 † confessio emanata sub vnico verborum structu non scindatur, secus est autem in criminalibus. Et ratio discriminis est, nam in primo casu, contra confitentem nulla est iniuris præsũptio: in secundo verò sic. Quod etiam aduertit Bosius, tit. de confessione num. 20. & nu. 36. vbi dicit esse hanc opinionem communem, licet non inficietur magnos habere contradictores: quam contradictionem diluere volens Decius, in cap. cũ venerabilis de exceptionibus, nu. 87. in fine, vers. & ista opinio Abbatis, distinguendo dicit, quod prædicta cõfessio, emanata, sub vnico structu verborum, scindi potest, & pro parte acceptari, quoad impositionem pœnæ extraordinariæ: secus est autem quoad pœnam ordinariam, & iuxta hunc sensum intelligendam esse doctrinam Abbatis in dicto cap. auditis. Qua de re videndus est supradictus Farina. loco vbi supra nu. 116. & latius num. 157 cum sequentib. & Mascar. lib. 2. de probatio. cõclusio. 867. num. 7.

Tertia Conclusio.

38 MVlto magis confessio † prædicta qualificata scinditur, & pro parte potest impugnari, pro parte verò acceptari: quando qualitas ei adiecta est, non in continenti post confessionem delicti, sed ex interuallo. Hæc conclusio est est expressa Farinacij loco vbi supra num. 118. & probat eam (vt dicitur) à maiori ad minus. Etenim (inquit) si confessio scindi potest, quando reus in continenti qualitatem adijcit: multo ergo magis, quando qualitas adijcitur ex interuallo, quod probat de mente Iasonis in l. vt vim, numero 13. versic. moueor per illud, ff. de iusti & iure, & multorum aliorũ DD. quos refert Mascard. lib. 2. de probationib. concl. 867. nu. 5. Et quod possit reus, qui à principio confessus est delictum, ex interuallo qualitatem adijcere, dicendo occidi ad meam defensionem, est doctrina Baldi, in cap. 1. §. item si vasallus, col. fin. de controuers. inuesti. & multorum aliorum Doctorum, quos refert prædictus Farinacius loco vbi supra numero 119. Et eiusmodi confessionem qualificatam † per qualitatem ex interuallo adiectam, sufficere ad imponendam reo pœnam ordinariam 39
(quidquid secus sit, quando qualitas adijcitur incontinenti) probat idem Farinacius in sequenti numero 120. & latius infra num 157. de mente Iulij Clari lib. 5. senten. §. fin. quæstio. 55. numero 16. vers. forte posset, vbi ait, quod ita concludunt, & declarant communiter DD. quamuis non desint, qui contrarium dicant, & quod etiam in dicto casu pœna ordinaria imponi non possit. Sed non per hoc adijciens † qualitatem ex 40
interuallo post confessionem, prohibetur adiectam qualitatem probare ad suam defensionem, vt dicit Felinus & omnes communiter DD. in c. cum delicti de accusationib. nu. 2. in princ. vers per istum textum: nisi in casu quo principio iurasset, † dicere 41
plenam, & meram veritatem super contentis in inquisitione, siue accusatione, aut denunciatione: nam tunc si à principio simpliciter fassus fuisset delictum, non videtur posse admitti ad probandam dictam qualitatem: quia si probaretur, nõ dixisset à principio plenam veritatem, & sic veniret contra proprium iuramentum, per textum expressum, in prædicto capit cum delicl, de accusation. & ibi Glossa verbo plenam, & verbo respon-

responsionem, & verbo primæ formæ. Qua de re videatur Farinacius prædictus loco vbi supra, à numero 122. cum sequentibus, vbi in id ipsum plures affert Doctorum authoritates. Dicit tamen, quod non obstante iuramento prædicto, potest reus allegare & probare errorem suæ confessionis, & sic allegando cōfessionem erroneam, admittitur ad probandam qualitatem prædictam, non obstante iuramento: pro quo citat Bosium tit. de confess. num. 35. & Innocentium, & omnes communiter DD. in supradicto cap. cum delicti, de accusatio. Videatur hac de re idem Farinacius in dicta quæstio. 81. capit. 9. à numero 318. cum sequentibus.

Quarta Conclusio.

42 Multo magis † confessio qualificata potest rescindi, & pro parte acceptari: pro parte verò impugnari: quando reus à principio negasset delictum, & postea timore probationum, aut etiam videns forsan, se esse conuictum, seu ex alia quacunque causa, illud qualificatè confessus fuerit: nam tunc ratione doli præsumpti ex præcedenti mendacio, & negatione, optimè scindi potest; & pro parte acceptari, & pro parte impugnari. Hæc conclusio est expressa Bartoli in l. eum, qui in principio num. 1. ff. de iureiurando, de qua videndus est etiam supradictus Farinacius loco vbi supra, à num. 127. cum sequentibus, vbi ampliat hanc doctrinam, dicendo, quod licèt in isto casu, etiam quod reus à principio delictum negauerit,
43 non prohibeatur † adiectam in confessione qualitatem probare, argumento textus in l. nemo ex his, ff. de iureiur. & in l. 3. §. diuus tamen, ff. de sepulcro violato, quod tradunt omnes communiter Doctores: si tamen (inquit) allegatam qualitatem non probauerit, condemnari poteſt in pœnam ordinariam. Quod intelligēdum est, si reus aliàs sit conuictus, & videns se esse conuictum, fatetur, sed qualificatè, crimen, quod est sine dubio: quia sic etiam condemnari posset, quamuis à principio negasset illud. Si autem reus non sit conuictus, & de delicto non constet aliter quam per suam confessionem, inquit Farinac. de mente Bosij tit. de falsis num. 65. cum sequentibus, quod licet de iuris subtilitate, stante præcedente negatione, iste confitens in pœnam ordinariam condemnari posset: ipse tamen si esset iudex, cum agatur de vita hominis nunquam deueniret ad talem condemnationem, sed tantum ad torturam, cogendo reum ad hoc vt explicitè, & sine tali qualitate responderet, & loquitur Bosius in casu, quo reus à principio negauit delictum, & postea conuictus, aut videns se fore conuincendum, fatetur illud cum aliqua qualitate: in eo casu dicit ipsum esse torquendum, ad hoc vt explicitè, & sine tali qualitate respondeat. Sed Farinacius loco vbi supra numero 131. à Bosij discedit sententia, & dicit, quod siue reus negans, & postea cum aliqua qualitate confitens, sit conuictus, siue non: haudquaquam deueniendum est ad torturam, propter periculum, ne sustinendo veniat absoluendus: ac ideò (inquit) si plenè non sit conuictus, tutius erit eundem ad pœnam extraordinariam condemnare, etiam quod à principio negasset: & qualitatem subsecutæ confessioni adiectam non probasset, per ea, quæ latius dicit infra nu. 137. cum sequentibus. Si verò plenè sit conuictus, frustra (inquit) tractatur de tortura, cum bene possit in pœnam ordinariam damnari. Hæc Farinacius vbi supra.

Quinta

Quinta Conclusio.

44 MVlto etiam magis † confessio qualificata scindi potest, & pro parte acceptari & pro parte impugnari: quando de delicto constat aliunde, quam ex prædicta confessione. Hæc conclusio est supradicti Farinacij, loco vbi supra à num. 132 cum sequen. qui & probat eam de mente Bosij, tit. de confessis num. 24. & ampliat eam, & procedere dicit, etiamsi de delicto non constet; nisi per indicia, aut per vnum dumtaxat testem. Cuius rationem reddit, nam si de delicto plenè constat, tunc non est opus confessione, per l. qui sententiam, C. de pænis. Vnde (inquit) quod quando DD. dicunt, confessionem qualificatam scindi posse, quando aliunde de delicto constat, intelligendi sunt, quando constat de illo per indicia, aut semiplenam probationem, & non per plenam: etenim si de delicto per plenam probationem constet aliunde, in eo casu non obstante qualitate confessioni adiecta, in pænam ordinariam optimè reus condemnari potest, siquidem & condemnari posset sine confessione, per dictam l. qui sententiam C. de pænis. Hac de re videatur etiam Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 55. nu. 16. verb. fortè posset, vbi plura ad hoc propositum dicit, eaque notatu dignissima, circa reorum confessionem, quando scilicet

45 † possit puniri pæna ordinaria, non obstante qualitate confessioni adiecta, quando de suis delictis aliter cōstat, de quo videndus est latissime Farinac. vbi supra à num. 157. cum sequentib. Sed hæc consulto à me prætermittuntur in præsentiarum, & reseruantur dicenda quando agemus de delictorum punitione, seu de pænis omnibus in vniuersum correspondentibus delictis. Aduertendum tamen † est, supra dicta omnia intelligenda esse de confessione qualificata affirmatiua: vt puta quando reus fatetur occidisse se aliquem, sed ad suam defensionem, siue id fiat sub vnico, aut duplici structu verborū: secus est autem si fiat sermo de confessione qualificata negatiua, vt puta quando reus negando dixerit, non occidi simpliciter & absolutè, & addit etsi occidi, id feci ad meam defensionem: in tali enim casu, confitēs habetur pro negante simpliciter, & eiusmodi confessio non potest pro parte acceptari & pro parte impugnari: & idem dico si confessio incipit à conditione, vt dicendo si occidi, id feci ad meam defensionē. Qua de re videatur Farina. loco vbi supra à num. 142. cum sequentib. vbi hoc probat multis adductis Doctorum auctoritatibus, addendo, quod indices non debent admittere eiusmodi conditionatas, & non præcisas responsiones, & nisi rei præcisè affirmatiuè, aut negatiuè respondeant, quod debēt torqueri, pro quo remittit se ad 1. to. ti. de indicijs & tort. q. 37. num. 177. cum sequentibus. Videatur etiam hac de re Follerius in sua practica criminali, verbo, etsi cōfitebuntur, num. 150. & Iul. Clarus in sua etiam practica lib. 5. §. final. q. 55. num. 17. vers. cautius igitur: quæ pro isto art. dicta sufficiant. 46

ARTICVLVS VI.

Vtrùm rei ad dicendam veritatem, debeant iuramento constringi?

PRO huius articuli intelligentia, & vt ampliorem paremus viam ad ea, quæ in subsequentibus sunt dicenda, ne in æquiuoco laborare videamur: paucis dicamus oportet quidnam sit reus, vt exinde constet qualiter ipsi ad dicendam veri-

ritatem (etiam sine iuramento) te-
neantur. Et dico ex ca. forus de ver-
bo sign. & cap. vltimo 15. quæst. 1.
47 quod reus est & dicitur ille, † qui
causam dicere in iudicio aliqua de re
cogitur. Is proprijssimè nuncupatur
reus, & alio nomine dici etiam posset
astrictus, siue obligatus, pro eo quod
quicunq; peccator, & qui malũ ali-
quod commisit: eo ipso, quo pecca-
uit, naturali, ac diuino iure reus con-
stituitur, & veluti constringitur ad-
missi sceleris pænas dare. In quem
sensũ potest adduci illud quod ha-
betur Genesis 4. vbi legitur à Deo
dictum fuisse Caim: cur iratus es,
& cur concidit facies tua? Nonne si
bene egeris recipies? sin autem ma-
le, statim in foribus peccatum tuum
aderit? vbi loco peccati, intelligen-
da venit pena peccato ipsi debita. Sta
tim enim quo quis aliquam culpam,
siue crimen committit: quasi conse-
quenter, & naturaliter obligatur ad
pænam crimini eidem correspondẽ-
tem. Ex quo etiam planè sequitur,
quod cum ea de re à proprio, & legi-
timo iudice, iuris seruatis legibus in
terrogetur (etiam secluso iuramẽ-
to) respondere tenetur, & veritatem
dicere, vt pænam quam peccando
promeruit, proinde cogatur subire,
idque naturali ac diuino iure, &
quia id facere ad diuinam spectet
gloriam. Qua de re videatur D. Tho
ma. 2. 2. quæst. 6. art. 1. vbi probat
hoc ipsum, ex illo quod habetur Io-
sue 7. quando ipse Iosue dixit Achã,
qui certum quoddam delictum cõ-
miserat, fili mi da gloriam Deo, Et
innuere volens, qua in re eo tempo-
re Deus ab eo esset glorificandus,
subdit. Confitere peccatum tuum,
& indica mihi quid feceris. Ex qua
authoritate colligit D. Tho ad Dei
48 gloriam pertinere, vt quando † reus
aliqua de re, iuridicè & legitimẽ in-
terrogatur à iudice, veritatem fatea-
tur: & cum omnes Deum glorifi-
care teneamur, iuxta præscriptum
Apostoli 1. Corinth. 10. Omnia in
gloriam Dei facite: inde etiam col-
ligit D. Thom. quod reus etiam sine
iuramento, interrogatus à iudice
legitime, tenetur eidem veritatem
dicere, sub reatu peccati morta-
lis. Quamuis tamen id ita sit, con-
suetudine iam est positum, idque
vbique fieri consueuit, vt in initio
litis, & criminalis iudicij, adstri-
ctius reos ligandos, & constringen-
dos, quod ipsi de veritate dicenda
iuramentum præstent, quod &
fit cum reis omnibus absque dele-
ctu, & discrimine, qua de re vi-
deatur Antonius Gomez tom. 3. ca.
12. numero 5. & Iulius Clarus lib.
5. §. fin. quæst. 45. numero 9. Paz in
sua praxi tom. 1. p. 5. capit. 3. §. 4. nu-
mero 9. & Farinacius loco vbi supra.
Sed an id iure, vel iniuria fiat, va-
riè à Doctoribus controuertitur,
quam ego controuersiam paucis vo-
lo diluere in præsenti articulo: quod
fiet per sequentes conclusiones.

Prima Conclusio

QVANDO iudex siue Præ-
latus † ex officio suo proce- 49
dit iuridicè, atque legitimè
(quod fit quando præcedit infamia,
indicia, aut semiplena probatio,
ad sensum supradictum quæstio. 7.
8 & 9.) quamuis reus aliàs naturali,
& diuino iure ad dicendam verita-
tem sit astrictus, de nouo tamen
medio iuramento, potest, & debet
constringi. Hæc conclusio apud om-
nes est comperta, & sic intellecta,
credo quod de ipsa nulla est aut es-
se potest inter Doctores controuer-
sia. Illam tenet Bartol. in l. inter
omnes §. rectè in fine, ff. de fur-
tis, vbi dicit, quod id semper fieri
consueuit. Eandem tenet Hostiens.
in summa titulo de iure iurando,
vbi & probat ipsam ex multorum

D. cto-

Doctorum doctrina, in cap. debitores, cap. quintaualllis, cap. veniens, & cap. fin. de iure iurando. Hanc etiam sententiam tenet Panormit. in cap. cum super de confessis. Anton. Gomez, & Iulius Clarus, Paz & Farinacius locis supra citatis, qui omnes dicunt eam esse magis communem. Iure regio habetur id ipsum expressum, in l. 4. tit. 29. p. 7. vbi precipitur, quod iudex ante omnia statim post capturam, præuio iuramento de veritate dicenda, reum circa casum occurrentem interroget. Vnde de veritate huius conclusionis (vt dixi) nõ est dubitandũ, nec credo quod quispiam dubitare possit, loquendo de iuramento desumpto à reo ex iudicis officio. Pro religiosis autem iam dictum est supra q. 18. a. 4. quod loco iuramenti constringuntur sub obedientia, & censuris, quando de veritate dicenda à suis Prælatis interrogantur: hæc enim in eis iuramenti locum, & vicem habẽt. Procedamus ad alia.

Secunda Conclusio.

50 QVando iudex, † siue Prælatus procedit non ex officio, aut non iuridice & legitime, iuxta superius dicta, non habet ius reum interrogandi, nec ab eo iuramentum potest desumere. Hæc conclusio est omnium Doctorum communiter, & de ea videatur specialiter D. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 1. vbi & probat eam hac ratione, nã non existẽtibus infamia, indicijs, aut semiplena probatione, non habet ius iudex reum (etiam sine iuramento) quidpiam interrogandi, aut percunctandi: ergo nec in tali casu ab eo desumere potest iuramentum, seu ipsũ ad iurãdum constringere. Qua de re videatur Bern. Diaz de Lugo in sua praxi cap. 126. vbi vehementer insurgit in iudices contrarium facientes, & ab omnibus in vniuersum reis, absque † delectu, & discrimine, in litis initio iuramentum desumentes, eosque ad iurandum constringentes. 51
Verba ipsius pro eo quod notabilia sunt libuit referre. Errant ergo (inquit) apertissime temerarij quidam iudices, & qui crocodilli more humano sanguine delectant, qui statim post capturam, nullo facto personarum discrimine, à captis omnibus de veritate delicti iuramentum exigũt, cum sæpius leuia quædam indicia causam capturæ præstiterint, satis enim est christiano iudici si more christiano iustitiam exerceat. Post quæ verba in substantia dicit, quod sicuti iudex nõ bene, & legitimè reũ interrogat, nisi quando præcessit infamia, indicia, aut semiplena probatio: ita nec legitimè iuramẽtum exigit, nisi præcedat aliquid ex prædictis. Et sicut in primo casu reus interrogatus † non tenetur se prodere; 52
sic neque in isto (etiam præuio iuramento) tenetur veritatem dicere, sed potest illam celare, aut aliquo verborum subterfugio vti. Et addit quod ante iuramentum, sicut & ante interrogationem factam reo, ad hoc vt ipse teneatur respondere, necessium est vt processus acta sibi notificẽtur, & detur sibi copia, vt exinde illi constet, quam habeat obligationem iurandi, seu iuramentum ferendi, & veritatem dicendi.

Tertia Conclusio.

QVando Doctores dicunt, † iuramentum non esse à reis absque delectu, & discrimine desumendum, intelligendi sunt, quando iudices procedunt, non ex suo officio, sed ad instãtiam partis, seu quã do non præcessit infamia, indicia, aut semiplena probatio. Hæc conclusio est certa, qua & diluitur apparens contro- 53

controuersia, quæ esse inter Doctores videbatur. Nam quod iuramentum ad instantiam partis nõ sit semper reis dandum, quamplura iura decernunt, vt late tradit Glossa in l. bonæ fidei, C. de reb. cred. Et de clericis id specialiter dicit Bernar. Diaz de Lugo vbi supra cap. 126. in principio, & eadem est ratio de religiosis cum & ipsi in fauorabilibus intelligendi veniant clericorum nomine, vt tenet Panormit. in ca. 1. de exceptionib. Quod verò eiusmodi iuramentum non recipiatur, aut exquiratur, nisi præcedente infamia, indicijs, aut semiplena probatione, iam superque satis loco vbi supra remanet dictum.

Sed dices, quid faciẽdum est, quãdo boni publici intereſt aut alicuius tertiæ personæ, quod eiusmodi iuramentum ab aliquo reo desumatur, debet ne id fieri an non? & maximè si timetur de periurio? Respondeo & sit quarta conclusio.

Quarta Conclusio.

54 QVando boni † publici, aut alicuius tertiæ personæ interuenit commodum, benè potest à reis desumi iuramentum, quin verò in tali casu non possint iudices illud prætermittere. Hæc conclusio est omnium Doctorum communis; & eam tenet specialiter Panormit. in cap. cum clericis, de cohabita. cleric. & mulier. Dicunt tamen omnes, quod vbi boni publici, aut tertiæ personæ commodum non interuenit, iniquum, ac iniustum est, eiusmodi 55 iuramentum † siue iusiurandum à reis desumere, propter periculum periurij, quod quidem grauius & perniciosius peccatum est, quam homicidium: de quo videatur Cardinalis in clement. vnica de iure iurando: Vnde quando adest euidentia facti, aut crimen admissum idoneis potest testibus comprobari, non est reus cogendus iurare, maximè cum timetur de periurio, & probabilis habeatur suspicio, quod iuramento præstito peierabit. Et generaliter hoc est dicendum quod vbicunque probabilis fuerit suspicio de periurio, à iuramento prorsus est abstinendum. Quod probè tradit, & notat Panormit. in cap. fin. de iure iurando, & ea de re videatur etiam Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 12. num. 5. & Doctor Segura de Aualos in suo directorio Ecclesiasticorum iudicum, cap. 14 num. 37. vbi multis probat non esse viam aperiẽdam periurijs, nec iuramẽtum à reis desumendum, quãdocunque de periurio timetur, quod debent omnes iudices adnotare, & summopere memoriæ commendare.

ARTICVLVS VII.

Vtrum liceat reis inquisitis, denunciatis, siue accusatis de aliquo crimine, veritatem negare quando iuridicè, & legitimè (etiam sine iuramento) interrogantur à iudice?

VT ex oppositione contrariorum veritas plenius elucescat difficultatem hanc aliquibus propositis argumentis volo discutere. Et pro parte affirmatiua † sic argu- 56 mentor: ex auctoritate Diui Chrysostomi homil. 31. ad Hæbræos, & habetur in cap. quis aliquando, de pæniten. distin. 1. vbi ad hoc propositum cuidam peccatori dicit, nõ tibi dico vt te prodas, neque vt apud alios te accuses: sed reuela Domino viam tuam, &c. Quibus verbis insinuare videtur, non teneri quempiam ad reuelandum crimen suum, aut semetipsum accusandum, nisi in Sacramento confessionis: sed si quis

de veritate dicenda interrogatus à iudice (etiam iuridicè) eandem cõfiteretur, semetipsum proderet, & veluti accusaret, idq; extra Sacramẽtum confessionis: ergo nullus hoc facere tenetur; quin verò in tali casu licitum erit reo veritatem negare, aut celare, nec propterea peccabit mortaliter.

57 Secundo † ad idem sic argumentor. Nam omne peccatum mortale, aut est contra charitatem Dei, aut contra charitatem proximi: sed qui interrogatus à iudice in iudicio veritatem negat, nec facit contra charitatem Dei, nec verò contra charitatẽ proximi: ergo quamuis id ipsum faciat, nõ peccabit mortaliter. Quod argumentum procedit quam maximè, in casu, quo eidem imminet mortis periculum: nam tunc non solum non videtur facere contra charitatem, quin verò iuxta ipsam, diligendo se ipsum, & negando veritatem ne occidatur, si illam iudici confiteatur.

58 Tertiò sic † argumentor ad idem: & probo specialiter id esse licitum quandocunque timetur pæna temporalis, & maximè si ipsa sit pęna capitis. Nam nullus tenetur semetipsũ damnare, aut contra seipsum arma ministrare, & multo minus se ipsum occidere: sed qui interrogatus à iudice de patrato à se crimine, cui correspondet, pęna corporalis, aut capitis semetipsum veluti damnaret, & cõtrà se ipsum arma ministraret, & se quodammodo occideret, actiue concurrendo ad suum homicidium; cũ sine eiusmodi sua confessione talis reus occidi nequiret: ergo nullus tenetur id ipsum facere.

59 Quartò † ad idem sic argumentor; etiam specialiter quando ex tali confessione timetur pæna capitis: nam (vt dicitur Matth. 10.) iugum Domini suaue est, & onus eius leue: sed si in tali casu reus teneretur veritatem confiteri, ipsius iugum esset durissimum, atque grauissimum, tum ob rei magnitudinem: tum etiã ob naturalem, & vehementissimam inclinationem, quam quisque habet ad sui conseruationem, & quam natura cunctis dedit mortalibus: dicẽdum ergo est, quod in tali casu nullus tenetur veritatem dicere, aut semetipsum propalare, esset.n. durissimum quempiã ad idipsum obligare: quin verò videtur quod natura, quæ talem ac tãtam dedit hominib. inclinationem se ipsos conseruandi, dederit proinde libertatẽ, & facultatem semetipsos quoquomodo possent tuendi, & defendendi, mentiendo, siue negando veritatem, quamuis id aliàs in alio casu esset illicitũ. Hac enim de causa licitum est in extrema necessitate constituto aliena subripere, quod seclusa tali necessitate non liceret: licitum etiam est propter eandem rationem, hominem me inuadentem sine peccato occidere, quod aliàs crimen esset grauissimum: idem ergo dicendum est in proposito casu.

Quintò ad † idem sic argumentor, ex l. 4. ff. de testib. vbi habetur 60
consanguineum non posse cogi ad testificandum contra sibi consanguineum, quod à paritate rationis Doctores extendunt, etiam ad testẽ, qui testificari non tenetur, quando ex suo testimonio magnum aliquod in se ipsum dispendium timet: ergo multo minus in proposito casu tenebitur reus contra se ipsum testificari, quando timet aliquam pœnam temporalem, & maximè si ipsa sit pæna capitis: quis enim magis consanguineus, quam ipse sibi? & quodnam magis dispendium, quam temporalis pæna, maximè si sit cum periculo propriç vitç, & proprij capitis?

Sextò & vltimo † ad idem sic ar- 61
gumentor, ad excitandam peculia-

rem aliã difficultatem. Nam si in tali casu non liceret veritatem negare, maximè, quia id facere peccatum esset mortale, quod nunquam licet: sed mentiri, aut veritatem negare in tali casu, non est peccatum mortale: ergo intentum. Consequentia cum maiori legitima est, minorem probo. Quia eiusmodi mendacium non esset perniciosum, sed officiosum: eo modo quo quando quis mentitur nemini nocens, vt alteri prosit: & maximè si id faciat, vt illum à morte liberet: quod mendacium officiosum, ex communi omnium Doctorum resolutione, non est plusquam peccatum veniale: ergo & in proposito casu, quando quis mentitur sine alterius præiudicio, vt se ipsum à morte liberet, eiusmodi mendacium tantummodo erit officiosum, & non plusquam peccatum veniale: postquam plus quisque tenetur sibi, quam cuilibet alteri.

Propter hæc argumenta (quæ quidem fortissima sunt) quidam grauissimi DD. tenent, quod quamuis iudex iustè, & legitimè reum interroget, nempe quia præcessit infamia, indicia, aut semiplena probatio (de quibus diximus supra, & amplius dicemus infra) reus ipse interrogatus de patrato à se crimine, si ex sua confessione pęnam aliquam temporalem timet, & maximè si est pœna capitis: non tenetur veritatem dicere, quin verò licitè potest ipsam negare. Hanc sententiam tenet Panormitan. in cap. 1. de confessis, & eandem tenet Syluester in sua summa verbo, confessio delicti, quæst. 1. & tenuit illam olim grauissimus pariter, & religiosissimus Pater Frater Franciscus de Alcocer, nostri sacri Ordinis Franciscani, huius nostræ Prouinciæ Diui Iacobi magnum decus, & ornamentum in hoc nostro Salmanticensi Conuentu celeberrimus, in prima editione suæ summæ, cap. 26. vbi & pro hac sententia citat Nauarrum in cap. inter verba, corollar. 64. numero 734. & 746. Quam opinionem tenet etiam hodie Petrus de Nauarra, in sua summa titulo de restitution. capit. 4. nam quamuis non teneat cum Panormitan. & alijs, quantum ad omnem temporalem pęnam; consentit tamen cum eisdem, quando timetur pęna capitis: tunc enim (inquit) potest reus (etiam legitimè interrogatus à iudice) non quidem mentiri: bene tamen veritatem secluso mendacio contegere, etiamsi ipsius interrogationem præcedant, infamia, indicia, aut semiplena probatio: quod dicit propter causæ magnitudinem, & propterea, quæ adducta sunt à nobis in argumentis supradictis. Sed ne tempus in referendis, & impugnandis diuersis Doctorum opinionibus insumamus, dico † quod in contrarium est veritas, & quod hac in re tenendum est, explicabitur per sequentes conclusiones. 62

Prima Conclusio.

Quotiescunque † reus iuridicè, & legitimè interrogatur à iudice, tenetur eidem veritatem dicere, neque illam potest negare aut celare, etiamsi sciat propter suam confessionem statim esse rapiendum in mortem. Hæc conclusio ferè est omnium Doctorum communis, & eam tenet expresè Diuus Thomas secunda secundæ quæstio. 69. artic. 1. quam probat efficacissima quadam ratione. Pro cuius intelligentia suppono ex eodem secunda secundę, quæstio 59. artic. 4. quod iustitia est quædam moralis virtus cunctis hominibus ad salutem necessaria, ita quod omnes ipsam obseruare tenentur, sub reatu peccati mor- 63

mortalis. Etiam suppono, quod iustitia prædicta obligat omnes subditos, & compellit ipsos ad parendum, & obediendum suis superioribus & prælatis, in omnibus, quæ non sunt contra illam: nam obedientia est inter partes iustitiæ potissima, cum iuxta doctrinam D. Pauli ad Roman. 13. oporteat quod omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Qua etiam ratione dicit idē Diuus Paulus, quod qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Suppono etiam quod iudex, siue Prælatus, in nonnullis casibus ius habet interrogandi reum, siue subditum, de patrato à se crimine, nempe quando præcedit infamia, indicia aut semiplena probatio. Quibus sic præmissis sic formatur ratio, & est fortissimum argumentum. Iustitiæ † virtus sub mortali obligat omnes subditos, ad obediendum suis superioribus, & prælatis, in omnibus ad quæ ius suæ prælationis se extendit: sed ius prælationis se extendit, ad hoc, vt possint interrogare illos de crimine, quod commiserunt: tunc scilicet quando interrogant secundum formam iuris, & præcessit infamia, indicia aut semiplena probatio: ergo in tali casu, nisi subditus pareat & obediat, veritatemque confiteatur, mortaliter peccabit non solum dicendo mendacium, verum etiam veritatem celando, aut occultando. Et confirmatur argumētum. Nam certum est quod bellum dari non potest ex vtraque parte iustum, ita vt quis alterum iustè petat, & ipse iustè etiam ab altero se defendat, nisi forsan ex ignorantia inuincibili: sed si reo quandō via iuridica, & iuridicè interrogatur à iudice, liceret veritatem negare, celare, aut occultare, cum etiam iudex in eo casu ius habeat eundem interrogandi, & petendi sibi, vt reueletur delictum commissū: iam daretur bellum ex vtraque parte iustum (quod vt dixi est impossibile) dicendum est ergo, quod quando iudex interrogat veritatem iuridicè, tenetur reus necessariò illam sibi dicere: quod si non faciat peccabit mortaliter. Confirmatur secundo. Nam certum est etiam quod ex iure quod habent superiores ad aliquid præcipiendum, colligitur obligatio, quam habent inferiores, & subditi ad illis parendum, & obediendum: ex hac enim ratione colligunt omnes communiter Doctores, necessitatem Sacramentalis confessionis, ex illo Ioann. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. siquidem fieri nō posset, quod Apostoli, & sacerdotes ius haberent absoluendi peccata à fidelibus commissa, quin ijdem fideles tenerentur etiam ea sibi sacramentaliter confiteri, & generaliter hoc verum est fieri nullatenus posse, quod Prælati ius habeant ad præcipiendum, & non etiam subditus teneatur ad obediendum: cum hæc duo sint correlatiua, & mutuò se cō sequantur. Sed in proposito (vt supponitur) iudex ius habeat interrogandi reum de veritate, & crimine à se commisso: ergo & eodem iure tenetur ipse reus eidem veritatem dicere: quod si non faciat, aut si celet, siue occultet: proculdubio peccabit mortaliter. Quod expressè colligitur ex doctrina Diui Pauli vbi supra ad Roman. 13. vbi postquam egit de iudicum, & superiorum potestate, postquam etiam dixit, quod qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: subdit, qui autem potestati resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt: quod idem pollet, ac si dixisset, mortaliter peccant: nam non nisi propter peccatū mortale, quispiam sibi damnationem acquirit. Verum est tamen quod mitius peccat † qui veritatem celat, aut 65 occul.

occultat, quam qui illam negat: nam celare non dicit mendacium, sed solam omissionem dicendæ veritatis, & respondendi id quod quis tenetur, quando legitimè interrogatur: at veritatem negare, est positiuè mentiri. Sed quidquid de hoc sit, vtrobique est peccatum mortale, quia vtrobique negatur obedientia, & resistitur iudici, siue Prelato, quod qui faciunt (vt dixit D. Paul.) sibi damnationem acquirunt, & (vt dictum est) nemo illam acquirit, nisi propter peccatum mortale.

Sed contra rationes prædictas obiici potest, nam non videtur verum quod iudex, siue Prælatus imponere possit subdito præcepta adeò dura, & rigorosa, & quod si perperam id faciat, teneatur subditus reus in tali casu eidem obedire. Et probari potest à simili: nam iussus à iudicibus comparere, nõ tenetur illis sub mortali peccato obedire. Et etiamsi iudex præcipiat in carcere existenti, vt vt non fugiat: fugiendo non peccat mortaliter: sicut nec seruus, cui à Domino suo de non fugiendo præceptum fuisset impositum. Idem ergo dicendum videtur in præsenti proposito, & quod in eo iudicibus, siue Prælatis nulla irrogatur iniuria, aut aliquod peccatum mortale committitur. Hoc certè argumentum fortissimum apparet, sed nihilominus respõdetur quod est dispar ratio: nam qui citati non comparent, & qui existentes in carcere fugiunt: seruus item, qui contra præceptum Domini sui aufugit: nulli faciunt iniuriã:
66 nam iudex † non habet ius, vt iuridicè imponere possit tale præceptum de personaliter comparendo, siue nõ fugiendo: essent enim eiusmodi præcepta nimis rigida, & dura, vtpotè contra inclinationem naturæ, qua cunctis propriam vitam tueri desiderãt. Quo circa, si talia imponerentur præcepta, ipso essent iure nulla, & prædicti non comparendo, aut fugiendo, non mortaliter peccant, quia in eo iudicibus non faciunt iniuriam, maximè quando fit absq; violentia, vt dictum est supra quæst. 15. artic. 6. agendo de carcere, & ab ipso fugentibus. At in proposito casu,
† qui in iudicio legitimè interrogatus à iudice veritatem non responderet, iniuriam eidem proculdubio (nec paruam) irrogaret, quinimo & iustitiæ ipsi postquam illis resistit, & non obedit, cum teneatur respondere, & veritatem dicere, cum præceptum sit in se iustum, & quam maximè iustificatum: & est simile de eo, qui è carcere fugit, cum violentia, & resistentia ministrorum iustitiæ, quod facere nunquam licet, quin verò peccatum est mortale. Hæc conclusio sic explicata, est vera, certa, & tenenda, de qua videndus est Magister Soto, relectione de secreto memb. 2. quæst. 2. & latius q. 7. concl. 1. & lib. 5. de iustit. & iure q. 6. art. 2. concl. 1. & Aragon, Bañes, & Salon de iustitia & iure super 2. 2. D. Thom. quæst. 69. art. 1. & 2. & intelligenda est † prædicta conclusio, & tenenda tanquam certa, & vera, etiamsi subditus reus interrogatur sine iuramento: etenim si cum iuramento interrogatur, nul li est, aut esse potest dubium, quod veritatem negare, aut ipsam celare, quando illam dicere tenetur, & iuridicè interrogatur à iudice grauissimum sit peccatum mortale periurij cũ priori peccato de veritate negata in iudicio accumuletur circunstantia periurij, quod est contra virtutem religionis. Videatur hac de re Soto de secretò memb. 7. q. 2. per totam. 67 68

Secun-

Secunda Conclusio.

69 QVotiescunque † reus, non legitimè, & iuridice interrogatur à iudice de crimine, vtpote si non præcessit infamia, indicia, aut semiplena probatio, quæ ius interrogandi præbent ipsi iudici: nō tenetur reus ei respondere, aut veritatem dicere, sed potest appellare, vel alia via se eximere: de quo latius dicetur infra. Hæc conclu. est etiam D. Thom. vbi supra, quin verò & omnium Doctorum communis. Cuius & ratio in promptu nam cum in tali casu iudex, non ius habeat interrogandi, nec reus ipse iure tenetur eidem respondere. Quod & ex eo confirmatur: nam vnusquisque habet ius se, & sua omnia tuendi, & defendendi, nisi quando in contrarium compellitur à iure sed quando iudex interrogat præter ordinem iuris, nullo iure cogitur reus interroganti respondere: ergo in tali casu licitum erit sibi, se & sua omnia tueri: appellando, vel celando veritatem vtcunque poterit citra mēdacium, de quo infra dicemus amplius in art. sequenti. Videatur hac de re Soto, Aragon, Bañes, & Salon locis supra citatis.

Ad argumēta in contrarium adducta respondetur.

70 Ad primum † continens auctoritatem Diui Chrysostomi, dico quod procedit in casu secundæ conclusionis, quando scilicet iudex non habet ius interrogandi reum: tunc enim cum non auctoritate publica, nec iure, & legitimè compellatur ad manifestandum suum crimen, non tenetur sua sponte semetipsum prodere: sed tunc sat erit, vt se sacerdoti prodat, & ipsi tāquam Deo cuius vicem gerit confiteatur. At verò quando quis interrogatur iuridicè, & iuris seruato ordine confitendo veritatem nō ipse semetipsū prodit sed īfamia, indicia, aut semiplena probatio vnius testis, virtute cuius testimonij interrogatur ea sunt quæ illum produnt, siue producunt, quibus resistere non licèt.

Ad secundum † respondeo, quod qui legitimè interrogatus à iudice, veritatem non confitetur, aut ipsam negat: & facit contra charitatem Dei, & contra charitatem proximi, & etiam contra iustitiam. Contra charitatem Dei, quia eius est iudicium quod cōtemnit, & quia ipsum quodammodo spernit, non obediendo maiori, qui illum repræsentat, iuxta illud Lucæ 10. qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. Contra charitatem verò proximi, & contra iustitiam facit, quia negando veritatem, & nocet iudici, & etiam actori: iudici quidem, negando id quod est sibi debitū: actori verò, quia si in probatione deficiat punietur, aut saltim infamabitur. 71

Ad tertium † respōdeo, quod reus in casu posito, veritatem dicendo, nō semetipsum condemnat, aut contra se ipsum administrat arma, & multominus se ipsum occidit: quin verò ista, quibus iudex mouetur, & ius ad interrogādum ipsum habet: ea sunt quæ illum condemnant, contra illū arma administrant, & quæ ipsum occidunt: neque in hoc casu fauet illi ius naturale, quod fauet bona in extrema necessitate subripienti, qui sine alterius iniuria, vtcunque potuerit, sibi potest succurrere. At reus nō est cur in hoc casu cum aliorum iniuria sibi velit succurrere: cum iniuria iudicis, accusatoris, & etiam totius Reipublicæ, ad quam spectat, vt delicta non maneant impunita, neque enim aliàs bonum publicum cōseruari posset. Etenim si in eo casu liceret reo veritatem negare, non esset vnde puniretur, seu puniri posset maximè pœna capitis, quæ regulari- 72

ter fine propria reorum confessione, non conteratur, vt habetur in l. obseruare, C. quorum appella. non recipiãtur. Neque est simile illud, de eo, qui vt se defendat alium occidit, nam id forsan fieri potest sine iniuria proximi, maximè si fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ: vnde fit quod in eo nulla fortassis sit culpa: hoc autem fieri non potest sine iniuria, & sine culpa, vt dictum est.

73 Ad quartum † argumentum respondetur, quod quamvis iugũ Domini suaue sit, quamvis etiam durũ, & graue videatur nimis, quod reus legitimè interrogatus, contra se testimonium perhibeat: quia tamen id spectat ad pacem, atque tranquillitatem totius Reipublicæ, necessium est vt id fiat, & ad hoc magis, quam ad aliud natura ipsa nos inclinat. Naturale est enim quod potius membra patiantur, quam vt totum corpus integrum pereat: periret autem totaliter Respublica, si reus in hoc casu, & similibus non teneretur respondere. Remanerent enim impunita crimina, & multa alia, & innumera damna, & mala ex eo exorirentur in magnum nocumentum & perniciem totius Reipulicæ. Exempla in contrarium adducta propter rationes iam dictas nihil concludunt.

74 Ad quintum † respondetur, quod illa lex non est ad propositum: nam non est idem ius compellendi testẽ, vt ferat testimonium aduersus sibi consanguineum, atque in proposito casu, compellendi reum vt veritatem dicat, quando iuridicè, & legitimè interrogatur à iudice. Præterquã quod illa lex locum habet quando sunt alij testes, qui aduersus eos ferre possunt testimonium: nos verò in præsentiarum loquimur, quãdo iudex reum interrogat post alias probationes, quo veritas ipsa sibi plenius innotescat, & reum pœna iuris ordinaria punire possit: quo casu dicimus, quod nisi veritatem fateatur mortaliter peccat. Videatur Soto & DD. superius citati loco vbi supra.

Ad vltimum † respondetur, quod 75
quamuis mentiri sine alterius iniuria, & maximè ad liberandum aliquem à morte non sit peccatũ mortale, quia neque contra iustitiam, neque contra charitatem: & quia tale mendacium non est perniciosum, sed tantum officiosum, vt prætendit argumentum: attamen mentiri (etiã ad liberandũ hominem, vel se ipsum à morte) cum iniuria, & nocumento aliorum, non solum est mendacium officiosum, verum etiam & perniciosum iudici, accusatori, & toti Reipublicæ (vt dictum est) ex quo proinde infertur, quod est contra charitatem, quin verò & contra iustitiã & per consequens grauissimum peccatum mortale. Quæ pro hac difficultate dicta sufficiant.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum liceat reo siue accusato calumniosè se defendere; aut saltem verborum subterfugio vti, & iudicem illudere?

IAM omnibus in vniuersum notum, atque perspicuum esse credo, quod aliud sit mẽtiri, falsumue proponere, quod idem est veritatem positiuè negare, aut ipsam celare in casu, quo tenetur eam dicere: aliud verò eam celare, & occultare quando non tenetur eam dicere: nõ quidem mentiendo (hoc enim, vt dicemus, facere nunquã licèt) sed vtendo aliquo verborum subterfugio. Hac igitur ratione postquam in præcedenti articulo est dictum, non esse reo licitum veritatem negare, aut celare, quando legitimè & iuridicè interrogatur à iudice; superest modò inuestigare, an licitum sit eidem cũ

non

non iuridicè interrogatur, veritatem occultare, aliquo vtendo verborum ſubterfugio, ſeu aliqua via iudicem illudendo, vt ab ipſius iniquitate poſſit ſe eximere. Hanc difficultatem tractat D. Thom. & ſui Expoſitores 2.2. quæſt. 69. art. 2. & proponit eam ſub hac verborum forma. An liceat reo, ſiue accuſato calumnioſè ſe defendere? Pro cuius quæſtionis ſolutione, de calumnijs nonnulla oportebit dicere, vt difficultatem hanc plenius elucidare poſſimus, & veluti è ſuis intimis viſceribus eruamus, quod fiet per ſequentes concluſiones, quibus dicentur omnia, quæ ad hanc materiam quoquo modo ſpectare poſſunt. Et vt à iudice exordiamur, ſit prima concluſio.

Prima Concluſio.

76 IVdicem extorquere † a reo contra ius, id quod ipſe non tenetur dicere, peccatum eſt mortale grauiſſimum. Huius concluſionis ratio in promptu eſt: nam id facere vergit in detrimentum famæ, honoris, & forſan bonorum etiam temporaliũ ipſius rei, & quandoque in magnum periculum vitæ ipſius, necnon in graue damnum, & præiudicium iuſtitiæ: ex quo proinde ſequitur apertiſſimè, quam graue ſit peccatum mortale, poſtquam eſt contra charitatem Dei, & proximi, nec non & contra iuſtitiam in re adeo graui. Quod & confirmatur ſequenti ratione. Nam ſi iniuria eſt perſonam aliquam particularem, extorquere ſecretum ſui proximi: aut ipſum non obſeruare, furtum eſt, & peccatum grauiſſimum exiſtimatur, idque meritò, vt latiſſimè diximus ſupra agendo de ſecreto, quæſt. 7 art. 1. quanto magis id ipſum verum erit, & dicendum de iudicibus, vbi ratione violentiæ augetur, & aggrauatur iniuria, & magis habet de ratione inuoluntarij? Dicendum eſt igitur, quod iudex qui præter ius alicuius ſecretum extorquet, mortaliter, atque grauiſſimè peccat contra iuſtitiam: eoque grauius iniuſtitiam committit, quo pro eo, quod eſt perſona publica, arctius tenebatur illam obſeruare, quam quæcunque alia perſona particularis. Videatur hac de re Sot. de ſecreto membro, 3. q. 1. concl. 1. ſed loquendo de reis 2. ſit concluſio.

Secunda Concluſio.

SIue † reus iure, aut iniuria interrogetur à iudice, mentiri tamen nunquam licet ſibi. Hæc 77
concluſio eſt D. Thom. vbi ſupra, & omnium Doctorum communis. De qua videndus eſt ſupradictus Soto de ſecreto memb. 2. quæſt. 7. Pro cuius intelligentia præmitto ex doctrina eiuſdem D. Thomæ, quod mendacium † ex natura ſua, eſt adeò 78
malum, & iniquum, vt omninò repugnet licitè fieri, quemadmodum & repugnat omnibus alijs rebus intrinſecè malis, de quibus dicit Ariſtotel. 3. ethic. cap. 1. quod ſunt quædam adeò turpia, & mala, vt mori potius ſit ſuſtinendum, quam talia perpetrãdum. Quo fit, vt ob nullam cauſam (etiam ad euitandam mortem) licitum ſit mentiri. Videatur hac de re D. Auguſt. in libris, quos ſcripſit contra mendacium, vbi mira, & pulchra dicit, refutando quorundam Philoſophorum antiquorũ opinionem, qui dicebant, pro vita amici conſeruanda, & alio id generis graui malo vitando, licitũ eſſe mentiri: quod mendacium miſericors appellabant. Contra hunc errorem inſurgit D. Auguſtin. & acriter eundem refutat, & impugnat, dicendo

quod

quod neque pro vita hominis confer tenda, & quod re vera multo grauius, & maius est, nec ad vitandum peccatum, quantumcunque illud graue sit, licitum est mentiri. Quod est commune omnium Doctorum Theologorum axioma, ita vt in con
79 trouersiam adducant, an Deus † de potentia sua absoluta dispensare possit, in hoc vt licitum sit mentiri? Cuius quæstionis negatiuam partem communiter probabiliorem reputāt Doctores, quod certè contra mendacium, haud modicam habet ponderationem, & energiā. Videatur hac de re, cap. super eo, de vsuris, vbi ad literam referuntur supradicta verba Diui Augustini, & dicitur quod sacra Scriptura prohibet mentiri, etiā pro saluanda cuiuscunque vita. Videatur etiam D. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 3. vbi id ipsum dicit, & quod mentiri nunquam licèt, etiam pro salute spirituali, nec pro vitando peccato alterius, aut pro conuersione infidelium, nec pro conseruanda castitate, & pudicitia. Videatur etiam hac de re doctissimus pariter atque religiosissimus P. F. Antonius de Cordoua, nostri sacri Ordinis, in Prouincia Castellæ olim celeberrimus, in suo quæstionario magno lib. 1. q. 29. vbi veritatem, atque doctrinam hanc latissimè prosequitur. An verò omne mendatium, saltem in iudicio prolatum, peccatum sit mortale dicetur in articulo sequenti, vbi hac de re specialis quæstio fiet. Nūc autem prædicta secunda conclusione explicata & probata, progrediamur ad alia, quæ sunt magis propria præsentis articuli.

Tertia Conclusio.

80 Siue reus iure, † aut iniuria interrogetur à iudice, nunquam licitum est ei calumnijs vti, siue calumniosè se defendere. Hæc conclusio est Diui Thomæ 2. 2. quæst. 69. art. 2. in corpore, quam & probat hac ratione. Nam quamuis (inquit) licitum sit reo quando non legitimè, sed præter ius interrogatur à iudice ab eo se defendere, debet tamen id facere, per vias licitas, & intento fini accommodatas (quod pertinet ad prudentiam) & non per vias illicitas, & proposito fini incongruas (quod pertinet ad astutiā) quæ exercetur per fraudem, & dolum: quæ quidem astutia est illicita, cū fraus, & dolus vim, & robur habeant mēdacij. Cum igitur calumniæ nomine, fraus & dolus importetur, manifestum est (inquit) quod nullo modo licet reo calumniosè se defendere, & in iudicio calumnijs vti, vtcunque à iudice, iniustè, & contra iuris ordinē interrogetur. Quod & confirmatur ex eo quod habetur in cap. inhærentes de iuramento calumniæ, vbi præcipitur, vt in principio litis, † tā reus, 81
quam accusator calumniæ iuramēto astringantur, quod non vtentur calumnijs: vbi à Glossa verbo calumniæ iuramentū, in id ipsum plures citantur leges ciuiles. Sequitur ergo haudquaquam esse licitum in iudicio calumnijs vti, etenim si id ipsum aliqua ratione liceret, non præciperetur à iure canonico, & ciuili, vt litigantes in initio litis iuramento astringantur, quod non vtentur calumnijs.

Sed dices contra. Nam secundum
† ius ciuile, licitum est in causa sanguinis ei, qui de capitali crimine est 82
delatus transigere, quod est aduersarium suum pecunia corrumpere, & cum illo pacisci, vt ab accusatione desistat: vt habetur in l. transigere, C. de transactionibus, & expressius in l. in capitalibus, ff. de bonis eorum qui ante sent. mort. sibi consc. sed hoc est maximè calumnijs vti, & idem pollet, ac calumniosè se defendere: ergo non peccat reus id ipsum facien-

faciendo, quando contra ius interrogatur à iudice, & maximè si accusatus sit in cã sanguinis, licebit sibi calumniosè se defendere. Cuius etiam indicium est, nam contra reos talia facientes, in iure canonico, aut ciuili nulla est pœna constituta, cum tamen habeatur, & imposita sit accusatori, si cum accusato colludat: vt habetur in cap. si quem pœnituerit 2. quæst. 3.

Ad hoc † argumentum (quod certè fortissimum est) respondeo, quod iura ciuilia multa impunè permittunt, quæ diuinæ leges non omninò probant: imò quæ secundum legem diuinam sunt peccata, & omninò prohibita: vt patet de meretricibus, & de simplici fornicatione, & alijs, quæ licèt sint peccata, iure tamen ciuili permittuntur. Et ratio est, nam humanę leges non exigunt ab hominibus omnimodam virtutem (hæc enim paucorum est, neque inueniri potest in tanta hominum multitudine, quantam lex humana necesse habet sustinere) vnde cum hoc, quod est potius velle mortem subire, quã aliquod peccatum committere, non omnium hominum sit, sed eorum tantum, qui omnimodam habẽt virtutem: inde est quod leges ciuiles nullam pęnam statuerunt pro illis, qui in causa sanguinis aduersarium suum siue accusatorem pretio, siue pecunia corrumperent, quo ipsi mortem corporalem euaderẽt. Est enim mors, teste Aristotele, omnium terribilium terribilissimum, nec mirũ iudicant leges humanæ, quod homines pro ipsa vitanda graue aliquod cõmittãt. Hinc ortum habuit quod pro hoc peccato iura statuere: cum tamen ipsa sit stabilita per leges cõtra ipsum accusatorem (& quidem iustissimè) si corrumpi se permittat, quia hoc non ex fragilitate prouenit humana, sed ex malitia. Cum quo tamen stat, quod vtrobique sit peccatum, in accusatore, quia facit contra iustitiam, & contra bonum commune (si causa est communis & publica) in accusato verò, quia induxit accusatorem ad illicitum, & cum eo quodammodo in peccato consensit, & teste Diuo Paulo ad Roman. 2. digni sunt morte non solum qui faciunt peccata, verum etiam qui consentiunt facientibus, per quod patet solutio ad argumentum.

Quarta Conclusio.

SI reus non † legitimè, sed præter ius interrogetur à iudice, de secreto suo crimine, vel si iudex est incõpatẽs, & legitimè recusatus, aut ab eo sit appellatum legitimè: non tenetur reus eidem veritatem dicere. Huius conclusionis veritas iam aliqualiter patet ex supradictis, sed breuiter probatur modò: quia nulla lex est obligatoria, nisi quatenus deriuatur à lege diuina, quæ quidem (vt dicit D. Tho. 2. 2. quæst. 93. a. 3.) est prima omnium agendorum regula, à qua omnia diriguntur & gubernantur: sicuti & à primo mobili mouentur omnia naturaliter mobilia: sed iudex (vt inquit Aristot. 5. ethicor. cap. 3.) est veluti quædam viua lex, quæ per legem æternam, & rationẽ, & per ius debet dirigi, & gubernari: ergo quando ipse pręcipit aliquid, quod est contra ius, nõ erit ei parendum, neque eius præceptum erit obligatorium: cum nõ reguletur per primam regulam, nec sit secundum legem diuinam, sed contra ipsam. Ex hoc euidenter colligitur, quod non tenetur reus in isto casu iudici parere, aut illi veritatem dicere: sicuti neque tenetur parere, aut obedire reus, quando interrogatur à non suo iudice, vel quando iudex est legitimè recusatus, aut ab eo est appellatum legitimè. Nam † iudex non est iudex nisi 85

per

per legem, & ad ea quæ continentur in lege, nec potest quempiam obligare, nisi per legem: ergo illa niet lege vel legibus, qua vel quibus, prohibetur iudicibus inquirere contra ius, aut agere in nō suum subditum, aut postquam fuerint legitimè recusati, seu ab ipsis fuerit legitimè appellatum: facultas præstatur subinde subditis, vt in ijs, quæ contra ius iudices ipsi faciunt non teneantur illis obedire. Hæc conclusio est vera & certa, neque de ea esse potest dubiū. Vnde dico, quod etiamsi iudex sit Ecclesiasticus, & sub excommunicationis pęna & censuris, præcipiat aliquid quod sit contra ius, siue præter ius: eiusmodi præceptum erit ipso iure nullum, & nullo pacto est ei obtemperandum.

Quinta Conclusio.

86 HViusmodi reus, † præter ius, seu non legitimè interrogatus à iudice priusquam aliud faciat debet tacere, & nolle loqui, & si cogatur debet appellare, allegando quod per iniuriam interrogetur, seu alio quouis modo, quo potuerit, debet se defendere, absque eo quod de patrato à se crimine vehemētem suspicionem generet. Hæc conclusio est D. Thom. 2.2. q. 66. art. 1. quam & hac ratione probat: nam quilibet habet vitæ suæ famæ, & honoris, & bonorum exteriorum possessionem, qua propter si iniustè, siue per iniuriā hoc priuetur iure, appellare optimè potest allegando iniuriam, quæ sibi irrogatur pro eo, quod iniustè & præter ius interrogatur. Vtque omni vnico concludam verbo, dico: quod omnia prius sunt tentanda, quam reus vtatur aliqua verborum amphibologia: nam hæc amphibologia mendacij non nihil præsefert, saltem in corde auditorum, & iudicus, atque legitimus ordo se ipsum defendendi modus id exposcit, vt omnia prius tententur, quam mendacium etiam apparenter proferatur. Qua ratione dico, quod reus iniustè interrogatus, prius debet tacere, postmodum si cogatur appellare, & tandem si ista non sufficiant remedia, alia, quæ in sequenti conclusione dicentur, adhibere.

Sexta Conclusio.

REus, qui † præter ius, de patrato à se crimine interrogatur, si per iniuriam cogatur 87
respondere, & alia remedia non sufficiant, bene potest verborum amphibologia vti, dicendo nego proposita, vt proposita sunt, vel dicēdo absolutè se nescire, quod etiam facere licèt. Pro huius conclusionis intelligentia oportet in memoriam adducere, id quod in initio huius articuli diximus, & est sententia D. Thom. 2.2. q. 69. nempe quod aliud est veritatem tacere, aliud falsitatem proponere siue mentiri: & quod hoc vltimum cum sit intrinsecè malum, siue quis iustè, siue verò iniuria, & contra ius interrogetur, facere in nullo casu licèt, & quod reus non tenetur veritatem dicere, quando interrogatur non legitimè Dices, quid igitur faciet si respondere per iniuriam cogatur? Respondeo D. Tho. & dicit modo nostra conclusio, & est sententia communis, quod in tali casu potest verborum amphibologia vti, quod est veritatem tacere respondendo aliquid, quod non sit mendacium, sed in aliquo sensu sit verum, licèt non ad mentem iudicis, à quo reus iniustè interrogatur. Est enim † amphibologia, verbum diuersas 88
habens significationes, de qua, & de multis modis, quibus ipsa in proposito vtendum est, plura dicit Soto, de secreto memb. 3. quæst. 3. & de iust. & iure lib. 5. q. 6. a. 2. & Arag. 2.

2. q.

2.q.69.artic.2.in fine. Ex quorum omnium reſolutione dico breuiter, quod reus interrogatus de aliquo crimine,quod verè commiſit, ſed quia illud eſt occultum non tenetur ipſum confiteri, poſtquam alia remedia adhibuerit, nempè tacere,appellare, & allegare iniuriam, quæ ſibi irrogatur dum interrogatur iniuſtè: ſi hoc non ſufficiat poteſt reſpondere cum Scoto in 4.diſt.15.quæſt.4.art. 3. nego propoſita vt propoſita ſunt. Quod ſi vlterius vrgeatur à iudice, vt reſpondeat directè,& confiteatur, vel neget propoſitum , poteſt talis reus dicere ſe iam ſufficienter ad accuſationem reſpondiſſe. Etſi inſtetur adhuc,& moleſtetur vlterius minis, poteſt dicere cum Adriano in 4. q. de ſigillo, in ſolutione 2.argumenti, ſe neſcire illud,de quo interrogatur, & quod amplius eſt, quod illud non fecit: ad hunc ſenſum, & eo ſenſu intra ſe retento, vt ſcilicet reuelet, vel reuelare teneatur, aut illud ſibi dicere. His & alijs ſimilibus reſponſionibus , poteſt vti reus quò iudicem illudat, & vt ab ipſius vi, & iniuria ſe eximat. Quo quidem caſu quamuis taceat, & quamuis veritatem celet, quam dicere non tenetur: quamuis etiam aſſeueranter reſpondeat (vt præmiſſum eſt) ſe neſcire, aut ſe nihil tale feciſſe: non tamen mẽtitur, neque peccat, nam id quod dicit in aliquo ſenſu verum eſt, quãuis non in ſenſu illius, à quo iniuſtè interrogatur. In quo caſu iniuſtitia iudicis,qua reum abſque iure interrogat, ius illi tribuit quò ipſum poſſit illudere,& decipere. Concludendo tamen dico, mentiri adeò eſſe de ſe malum & illicitum,quod ſi verba non occurrant,quibus citra mendacium, per æquiuocationem verborum, reus celare poſſit crimen, de quo iniuſtè interrogatur à iudice: mori potius debeat, quam mentiri. Quæ doctrina eſt Magiſtri Soto de ſecreto,memb.3.quæſt.3.concl.7.& eſt valde notanda. Cuius occaſione in controuerſiam libuit adducere, vtrum omne mendacium in iudicio prolatum, etiam ſine iuramento,ſit peccatum mortale. De quo in ſequenti articulo.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm omne mendacium in iudicio prolatum, etiam abſque iuramento, ſit peccatum mortale?

HAC de re eſt ſingularis † opinio Caietani, 2. 2. quæſt.69. artic.1. vbi tenet quod omne mendacium in iudicio prolatum, quamuis ſine iuramento, quamuis etiam materia ſit leuiſſima, & quæ aliàs extra iudicium eſſet venialis:in ipſo tamen eſt peccatum mortale. Quod intelligit, tam de iudicio ſacramentalis confeſſionis, quam de iudicio, & foro exteriori: ita quod ſi reus interrogetur à iudice, etiam de aliqua re leui, & veritatem neget: quamuis id faciat ſine iuramento, peccat mortaliter: ſed à fortiori in ſacramentali confeſſione. Nam ſi quis (inquit Caietan.) interrogetur à confeſſore, an dixerit aliquod verbum otioſum, vel fecerit quidpiam quod ex ſe non eſt pluſquam veniale,ſi falsò neget: peccat mortaliter. Fundamentum Caietani eſt, ſumma obligatio dicendæ veritatis, in confeſſione & in iudicio, quæ(inquit) eſt tanta, vt quamuis mendacij materia ſit leuiſſima, propter circunſtantiam tamen confeſſionis, ſiue iudicij, efficitur grauis, adeò vt in ijs omne mendacium (etiam de re leuiſſima) ſit peccatum mortale. Et ſi quæratur à Caietano cauſa, ob quam in prædictis caſibus materia, quæ aliàs erat leuis efficitur grauis? dicit pro eo eſſe, quia 89

vtrobique mentiendo irrogatur iniuria sacramento, vel iudici, quod sine graui culpa esse non potest. Et confirmat suam sententiam à simili de periurio: nam sicut (inquit) omne periurium est peccatum mortale, & nunquam ex paruitate materiæ fit, aut fieri potest veniale: ita & omne mendacium in sacramento confessionis, siue iudicio prolatum, quamuis sit sine iuramento, est semper peccatum mortale, neque ex paruitate materiæ fit, aut esse potest veniale. Hæc sententia Caietani singularis est, & rigorosa nimis, & contrariam veriorem esse credo, atque tenendã, pro qua sequentes statuo conclusiones.

Prima Conclusio.

90 MEndacium † in confessione, siue in iudicio prolatum, si fiat sine iuramento, propter leuitatem materię tantum est peccatum veniale. Hæc conclusio est ferè communis contra Caietanũ, & credo, quod est sententia D. Thom. qui 2.2.q.70.art.4. loquendo de mendacio in iudicio prolato (inquit) quod illud est mortale ex genere, vbi dum dicet ex genere, innuere certè videtur, quod in particulari, & in indiuiduo, & ratione paruitatis materiæ, esse possit veniale: aliàs non dixisset quod est mortale ex genere, sed quod est mortale absolutè. Sed probatur conclusio ratione: nam paruitas materiæ in omni materia extenuat peccatum, etiam in materia fidei charitatis & religionis, & fa-
91 cit vt illud † quod de se, & ex suo genere erat peccatum mortale, fiat veniale: ergo & pari ratione id ipsum inuenire licebit in sacramento confessionis, & in iudicio. Consequentia est legitima, siquidem vtrobique eadem est ratio. Antecedens verò probatur: nam furari (quod de se est peccatum mortale) ex paruitate materiæ fit veniale, vt furari obolum. Similiter si furtum fiat in Ecclesia ex genere suo est sacrilegium, & peccatum mortale: & tamen si furtum sit parum vini, aut ceræ non est plusquam veniale. Item & in materia fidei (inquit Soto de secreto memb.2.quæst.7.concl.2.) quod idem potest contingere, vt si dicatur aliquod tam leuissimũ vt nõ sit peccatum mortale, sed veniale. Cur igitur & id non inuenire licebit, in confessione & in iudicio? Præsertim, quia si quodcunque mendacium prolatum à reo in iudicio, ratione iudicij est peccatum mortale: pari etiam ratione, & quicunque defectus iudicis (etiam leuissimus) in iudicio factus erit peccatum mortale. Ita enim fideliter tenetur iudex tractare iudicium, ac reus ipse teneatur: & eandem vterque in iudicio iniuriam infert, & idem dico de confessore in confessione. Præterea ex hac sententia & positione Caietani sequeretur, quod celare, vel tacere reum rem leuissimam in iudicio quando illam dicere tenetur, esset peccatum mortale: nam perinde est tacere, atque negare, quando quis tenetur confiteri. Consequens autem est contra communem omnium Doctorum sententiam, & nullus sanæ mentis illud dicet: ergo intentum. Præterea insurgo etiam contra Caietanum: nam iuxta communem omnium Doctorum doctrinam, omne peccatum quod ex genere suo est mortale, fieri potest veniale, vel ex defectu plenæ deliberationis, vel ex paruitate materiæ: sed peccatum in iudicio, & etiam in confessione esse potest veniale ex defectu plenæ deliberationis, vt si subito, & absque deliberatione cogitet quis mentiri, in iudicio, seu in confessione: ergo pari ratione ex leuitate materiæ potest vtrobique

pec-

peccatum aliquod esse veniale. Dicendum est igitur contra Caietanum, quod mendacium dictum in iudicio (etiamsi sub excommunicationis pœna, vel in vittute obedientiæ veritas requiratur) in rebus leuibus non est nisi veniale: nam ex paruitate materiæ fit veniale, sicut & quodcunque aliud in quacunque materia, quod est intelligendum etiamsi tale mendacium sit totalis, seu principalis materia præcepti. Nã cum materia ipse re vera sit leuis & parua, non esse poterit peccatum
92 mortale, nec † possunt prælati ponere præceptum, quod in rebus leuibus obliget sub mortali: quod si de facto ponatur illud erit irrationabile, & de se nullum & ex consequẽti contra illud facere non erit peccatum mortale. Aduerto tamen quod non quæcunque materia à reo vel subdito existimanda est leuis, imò verò in re dubia quodlibet Prælati præceptum æstimarit, quod sit materia grauis, ac proinde in dubio obediendum est illis. Videatur hac de re Soto vbi supra, vbi dicit loquens de huiusmodi præceptis, quod si certò constiterit, quod materia sit leuis, ipsorum transgressio nullatenus esse poterit mortalis.

Secunda Conclusio.

93 QVodlibet mendacium † prolatum in sacramento confessionis, aut in exteriori iudicio (etiam sine iuramento, & citra periurium) est grauius, quam si diceretur extra. Pro hac conclusione aduerto, quod non in hoc volo pallinodiam recantare, seu dicere aliquid contra id, quod in præcedenti conclusione est positum, aut asserere, quod mendacium quod de se erat veniale, prolatum in confessione, aut in iudicio sit mortale. Sed dico, quod respectiuè loquendo, quodlibet mendacium in confessione, aut in iudicio prolatum, grauius est, quam si extra iudicium diceretur: ita quod mendaciũ mortale in confessione, seu in iudicio, grauius est quam extra: & similiter mendacium veniale in eadem confessione, & iudicio, est etiam grauius quam extra: idque ratione iniuriæ, quæ ratione talis mendacij irrogatur iudicio, siue sacramento. In quo sensu verum habet opinio & sententia Caietani Et propter eãdem rationem dico, esse grauius mẽdacium, siue mortale, siue veniale, prolatum in confessionis sacramento, quam prolatum in exteriori iudicio: de quo videatur idem Soto vbi supra.

Tertia Conclusio.

OMne mendacium † dictum in re graui, quotiescunque reus legitimè interrogatur, est peccatum mortale, etiam secluso iuramento. Probatur hęc conclusio, nam cum res sit grauis (vt supponitur) & reus teneatur veritatem dicere, cum legitimè interrogetur à iudice: manifestè sequitur, quod nisi eã dicat facit contra iustitiam, & cum id sit in re graui, quod peccat mortaliter. Quin verò addo, quod reus in tali casu est obnoxius restitutioni damni cuiuslibet inde alteri subsecuti, qua de re videatur Arag. 2. 2. q. 69. art. 1. & 2. 94

Quarta Conclusio.

QVando † reus iniustè, & cõtra iuris ordinem interrogatur à iudice, siue mendacium sit in re graui, siue verò leui, dummodo proferatur sine iuramẽto, non est peccatum mortale, sed veniale. Hanc conclusionem tenet expressè Magist. Soto de secr. memb. 95

3.q.5. concl. 6. & Arag. 2. 2. q. 69. a. 1. & 2. respondendo ad quoddam argumentum Caietani, quo probare contendebat omne mendacium in iudicio prolatum esse peccatum mortale. Contra inquit, nam certum est, quod mendacium officiosum, etiam in re graui non est peccatum mortale: sed illud quod dicitur in iudicio, quando quis non legitimè interrogatur à iudice, non est perniciosum, sed officiosum: ergo eiusmodi mendacium non est plusquam veniale. Consequentia legitima est, minor autem probatur. Nam reus in isto casu nemini facit iniuriam, cum non iuridicè, sed iniustè interrogetur: quin verò ipse est, qui iniuriam patiatur, iniustè interrogatus. Hoc dicit Soto esse intelligendum de reo, quando interrogatur sine iuramento in iudicio, & etiam de adultera, quando etiam sine iuramento extra iudicium à marito, qui non est suus iudex, interrogatur de adulterio: videatur ibi, vbi ad hoc propositum dicit multa notatu dignissima.

Quinta Conclusio.

96 Quamuis † generaliter loquēdo omne periurium sit peccatum mortale, dari tamen potest casus, in quo interrogatus quis in iudicio (etiam cum iuramēto) veritatem non dicat, nec mortaliter peccet. Nota bene hoc quod dicitur in hac conclusione, & est desumptum ex doctrina Magist. Aragon. 2. 2. q. 69. art. 1. & 2. inter respōdendum ad argumenta Caietani, & casus est, quando iuramentum præstatur non de aliqua re in particulari, sed in communi, & in vniuersali exigitur. Quod vt plenius notū fiat dico, quod iuramentum præstari potest aut de aliqua re in particulari, vt si sub iuramento percontetur quispiam, fecerit ne hoc aut illud: potest etiam præstari in communi & in vniuersali dicendo sub iuramento quod veritatem dicet in omnibus, de quibus fuerit interrogatus. In primo casu certissimum est, quod qui peierat mortaliter peccat: at in secundo casu dicit Aragon. & cum eo alij multi, quod quamuis reus post multa alia, in quibus verum dixit, interrogetur à iudice de crimine à se patrato, de quo non potest interrogari iuridicè, & ille dicat non feci, seu alijs vtatur verbis, ad declinandum à se iudicem, nec peccat mortaliter, nec frangit iuramentum. Nam sensus communis illius iuramenti est, quod promittit se verum dicere in omnibus illis, in quibus iudex potest eum iuridicè & legitimè interrogare, & quia de illo crimine secundum iuris dispositionē non interrogat, nec interrogare potest (vt supponitur) id circo nec frangit iuramentum, neque mortaliter peccat. Videatur Aragon vbi supra, & idem tenet Soto de secreto memb. 2. q. 7. concl. 3. in fine.

Ad argumentum igitur Caietani respondeo, quod non omnis iniuria iudici facta, aut sacramento confessionis in re leui est peccatum mortale: tunc verò in his, sicut & in omnibus alijs, paruitas materiæ facit, vt quod de se est peccatum mortale fiat veniale. Vnde & specialiter ad illud quod dicit de confessione, dico † quod in ipsa mentiri in re- 97
bus leuibus, non est peccatum mortale, nisi forsan quando pœnitens vult efficere talia peccata venialia, principalem materiam sacramenti Pœnitentiæ. Quod continget quando quis non habens peccata mortalia quæ confiteatur, vult facere materiam de venialibus: tunc est grauissimorum Doctorum opinio, quod peccat mortaliter propter iniuriam, quam irrogat sacramento. At quan-

quando quis habet mortalia, quæ confiteatur, & confitetur ipsa, nec confiteri vult venialia (quæ materia necessaria non sunt sacramenti pœnitentiæ) sed voluntaria: si Sacerdos forsan illa interroget, nec pœnitens tenetur respondere, nec si respondens mentiatur, peccabit magis, quam si extra sacramentum mentiretur, & in eo nulla grauis sacramento irrogatur iniuria. Nam postquam pœnitens non necessariò subditur confessori in materia venialium, neque ei, neque sacramento iniuriam irrogat, mentiendo in tali materia. Nec similitudo allata à Caietan. de periurio quicquam va-
98 let: nam hoc habet speciale† periurij vitium, quod in quacunque materia quantumuis parua, est mortale. Quod ex eo prouenit, quia periurij impietas in eo consistit, quod Deus in testem alicuius falsitatis adducatur, & falsitas ita est, & ita reperitur in re leuissima, atque in re graui: sic enim mentitur & falsum dicit, qui asserit se non leuasse festucam cum illam leuarit, ac qui dicit non occidisse se hominem, cum illum occiderit. Ex quo fit consequens quod periurium est vtrobique mortale, & forsan grauius in re leui, quam in re graui.

ARTICVLVS X.

Vtrùm reus diffamatus, siue conuictus de vno crimine, iustè possit interrogari de alijs criminibus occultis?

99 Partem affirmatiuam † tenet Paludan. in 4. dist. 19. quæst. 4. quem refert, & sequitur Syluester verbo, inquisitio, 1. numero 7. & plures alij Doctores tenent hanc sententiam, quam & probare contendunt sequenti ratione. Nam ratio ob quam inquirere, seu interrogare non licet de occultis, non est propterea quod crimen sit occultum: sed pro eo, quod persona sit occulta, & contra ius & contra rationem esse videtur, quod publicetur, & diffametur: sed in proposito casu diffamatus, siue conuictus de vno crimine, non est occultus: ergo in tali casu licitum erit ipsum interrogare de omnibus suis delictis, vtcunque occultis, cum non per id publicetur, & diffametur: & tenebitur respondere, ac veritatem dicere: alioquin peccabit mortaliter. Hoc est vnicum & totale huius opinionis fundamentum: quo nihilominus non obstante, contraria sententia est verior, & tenenda, pro qua sequentes statuo conclusiones.

Prima Conclusio.

Conuictus † de vno crimine, non potest, aut debet interrogari de alijs, neque ipse reus interrogatus tenebitur respondere. 100
Hæc conclusio est expressa domini Caietani 2. 2. quæst. 69. artic. 2. & eam tenet Soto de secreto memb. 2. quæst. 6. dub. 5. & lib. 5. de iustitia & iure quæstio. 6. artic. 2. Et Nauar. & est etiam aliorum, quos refert Arag. 2. 2. quæst. 69. art. 2. & probatur primo, ex cap. cum oporteat, cap. inquisitionis, capit. qualiter & quando de accusationibus, quibus expressè habetur, quod ad inquisitionem est necessaria infamia de persona, & de delicto, & in capit. cum oporteat, post alia habentur hæc expressa verba. Discretioni vestræ mandamus, quod nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noueritis, ad inquisitionem minimè procedatis. Quid clarius dici potuit? Secundò probatur conclusio ratione: nam rō ipsa id suadet, & contrariū videtur iuri naturali aduersari: nā pōt quis

adulterij fama obscurari, qui in materia furti, & aliorum, bonum & integrum habeat nomen: ergo in his non erit minus contra rationem interrogare ipsum de alijs criminibus, ac si de nullo crimine fuisset conuictus. Tandem ex contraria positione sequeretur, quod conuictus de vno crimine licitè posset interrogari de quibuscunque criminibus mundi: quod certè nullus sanæ mentis dicet.

Secunda Conclusio.

101 DVo sunt casus, † in quibus conuictus de vno crimine, iure potest interrogari de alio. Primo quando crimen cognitum est sufficiens indicium, aut fama respectu alterius. Secundo quando vnum crimen est alterius circunstantia, ita quod sine alterius cognitione perfectè non potest cognosci. Exemplum primi, vt si quis fuisset infamatus, & conuictus de adulterio, & maritus adulteræ in lecto iaceret occisus: in tali casu adulter legitimè interrogaretur, an esset reus talis homicidij, & veritatem dicere tenetur. Similiter si quis fuisset conuictus de homicidio, & cadauer occisi hominis nudum fuisset repertum: legitimè posset interrogari de spolio. Exemplum secundi, vt conuictus de consuetudine cum aliqua puella iure, & legitimè posset interrogari an ipsam defloraverit? Item conuictus de furto Ecclesiastico, interrogari potest an infregerit Ecclesiæ fores: quæ sunt nonnæ circunstantiæ peccata ipsa aggrauantes. Sed quod in his & similibus casibus iure quispiam interrogari possit, & interrogatus teneatur respondere, probatur: nam si quando neque legitima adsunt indicia, potest quis iustè, & legitimè interrogari, & interrogatus tenetur respondere: quanto magis vbi indicia ipsa sunt peccatum, vel noua circunstantia respectu alterius peccati? In his igitur casibus nulla irrogatur iniuria reo, si interrogetur.

Ad argumentum contrariæ † opinionis respondeo, quod non solum est prohibitum iudicibus inquirere, seu iudicare de occultis, pro eo, quòd peccator est occultus: verum etiam & propter occultationem peccati ipsius: nam eo ipso, quo peccatum aliquod est occultum, exemptum est ab humano iudicio, & ab humana inquisitione, omnia enim humana iudicia pertinent ad scientiam, & potestatem publicam. Ex quibus constat, quam perperam faciunt iudices, siue Prælati, interrogantes reos infamatos de vno crimine, de alijs, super quibus nulla laborant infamia: in quo & ipsi iudices grauiter peccant, imponendo, & præcipiendo illis, vt respondeant, & ipsi subditi sic iniustè, & iniuria interrogati: respondere non tenentur, aut in hoc illis obedire. Neque excusantur huiusmodi iudices pro eo quod sit aliqualis suspicio: nam vt dicitur in cap. qualiter & quando, & in cap. inquisitionis de acusatio. infamia, & clamorosa insinuatio, non autem suspicio debet iudicum inquisitionem præcedere. Caueant ergo huiusmodi iudices, & suæ saluti consulant, & suorum subditorum honori, & cum procedant iusta exigente causa ad alicuius delicti cognitionem: nullo modo inquirant de alijs, nulla præcedente infamia, aut clamorosa insinuatione. 102

A R.

ARTICVLVS XI.

Vtrum reus conuictus, & confessus de vno crimine, licitè possit interrogari de complicibus, nulla infamia laborantibus?

PArti affirmatiuæ patrocinatur
103 † vniuersalis consuetudo, qua communiter malefactores de socijs interrogantur à iudicibus. Sed ea non obstante in contrarium est veritas, & contrarium est vtroque iure, canonico & ciuili, stabilitum, in capit. cum monasterium de confessis, capit. veniens el 1. de testib. c. nemini crimini 15. quæst. 3. & in iure ciuili l. fin. ff. de accusat. quibus omnibus expressè cauetur ne cõfessi super aliorum conscientijs interrogentur crimine læsę maiestatis excepto, sub quo nomine comprehenditur etiam hæresis, quod est crimen læsæ maiestatis diuinæ. Et etiam cõprehenduntur plures alij casus, de quibus statim dicemus, cum de similibus simile sit iudicium. Pro quorum maiori explicatione sequentes statuo conclusiones.

Prima Conclusio.

104 IN criminibus † vergentibus in perniciem publicam, vt est crimen læsæ maiestatis, hęresis, proditio ciuitatis, &c. licitum est iudicibus interrogare reos de cõplicibus, etiam occultis, & ipsi interrogati tenentur veritatem respondere. Hæc conclusio est omnium Doctorum communis, & fundatur in ijs, quæ supra semel, atque iterum diximus: nempè munus esse & officium iudicum consulere bono communi, non obstantibus quibuscunque priuatis commodis alicuius particularis. Vnde fit, quod ex interpretatione iuris naturalis, & per concurrentiam alterius iuris naturalis strictioris, bene potest iudex reum interrogare de socijs. Nam licet sit ius naturale, & diuinum, vt nullus peccator occultus diffametur: etiam est ius naturale & multo fortius, atque strictius, intendere bono communi, & procurare vt mala in republica euitentur. Id ipsum (inquit Soto) facere licebit quãdo crimen fuerit atrocissimũ, vt est adulterio monetæ, quæ in magnum totius Reipublicæ damnum vergit. Quod & propter † eandem rationẽ 105
est intelligendum de latrocionio: sed latrocinij nomine non veniunt intelligendi omnes latrones, sed famosi: & qui vulgò dicuntur. *Salteádores*, qui vias obsident, & qui iam conspirauerunt occidere quoscunque possint: hi enim sunt qui non Ecclesiæ immunitate gaudent, vt habetur in cap. inter alia, de immunit. Eccles. De istis igitur dico, quod dũ capiuntur, iure, atque legitimè interrogantur de socijs, fautoribus, & receptoribus, ad obuiandum malo publico, quod naturæ iure fortius est, quocunque bono particulari. Quorum omnium hæc generalis est ratio: nam cũ in his casibus simplex denunciatio valeat pro accusatore, & reus ipse (etiam non interrogatus) teneatur occultos complices accusare, siue denunciare: vt supra retulimus agendo de denunciatione, accusat. quæst. 13. artic. 3. multo melius id facere tenetur, & veritatem dicere, cum de eo iuridicè interrogatur à iudice. Qua quidem ratione dicit Soto de secreto memb. 2. quæst. 6. concl. 4. quod in his casibus rei sunt à confessoribus admonendi, vt prodant, & manifestent huiusmodi socios, etiamsi de ipsis non interrogentur, saltim cum malum adhuc pendet in futurum. Secus esset si iam socij prorsus essent emendati, & id ipsis constaret.

In quo casu certum est, quod non te-
nentur reos criminosos, occultos,
& iam emendatos sua sponte prode-
re, nisi super eo à iudicibus fuerint
compulsi, & interrogati. Videatur
supradictus Soto.

Secunda Conclusio.

106 QVamuis crimina non vergāt
in perniciem publicam, sed
solum in damnum, & praiu-
dicium priuatæ personæ, si tamen
tale damnum adhuc pendet in futu-
rum, bene fieri potest interroga-
tio de socijs. Hæc conclusio est certa
& manifesta, & omnium Docto-
rum communis (v.g.) conspirauerūt
plures occidere Petrum, & capitur
vnus ex ipsis: bene poterit interroga-
ri, an sint etiam alij ad tale homici-
dium præparati, & animati, vt eui-
tetur tale damnum. Dico igitur
quod quotiescunque delicta sunt in
fieri, & damnum pendet in fu-
turum, iure fieri non potest interro-ga-
tio de socijs. Cuius ratio est: nam iu-
ra quæ disponunt non licere occul-
tos peccatores absque præcedente in-
famia inquirere, intelligenda sunt de
crimine præterito: & in crimine,
quod inquiritur tantum punitionis
gratia: nam de eo, quod inquiritur,
tam punitionis gratia, quam vt dam-
num euitetur in futurum: secus est
dicendum. Videatur Soto vbi supra
concl. 4. in fine.

Tertia Conclusio.

107 IN casibus † particularibus natu-
ra sua complicem requirentibus,
vt sodomia, &c. si huiusmodi
crimina sunt publica, omnibusque
nota, licitum est iudicibus interro-
gare de complicibus, etiam occul-
tis, imò ad id tenentur ex iniuncto
sibi officio, & reus ipse tenetur re-
spondere, & veritatem manifesta-
re. Hæc etiam conclusio est Ma-
gistri Soto vbi supra, & Aragon 2.
2. quæst. 69. artic. 2. in 3. dicto. Pro-
banturque ipsa eadem ratione, qua su-
pra diximus, in criminibus manife-
stis licitum esse iudicibus inquisitio-
nem facere de personis etiam occul-
tis. Et ratio est, nam cum huiusmo-
di crimina (vt supponitur) sint eius
naturæ, quod sine socio exerceri
non possunt, eo ipso quod sunt pu-
blica, & constat de vno patratore:
publicum est etiam esse alterum e-
iusdem criminis participem. Vnde
fit, quod rectè iudex † suo fungere- 108
tur officio, nisi de socio & complice
inquireret, ne detur scandalum po-
pulo, & occasio præbeatur ciui-
bus sibi subditis, existimandi velle
iudicem eiusmodi delicta impuni-
ta relinqui, quod crederet, in ma-
gnum damnum totius Reipublicæ.
Propter eandem igitur rationem,
propter idem commune bonum
conseruandum, dicunt prædicti
Auctores, quod tenetur similiter ip-
se reus iudici ad interrogata re-
spondere, non obstante præcepto
naturali de celando peccatore oc-
culto: nam hoc ius naturale, contra
aliud ius naturale multo strictius,
& fortius, quod (vt diximus) est de
bono communi, non potest, aut de-
bet præualere, aut sibi contrariari.

Quarta Conclusio.

SI autem huiusmodi † crimina 109
particularia publica, & manife-
sta non sunt etiamsi sint eius na-
turæ, vt sine complice exerceri non
possunt: non licèt iudicibus inter-
rogare reos de complice non infama-
to, nec rei ipsi interrogati tenebun-
tur respondere. Hæc conclusio con-
stat ex supradictis: nam dictum est
à nobis sæpè, esse de iure naturæ,
quod ad particularem inquisitio-
nem sine præcedenti infamia non

pro-

procedatur, niſi in caſibus, in quibus id expedit bono communi: ſed in criminibus, de quibus nunc loquimur, cum (vt ſupponitur) publica, & manifeſta non ſint, neq; ſcandalum ex eo, quod in his ad inquiſitionem non procedatur oriri poſſit, non expedit bono communi, vt inquiſitio fiat peccatoris occulti: ergo in his caſibus non poteſt fieri iure talis inquiſitio, & ex conſequenti nec reus ipſe interrogatus tenebitur ad interrogata reſpondere. Hac de re videatur Arag. 2.2.q.69.a.1.& 2.

Quinta Concluſio.

110 MVlto minus licitum erit iudicibus † reos interrogare de complicibus, in illis criminibus, quæ natura ſua fieri poſſunt ſine ſocio, ſiue illa ſint publica, ſiue occulta, dummodo complices alias nulla infamia laborent: in quo caſu nec rei ipſi, ſi interrogentur tenebũtur illos detegere, imo ſi id faciant peccabunt mortaliter. Hæc etiam concluſio fundatur in ſupradictis: nam tota ratio, ob quam in omnibus ſupradictis criminibus tenentur rei veritatem dicere, eſt vt maiora mala vitent, & vt euitetur ſcandalũ, quod exoriri poſſet, & de facto oriretur, ſi delicta manerent impunita, repleretur enim Reſpublica ſceleratis: hanc ob cauſam dictum eſt licitum eſſe reuelare peccatorem occultum, quamuis ſit ius naturale ipſum celare, propter aliud ius naturale multo fortius, & ſtrictius, at quando crimẽ eſt particulare, & quod ex natura ſua complicem non requirit, etiamſi ſit publicum, & conſtet de vno patratore, cum tamen non certo cõſtet quod etiam ſit alius, iam ceſſat huiuſmodi ratio: ergo in tali caſu, & ſimilibus non habet ius iudex ad interrogandum, nec reus interrogatus tenebitur reſpondere: quod ſi perperam faciant, non erit ſine peccato, cũ naturæ iure quilibet teneatur conſulere bono, & famæ ſui proximi, vbi non præiudicatur bono communi. Sed adhibeamus aliam concluſionem, quæ in hac materia deſeruiat pro regula generali.

Sexta Concluſio.

HÆc ſit generalis regula † pro examinandis reis, quod quotieſcunque ex non inquirendo maius malum oritur, & præcipuè ſi illud ſit contra bonum commune: licitum eſt iudicibus ſine præcedente infamia reos de occultis complicib. interrogare, & de eis particularem inquiſitionem inire: ſed citra hos caſus minime licet, imo id facere eſt contra ius naturale, & peccatum mortale. Qualiter autem hæc generalis regula ad particulares caſus ſit applicanda, haud poteſt ſummatim dici, ſed prudentis viri iudicio relinquitur: caueant ſibi, & videant iudices qualiter vtuntur ipſa. 111

Ad argumentum adductum pro parte affirmatiua fundatum in conſuetudine, dico quod hæc conſuetudo † potius eſt corruptela dicenda, & non ab omnibus probatur: imo vero à quampluribus iiſque peritiſſimis Doctoribus damnatur, & reprobatur, & qui illam in vſum inuexerunt, non fuerunt ſine peccato, ſed neque ſine ſupplicio erunt, Nauar. in cap. inter verba concl. 6. corrol. 51. numero 128. dicit conſuetudine introduci poſſe vt in quocunque peccato fiat inquiſitio de complicibus nulla infamia laborantibus: ſed hæc eius doctrina ab omnibus reprobatur, & meritò: nam ſi quando ſine infamia ad inquiſitionem procedi poteſt, id non eſt ex vi conſuetudinis, aut alterius legis humanæ, cũ nulla lex, aut 112

conſue-

consuetudo contra legem naturalem praeualere possit: sed id est ex interpretatione iuris naturalis, & propter bonum commune (vt dictum est) & propter concurrentiam alterius iuris naturalis, multo strictioris, atque fortioris.

ARTICVLVS XII.

Quando reus dicitur interrogari legitime, vt subinde sibi constet, quod tenetur sub mortali iudici respondere?

HIC articulus est potissimus, & veluti finis, & scopus huius totius quaestionis, quae est de reis, & ipsorum confessione in particulari. Et vt quae dicenda sunt clarius, ac distinctius innotescant, resolutiue respondeo per sequentes conclusiones.

Prima Conclusio.

113 QVando crimen est † notoriū, & manifestum, non est necessarium interrogare reum: sed tunc ius habet Iudex damnandi ipsum, & ipsum in supplicium statim rapiendi. Haec conclusio satis constat ex ijs quae diximus in quaest. de particulari inquisitione, art. 10. Dictum est etiam ibi quod crimen dicatur notorium, & manifestum, & qualiter eius generis crimina dicantur à Diuo Paulo iudicium praecedentia: hoc est, prius nota & manifesta, quam in iudicium adducantur: in quibus proinde Iudex non opus habet accusatore, nec opus est interrogare reum, cum sit euidentia patrati sceleris. Sed quia sunt alia crimina non ita nota, de quibus reus inquiri, denunciari, vel accusari potest, & in quibus necessum est, vt reus ipse interrogetur, quo prius causa explorata, atque discussa, vel puniatur, vel absoluatur: de his etiam quaerere oportet, qualiter iudex reū possit percunctari, vt ipse subinde teneatur ad interrogata respondere, & veritatem dicere: de quibus paulatim satis fiet per sequentes conclusiones.

Secunda Conclusio.

VBi infamia † praecesserit contra aliquem super aliquo crimine, & iudex vt tenetur vult particularem inquisitionem efficere, ius habet iudex interrogandi reum, & ipse interrogatus tenetur veritatem respondere. Haec conclusio constat ex dictis in quaest. de inquisitione art. 4. vbi etiam dictum est quid sit infamia, & à quibus illa debeat esse exorta, vt meritò proinde iudex possit ad ineundam particularem inquisitionem procedere: & in art. 4. eiusdem quaestionis diximus, qui sint casus in quibus propter eorum atrocitatem, minor, vel nulla infamia ad inquisitionem requiritur: sed solum quod crimen quoquomodo ad iudicis notitiam perueniat: in illis omnibus casibus dico, quod reus legitime interrogatur à iudice, ac proinde tenetur ipse sub peccato mortali eidem simpliciter & plane, & sine vllo verborum subterfugio, cum legitime, & iuridice interrogetur respondere. 114

Tertia Conclusio.

QVando crimen † est notorium, & manifestum, sed eius patrator occultus, & sit inquisitio de patratore ex iudicis officio, quia crimen graue est: non quidem in particulari sed in vniuersali, & in communi: nempe quis nam illud fecerit: si inter alios reus ipse interrogetur, tenetur se prodere, & veritatem respondere. Haec conclusio est contra Mag strum Sotum lib. 115

5. de iustitia & iure, quæst. 6. art. 2. & de secreto memb. 2. q. 6. dub. 4. sed nihilominus eam tenet Aragon & alij grauissimi Doctores quos supra retulimus, quæst. de inquisitione, ar. 4. & est quæ communiter obseruatur in praxi, vide ibi, vbi ni fallor inuenies omnia, quæ ad hoc propositum possunt desiderari.

Quarta conclusio.

116 QVando fit particularis † inquisitio ex officio iudicis de aliquo crimine publico, & notorio, in quo patrator est occultus, vt in præcedenti conclusione est dictũ, si est tali inquisitione aduersus aliquem aliqua grauia indicia, & manifesta resultent, tenetur proculdubio, & potiori iure, & in omni opinione ille talis si interrogetur ad interrogata respondere & veritatem dicere. Hæc conclusio constat etiam ex ijs, quæ diximus in supradicta quæstione de inquisitione, art. 4. vbi etiam dictum est, quæ indicia dicantur grauia, quæ vero leuia, & qualiter huiusmodi indicia non vnum, sed plura esse debeant, & eorum singula per duos testes probari, qui expresse de indicio deponant, vide ibi.

Quinta Conclusio.

117 INdicia † manifesta, quæ grauia non sunt: quamuis non sufficiant ad ineundam particularem inquisitionem contra aliquem non infamatum; sufficiunt tamen ad interrogandum reum infamatum per viã accusationis, seu iudicialis denunciationis, & reus ipse tenebitur respondere, & veritatem dicere, cum huiusmodi indicia æquipolleant semiplenæ probationi. De quo vide, quæ dicta quæstione de inquisitione, quæ septima est in ordine art. 4. conclusio 4. & quæ dicẽda sunt in sequẽti conclusione.

Sexta Conclusio.

SEmiplena, † probatio, idest vnius testis omni exceptione maioris, sat est ad interrogandum reum iuridicè, quando proceditur per viam accusationis seu iudicialis denunciationis: in illis casibus, in quibus ipsa vim habent accusationis, vt in crimine hæresis, & similibus, quę vergunt in perniciem publicam, & reus sic interrogatus tenebitur respondere, & veritatem dicere. Vide quęstionẽ de inquisitione articulo 5. conclusione 3. 118

Septima Conclusio.

SI non adsit † accusator, vel denunciator, & tam crimen, quam criminosus est occultus: etiamsi sit semiplena probatio, non est ius iudici faciendi specialem inquisitionem, ac proinde si reus ipse præter ius interrogetur non tenebitur respondere, aut veritatẽ dicere, vide in dicto art. 5. concl. 3. 119

Octaua Conclusio.

QVando † crimen est notorium, & manifestum, & iudex ex officio suo facit inquisitionem, in genere, & communi, eo modo quo dictum est supra: in tali casu semiplena probatio sufficit ad faciendam particularem inquisitionem: & ita reus contra quem est eiusmodi semiplena probatio, interrogatus tenebitur respondere, & veritatem dicere, quia publicitas facti vim supplet accusatoris. Vide ibidem concl. 2. 120

Nona Conclusio.

COnuictus de † vno crimine non potest inquiri, aut interrogari de alijs, & si perperam & præter ius interrogetur, non tenetur 121

netur respondere, aut veritatem dicere: nisi quando vnum crimen est indicium, & fama respectu alterius, vel est alterius circũstantia, ita quod vnum non potest sine alio perfectè cognosci. Hæc conclusio constat ex dictis in artic. 10. concl. 1. huius quæstionis.

Decima Conclusio.

122 IN criminibus † vergentibus in perniciem publicam, vt hæresis, ciuitatis proditio, &c. aut in dãnum, & præiudicium tertij, quod adhuc pendet in futurum: & in criminibus etiam particularibus, manifestis tamen natura sua complicem requirentibus, vt sodomia, &c. licitum est iudicibus interrogare reũ de complicibus, etiam nulla infamia laborantibus: & reus ipse tenebitur veritatem dicere: non autem si talia crimina sint particularia, & non in perniciem publicam, neq; in præiudicium tertij., aut si non sunt publica, & manifesta, etiamsi sint eius naturæ, vt sine complice exerceri non possint: & multominus in illis criminibus quæ natura sua fieri possunt sine socio, aut complice, siue illa publica sint, siue occulta, cum tamen complices alias nulla infamia laborent. Hæc conclusio multa continet, de quibus omnibus in particulari vide 11. art. huius quæstionis.

Vndecima Conclusio.

123 ILle † qui fraternè prælato denũciatur, si potest crimen testibus comprobari, tenetur eidẽ veritatẽ dicere tanquã Patri, nisi forte grauiter timeat quod Prælatus non se gesturus sit tanquã Pater, sed tãquam iudex, & quod talis Prelatus machinatur eum grauiter castigare, & punire. Hęc conclusio constat ex supra dictis q. 11. de correptione fraterna, quantum ad ordinem ar. 8. conclus. vide ibi, & Sotum de iustit. & iure, lib. 5. q. 6. ar. 2. concl. 4. & de secreto memb. 2. quæst. 4. concl. 6.

Duodecima Conclusio.

SI fraternaliter † denunciatus rebellis exiterit, & crimen suũ testibus comprobari possit, noluerit Prelato nec tanquã parti confiteri: tunc iure potest ab ipso compelli vt veritatem dicat, & reus ipse tenebitur respondere, & veritatem dicere sub mortali. Ratio est, nam rebellio ipsa in tali casu vicem habet accusatoris, & ius tribuit iudici ipsum iudicialiter, & tanquam iudex interrogandi, cui proinde reus tenetur parere. Vide Sotum vbi supra & de iustitia & iure, lib. 5. quęst. 6. ar. 2. concl. 4. & de secreto memb. 2. q. 4. concl. 7. & 8. 124

Vltima Conclusio.

SI confessor † cognouerit reum iure teneri ad dicendam veritatem, vt re vera tenetur in omnibus supradictis casibus: & noluerit id facere: non potest, aut debet ipsum absoluere antequam reddat testimonium, & veritatem dicat, etiãsi id futurum sit aduersus proprium caput. Pono exemplum in homicida, aut in insigni quodam latrone in vinculis constituto: contra quem est infamia, indicia, aut semiplena probatio, aut aliquid ex supradictis, in casu quo illa sufficiunt, si ab eo petatur testimonium, & neget, nec velit veritatem confiteri non debet absolui antequam de plano eam fateatur, vt tenetur de iure. Huius cõclusionis ratio est, nam certum est, quod perseuerans actualiter in peccato, & nolens ab eo exire non est absoluendus: sed qui legitimè interrogatus à iudice non respondet, & veri- 125

veritatem dicit, peccat mortaliter, & eam negans in peccato actualiter perſeuerat: ergo huiuſmodi non eſt abſoluendus: videatur Soto de ſecreto memb. 2. q 7. concl. 3.

126 Oportet tamen aduertere † aliqua pro confeſſoribus notatu digniſſima. Primò quod hac in re maxima prudentia, & cautela debent ijdem confeſſores vti: ita quod taliter reos non abſoluant, vt taceant, & neque vultu, neque verbis aliquid dicant, aut faciant, quo fortè aliqua via reorum crimina reuelentur. Solent enim quandoque iudices maximis cautelis vti fingendo ſe velle occidere reos inconfeſſos, vt vel hac ratione ipſi patefaciant eorum occulta delicta quod facere nunquam licet.

127 Secundò aduerto, † quod in re tanti momenti, & neganda abſolutione prædicta, confeſſores non eſſe debent præcipites, imo vero multa in reorum fauorem præmeditari; antequam ipſos priuent abſolutionis iure. Illud vel maximè, an interrogans ſit verus, & legitimus iudex: nam ſi reus eſt aliquo priuilegio exemptus, vt ſi eſt ſacris initiatus: & à iudice ſeculari interrogetur, aut ſi per iniuriam ab Eccleſia fuit extractus: quamuis ſit infamia, & adſint omnia alia interrogandi iura, rectè poteſt citra mendacium, reus veritatem celare, aut verborum amphibologia vti, ad ſenſum ſupradictum in 8. articulo huius quęſtionis concl. 4. 5. & 6. cum non legitimè interrogetur, & quamuis de facto neget, illud mendacium (niſi interuenerit iuramentum) non erit pernicioſum, ſed tantum officioſum, & veniale, vt diximus in art. 9. quæſtionis eiuſdem concl. 4.

128 Item tertiò aduerto † pro confeſſoribus, quod quamuis reus à vero ſuo iudice interrogetur, neceſſum eſt etiam (vt ſtatim in ſequenti articulo dicemus) quod antequam cogatur veritatem dicere, conſtent ſibi merita proceſſus, & illa, quorum vi, atque virtute interrogatur. Nam ſi proceſſus fiat per correptionem fraternā, neceſſum eſt, quod reus prius à Prælato admonitus fuerit rebellis, & quod præter denunciatorem, ſit ſaltim alius teſtis: aliàs iudex, ſiue Prælatus non poteſt reum tanquam iudex interrogare. Si vero proceſſus fiat, & procedatur via accuſationis, ſeu iuridicè, & iudicialis denunciationis, requiritur ſemiplena probatio, aut manifeſta indicia. Si verò procedatur per viam inquiſitionis, neceſſum eſt, quod pręcedat infamia quæ non à diſcolis, ſed à fide dignis emanauerit, & quod talis infamia ſit iuridicè probata, ſaltim per duos teſtes, iurantes ſe id audiuiſſe à pluribus perſonis fide dignis, & idem dico de indicijs: quod illa debent eſſe plura, & non vnum, & illorum quodlibet per duos teſtes cum iuramento debet cōprobari: vt diximus, ſupra, & tradunt communiter Doctores in cap. inquiſitionis, & cap. qualiter & quando. de accuſationib. Hæc oportet aduertant prudentes confeſſores, & quod hæc omnia neceſſum eſt, vt reo conſtent, antequam cogatur veritatem dicere, & priuſquam pro eo, quod illam non dixerit, repellatur à confeſſore, & denegetur ſibi abſolutionis beneficium. De quibus omnibus videndus eſt Soto loci ſupra citatis.

Quartò aduerto, † quod ſi reus 129
rectè, & ritè à iudice interrogatus, iam ſemel & iterum negauit crimen, quod confiteri tenebatur, & nihilominus quia legitimis teſtibus, & probationibus fuit conuictus, ad mortem damnatur, & iamiam ducitur ad ſupplicium: quamuis veritatem negando peccauerit, non tamen tunc temporis neceſſe eſt, vt publicè dicat ſe in ſua confeſſione fuiſſe mentitū: niſi forſan aliquod

dāmnum

damnum subsequatur exindeq́; sat enim est, vt in sacramentali confessione id confiteatur: quod expressè tenet Nauar. in Manuali ca. 25. nu. 38. ibi, ad nonum quæsitum: quod quidem confessores omnes summo pere aduertere oportet. Et ratio ipsius ea est, quia tunc talis publica confessio non est necessaria, postquā sine ipsa iam ille iustam patitur pœnam, & pro meritis ducitur ad supplicium: videatur Nauarro, & notetur hoc bene, quia non ab omnibus hæc eius doctrina percipitur, neque vti par est, recipitur, aut practicatur.

ARTICVLVS XIII.

Vtrùm antequam reus teneatur respondere, necessum sit sibi vt constet, iudicem ipsum interrogare iustè, & legitimè?

QVOD quæritur in præsenti articulo est, an necessum sit, quod iudex notificet reo infamiam, indicia, aut semiplenam probationem esse contra ipsum, vt vel sic sciat ipse reus se legitimè interrogari: an verò teneatur statim iudici fidem adhibere, & credere de eo, quod iuridicè interroget, & veritatem proinde ei continuò manifestare? Ab hac difficultate breuiter me expediam, quia multa, quæ ad hanc materiam spectant aliqualiter sunt iam dicta in quæstionibus, quas fecimus de testibus. Vnde pro nunc dico, quod hac de re sunt duæ extremæ opiniones.

130 Prima opinio † est multorum iurisconsultorum, quam & communiter practicant multi iudices sæculares. Ij dicunt, quod ad hoc vt reus teneatur iudici respondere, & veritatem dicere, non est necessum vt iudex ei notificet processus statum, & se procedere & interrogare eum iuridicè, & legitimè: nempè præcedente infamia, semiplena probatione, siue manifestis indicijs: sed sat esse, quod iudex reum præuio iuramento interroget, ad hoc vt ille statim nullo alio spectato teneatur respondere, & veritatem dicere. Huius opinionis fundamentum est communis practica: & quia (inquiunt) præsumptio stat pro iudicibus, semperq; pro ipsis debet præsumi, quod legitimè interrogant, & non nisi iuridicè procedunt, quamdiu de opposito non constiterit.

Secunda opinio est Caietani 2. 2. 131
quæstio. 69. artic. 2. quam etiam tenet Soto de iustitia, & iure libro 5. quæst. 6. artic 2. & de secreto membro 2. quæst. 7. conclus. 3. & Nauar. in sua summa cap. 25. num. 33. Hi omnes dicunt, quod antequam reus teneatur respondere, & veritatem dicere, necessum est, vt aliqualiter sibi constent processus acta, & iudicem iustè interrogare, atque legitimè. Hanc sententiam tenet Bernardus Diaz in sua practica crimin. cap. 126. vbi Salzedo plura, eaque non tantu dignissima ad hoc propositum dicit, allegando pro hac parte plures, eosque grauissimos Doctores. Sed nouissimus omnium tenet eam Aragon 2. 2. quæstio. 69. ar. 2. & eleganter illam tractat Doctor Segura de Aualos in suo directorio, 2. p. cap. 14. numero 30. pro qua sententia sequentes statuo conclusiones.

Prima Conclusio.

REus neque † in foro interiori 132
conscientiæ compellitur, neque in exteriori debet compelli, vt respondeat iudici, & veritatem fateatur, quousque illi constet ipsum interrogare iuridicè & legitimè. Itaque quandiu reus dubitat, an sint contra ipsum infamia, sufficien-

tia

tia indicia, aut semiplena probatio (quod sæpe accidit) cum experientia constet, quo sæculares iudices, & quandoque Ecclesiastici: quin verò, & religiosi gloriosum aliquando facinus existiment, si vel leui rumore moti, aut ex leuibus indicijs, minis, & alijs innumeris vexationibus, & mille artibus à reis forsan innocentibus iniuria veritatem extorqueant: quando (inquam) reo legitima subest ratio, & causa dubitandi, & existimandi quod id ipsum cum eo fiat: dico, quod in hoc casu, cum reus de iustitia iudicis ad ipsum interrogandum dubitat: non tenetur in conscientia eidem respondere, aut veritatem dicere, neque in foro, & iudicio exteriori ad id potest, aut debet compelli. Qua quidem ratione, quamuis in tali casu non debeat mentiri, poterit tamen sic iniuste à iudice interrogatus, verborum subterfugio vti: neq; in tali casu pro iudice debet præsumi, quãdiu constat rationabiliter, quod ipse iudex non procedit legitime. Hinc fit quod in foro exteriori, ad hoc vt reus teneatur confiteri, notificare ei debet iudex processus statum, & quod ipse procedit iuridicè. Hæc cõclusio probatur hac efficaci ratione:
133 nam qui bona † sua, famam, honorem, & vitam iure possidet, nullo astringitur iure illa dimittere, quoadusque sibi innotescat alienum ius, & qui contrarium faceret prodigus & imprudens esset nimis: sed in proposito casu, reus iure omnia ista possidet: ergo quousq; per statum processus sibi constet, & innotescat ius, quo iudex potest illum interrogare, non tenetur se ipsum prodere, aut veritatem ei dicere. Et confirmatur: nam sicuti nullus tenetur legi ante eius promulgationem obedire, ita neq; iudici, siue Prælato parere, antequã sibi constet ipsum in tali casu esse sibi prælatum, & in eum lege agere. Etenim si iudex iniusta præcipiat, mandando vt sibi reueletur peccatum, quod de se est secretum, & interrogando, quod interrogare non potest via iuris: in hoc cum ipse non sit suus prælatus (nam iudex, & cognitor est Deus) dicẽdum est, quod reus non tenetur illi parere: quamuis in rebus leuibus, & vbi nullum imminet periculum in reuelanda veritate, & præstanda obedientia maioribus præsumi debeat pro ipsis prælatis, atque iudicibus. Attamen in rebus grauibus (qualis est, vita, honor, &c.) & vbi agitur de graui periculo rei sine discrimine est obediẽdum maioribus, aut præsumendum pro ipsis, sine maximo fundamento, & nisi prius viso iure, quo iudices eos interrogant. Hoc igitur summopere velim aduertere iudices. Est enim hac de re hodierno die quam maximus iudicum abusus, qui sine delectu, & discrimine, nullo circa hoc adhibito respectu, miseros, quandoque excruciant homines, & iniuria eos compellunt veritatem dicere, & confiteri: quod ipsi facere non tenentur, quousque notum sibi fiat ius, quod ad interrogandum ipsos habent ijdem iudices. Possunt ergo in tali casu rei, siue subditi, cum modestia, & verborum temperantia, iure à prælatis siue iudicibus exigere, vt ostendant sibi huiusmodi ius, quod contra ipsos habent. Praxis † autem, 134
& modus, qui hac in re à probis, & prudentibus iudicibus obseruari solet, hic est: quod tabellio de mandato iudicis legit coram reo duo testimonia summariæ informationis, suppressis testium nominibus, iuxta formam traditam de Iure regio, in l. 4. tit. 29. p. 7. & statim iudex procedens dicit: vide quanta aduersum te sunt testimonia, dic ergo veritatem prout teneris. Hac de re videatur Paz in praxi tom. 5 part. 5. cap. 3. nu. 14. & Salzedo in sua praxi crim. cap. 129. in fine.

Secun-

Secunda Conclusio.

135 IN criminibus † vergentibus in perniciem publicam, vt hæresis, proditio ciuitatis, & crimen læsę maiestatis: non est necessium vt reis reueletur à iudicibus ius, quod habent ipsos interrogandi. De hac conclusione plura dicta sunt à nobis in quæstionibus de testibus, sed pro nunc probatur conclusio: nam in his criminibus non requiritur tanta infamia, aut tanta solemnitas ad interrogandum reos, & testes, quanta in criminibus priuatis. Est enim legibus stabilitum, vt in inquisitione horum criminum procedi possit simpliciter, & de plano, & absque omni strepitu, & figura iudicij, vt habetur in cap. fin. de hæret. lib. 6. & de crimine læsæ maiestatis, in extrauagan. ad reprimendum. Et de hæresi dicitur in præallegato capitulo, quod in eo crimine nec nomina testium, neque accusatoris, tenentur hæreticæ prauitatis inquisitores reis reuelare, siue manifestare. Ex quo proinde etiam colligitur non absurdè, quin verò ad rationem nimis conformiter, quod non etiam tenentur reis manifestare statum processus, vt ipsi debeant & teneantur veritatem confiteri: nam in hoc casu, & similibus præsumendum est pro iudicibus.

Ad fundamentum contrarię opinionis satis patet solutio ex dictis.

ARTICVLVS XIV.

Vtrum reorum confessio (etiam spontanea) ratificari debeat, vt sufficiat ad eosdem condemnandos?

HAC in re est quorundam iurisconsultorum opinio asserentium reorum † confessionem
136 (etiam spontaneam) ad eosdem condemnandos minimè sufficere, nisi confitentes in eadem perseuerent, ac eam ratificent. Hanc opinionem refert Farinacius quæst. 81. num. 9. & citat pro ea Glossam in l. vnica, C. de confessis, vers. item in causa pecuniaria, vbi dicitur, quod tunc rei condemnari debent, quando in sua confessione perseuerant, & eam ratificant: per textum in l. 1. §. si quis vltro, ff. de quęstionib. qui quidem textus expressè loquitur de confessione iudiciali & spontanea. Sed † nihilominus contraria sententia est verior 137
atque tenenda, pro qua sequentem statuo conclusionem.

Conclusio.

QVamuis reorum † confessio 138
in tortura emanata, ad eosdem condẽnandos non sufficiat, nisi in ipsa perseuerent, & postea ratificent: confessio tamen spontanea, bene sufficit ad ipsorum condemnationem sine ratificatione, dummodo non fuerit expressè reuocata. Hanc sententiam, & opinionem tenet prædictus Farinacius vbi supra num. 8. & probat eam de mente Glossæ in l. seruos, C. ad l. Iul. de vi publ. & dicit eam tenere Bart in l. vnica, C. de confessis, num. 9. & 10. vbi dicit opinionem Glossæ contrarium tenentis, intelligendam esse de confessione metu tormentorum extorta, non verò de spõtanea: & idem dicit in l. 1. ff. de custod. reor. num. 5. vbi relatis in contrarium adductis, dicit hanc opinionem esse veriorem, & quod illã seruat communis praxis. In cuius comprobationem Farinacius supradictus plures affert Doctorum auctoritates, quæ videri poterunt ibidem. Sed præcipuè eam tenet Anton Gomez tom. 3. variar. resolutio. cap. 12. num. 3 & Iulius Clarus li. 5. sentent. §. fin. quæst. 65. num. 2. vers. quæro, nun-

nunquid vnica confeſſio ſufficiat, ad hoc vt reus condemnari poſſit, an verò plures requirantur: vbi relata opinione Gloſſæ ſupradictæ in l. 1. ff. de quæſtionib. aſſerentis, quod vna confeſſio etiam ſponte facta non ſufficiat, ſed quod tres requiruntur, dicit quod illa gloſſa communiter non tenetur: & hac in re diſtinguendum eſſe inter confeſſionem ſponte factã, & eam quæ fit in tormentis: nam in confeſſione ſponte facta, vnica tantum ad condemnandum reum ſufficit, dummodo ſit iudicialis: quod tenere dicit omnes Doctores communiter: at vero in confeſſione, quæ fit in tormentis, ſeu tormentorum metu extorta, non ſufficit ea ſola, aut propter eam poteſt reus condemnari, niſi in ea perſeueret, illamque ratificet: pro quo remittit ſe ad ea, quæ dixit in præcedenti quæſtio. 63. numero 40. verſic. cęterum ſi reus, vbi tenet non eſſe ſtandum confeſſioni factæ in tortura, niſi reus in illa perſeueret, & extra tormenta eandem ad bancum iuris ratificet. Hanc opinionem Farinacius ſupradictus loco vbi ſupra nu. 10. cum ſequentib. nedum dicit veriorem, communiorem & magis practicatam: verum etiam & rationi nimis conformem: nam ſatis (inquit) reus perſeuerare dicitur in confeſſione, illamque ratificare, ex quo expreſſe eandem non reuocat, quamuis & contraria opinio ſaluari poſſit in

139 confeſſione † minoris: quæ etiamſi ſit ſpontanea, ad condemnandum ipſum maxime ad capitalem pœnam, expreſſam requirit ratificationem factam in præſentia ſui tutoris: qua de re videatur idem Farinac. in dicta quæſt. 81. num. 352. cum ſequentibus latiſſime. Quamuis autem ſupradicta concluſio vera ſit, & reorum in confeſſione ſpontanea ratificatio, loquendo de rigore iuris neceſſaria ſimpliciter non videatur: conſultiſſimum † tamen erit, vt 140 iudices ſemper eandem ratificare faciant, quam maximè fuerit poſſibile, quod notat & aduertit Farinacius vbi ſupra, aſſerens in id ipſum quamplures Doctorum auctoritates, quæ videri poterunt ibidem.

ARTICVLVS XV.

Vtrum reorum confeſſio, erroris prætextu poſſit reuocari?

CIRCA hanc difficultatem, non deſunt qui dicant, reorum confeſſionem † reuocari 141 non poſſe, quando confitentes à principio iurauerunt plenam dicere veritatem, nec quando prædicta confeſſio acceptata eſt à fiſco, ſiue à iudice Reipublicę nomine. De hac opinione videatur Farin. quæſt. 81. prædicta de reo confeſſo & conuicto, à numero 320. cum ſequentibus, vbi pro ea plures adducit Doctores id ipſum ſentientes, probantes, ac dilatantes. Sed nihilominus in contrarium eſt veritas, quæ explicabitur per ſequentes concluſiones.

Prima Concluſio.

CERTISSIMVM † eſt, 142 quod reorum confeſſio, ſiue ſpontanea, ſiue per torturam emanata, quando fuerit erronea, poteſt per confitentem reuocari, & reuocata non nocet eidem. Hanc concluſionem tradit pro generali regula Farinacius loco vbi ſupra numero 315. & probat eam per textum in l. 1. § ſi quis vltro verb. perſeuerante, & ibi gl. ff. de quæſt. quam tenere dicit Baldum in l. etiam 1. nu. 49. C. de confeſſis: pro qua ſequentem rationem reddit. Nã, cum

cum causa efficiens confessionis sit consensus, & dato errore eiusmodi consensus deficiat, plane etiam videtur, quod & deficiat eiusmodi confessio, & multo melius quod possit reuocari, & reuocata confitenti non noceat. Idem dicit Bald. in l. 2. num. 4. C de iusterior præsertim si pro veritate reuocationis aliqua adsunt indicia. Et Farinac. vbi supra pro hac eadem conclusione innumeros alios affert Doctores, asserentes posse reos suas confessiones ex causa reuocare, & eiusmodi reuocationem esse defensiouis speciem, quæ cum sit de iure naturali nemini potest denegari. Videatur etiam hac de re Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 1. n. 66. vers. aduertendum est tamen, vbi
143 hoc † ipsum tradit pro generali regula, agendo de confessione minoris, etiam facta auctoritate sui tutoris, siue curatoris. Quod etiam tenendum esse dicit de confessione maiorum, & idem dicit Iul. Clarus li. 5. §. fi. q. 55. n. 18. vers. sed pone, vbi proposita quæstione, an reus possit confessionem à se sponte factam reuocare, & probare contrarium, nunquid audiendus sit? Respondet quod sic, si velit monstrare suam confessionem fuisse erroneam, & errorem probare: quam esse dicit opinionem communem, & pro ea innumeros affert Doctores Farinacius loco vbi supra à num. 317. cum sequentibus. Prædictæ nostræ conclusioni, & generali regulæ quamplures affert ampliationes. Quarum est prima, quod si præ-
144 dicta † reorum confessio potest ex causa reuocari, multo ergo magis, & melius excusari, declarari, & interpretari per confitentem, etiã ex interuallo, quod probat multis Doctorum auctoritatibus. Secunda ampliatio est, vt prædicta generalis † regula procedat (etiam in confessione iurata) sub quacunque iuramenti forma inquisitus, denunciatus, siue accusatus iurauerit, non solũ simpliciter super interrogatis veritatem dicere, verum etiã generaliter meram, & plenam fateri teneiur veritatẽ, super contentis in prædicta inquisitione, denunciatione, siue accusatione: licet non desint, qui dicant contrarium, quod probat multis Doctorum auctoritatibus, sed specialiter de mente Aretini, in cap. cum delicti de accusatio. n. 27. & 29. Neque (inquit Aretin.) potest propterea repelli reuocans, tanquam periurus & quasi falsum in confessione sua dixerit: nam ex eo, quod dixit errando, & credendo se iurare verum, non proinde argui potest, vt periurus, iuxta cap. quanto de iureiur. & est communis Doctorum opinio in dicto cap. cum delicti de accusat. licet in isto casu error propter præstitum iuramentum difficilius probetur. Tertia ampliatio est vt procedat 146
† prædicta generalis regula, etiam in confessione acceptata à fisco, vel iudice Reipublicæ nomine: nam nihilominus erroris prætextu in criminalibus reuocari potest, licet non desint etiam qui contrarium dicant: sed hoc est verius & tenendum, & in practica magis receptum (inquit Farinac.) etsi aliter diceremus nunquam posset dari casus, in quo reorum confessio posset reuocari: nam semper in fine ex. minis fiscus, siue index nomine fisci illam acceptat, prout est notorium apud notarios. Quarta ampliatio est, vt procedat 147
prædicta generalis regula, etiam † in confessione deliberata, repetita, geminata, & ratificata, quod probat dictus Farinacius multis Doctorum auctoritatibus, licet non desint qui dicant contrarium, & confessionem deliberatam & ratificatam reuocari non posse: cum confitens probare non possit errorem, ex quo illam fecit deliberatè: sed contrarium est verius: verum licet sit quod eiusmodi –

modi confessio deliberata & geminata, reuocari difficilius possit, quam illa, quæ nō fuit deliberata aut geminata. Alias ampliationes adducit Farinac. ad regulam generalem prædictam loco vbi supra à numero 327. cum sequentibus, quas breuitatis gratia facio missas: videantur ibidem.

Secunda Conclusio.

148 Reorum confessionis † reuocatio, admittēda est erroris prętextu, etiamsi alijs sit indicijs grauata, & pro ea aliqua præcesserint indicia, non verò quando certò scitur aut probabiliter præsumitur, quod calumniosè proponitur. Hanc conclusionem credo esse veram, quidquid nonnulli in contrarium dicant, & illam tenet Baldus, licet pro contraria opinione à pluribus allegatur in l.fin.nu. 2. vers. ex quibus verbis, C.de probationib. vbi licet dicat, quod non prosit confitenti suam reuocare confessionem, quando contra illum aliqua adsunt indicia vltra confessionem tormentis e-

149 xortam, † admittit tamen eiusmodi reuocationem, quando reuocans probat contrarium. De qua Doctorum controuersia videatur Farinac. loco vbi supra à num. 330 cum sequentibus, sed maxime 335. 336. vbi suam exponendo mentem, atque sententiam assertiuè dicit, quod spontanea iudicialis confessio, etiamsi illam mille præcesserint indicia, & pro ea mille extarent coniecturæ, reuocari optimè potest, nec confitenti denegari posse probationem erroris suæ confessionis, & quod res aliter se habeat, quam confessus est: cum sæpissimè videamus reos pluribus indicijs grauatos, reuera non est culpabiles, & plures etiam sponte confiteri delicta, quæ nunquam commiserunt, propter metum, vel propter naturæ imbecillitatem, seu alia de causa, prout satis colligitur ex l. 1. §. si quis vltro ff. de quæstionib. quod, & sibi dicit contigisse iudicis officio dum fungeretur, ac ideo probationem erroris admittendam esse dicit, etiamsi confessio sit quampluribus grauata indicijs, quam esse dicit veriorem, & communiorem opinionem. Neque † in hoc casu posi- 150
tum esse in indicium arbitrio eiusmodi admittere, vel non admittere reuocationem, sed necessario esse admittendam: dum tamen non certò constet, aut probabiliter præsumatur, quod calumniosè fuerit proposita, vt dictum est in conclusione. Nam (vt inquit Bosius titulo de confessis num. 80.) iuris quæstio non esse debet posita in iudicis arbitrio, sed facti, iuxta l.1.§. calumniatoribus, ff. ad Turpil.

Tertia Conclusio.

Non sufficit reos † simpliciter 151
suas reuocare confessiones tanquam erroneas, nisi etiam allegetur, & probetur ipsarum error: nam in dubio præsumuntur veræ, & non erroneæ. Hanc conclusionem tenet expresse Bald. in l. fin. numero 2. versic. ex quibus verbis, C. de probatio. & in l. 2. numero 4. C. de custod. reor. De qua videatur Farinacius supradictus loco vbi supra à num. 337. cum sequentibus latissimè, vbi & eam probat multis Doctorum auctoritatibus, asserentium standum esse reorum confessioni, quousque nec dum allegetur, verum etiam, & probetur contrarium. Circa quam erroris probationem, an probari debeat plene per testes, vel sufficiat probare illum per coniecturas, & indicia, multa dicit Farinacius & plures affert Doctorum

cripsiones, quas per tempus referre non licet. Sed vera resolutio est, quam tradit Bossius titulo de confessis à nu. 59. cum sequentibus, vbi dicit, quod licèt error reuocatæ confessionis plenè sit probandus, satis tamen plenè dicitur probari, quando ex indicijs, & coniecturis probatus apparet. Quæ resolutio satis placet Farinacio, & pro ea remittit se ad illa, quæ dicit infra quæstio. 86. à numero 76. cum sequentibus,
152 vbi tenet, quod † ad fauorem, & defensionem rei præsumptiua probatio, pro plena, & concludenti probatione habetur.

QVÆSTIO XX.

Qualiter actor, & reus producere debent suos libellos, & quæ forma eiusmodi libelli hinc inde construendi sunt. In tres articulos diuisa.

SVMMARIVM.

1 *Libellus est scriptura quædam breuis, clara, & distincta continens intentionem actoris, siue accusatoris.*

2 *Duplex est libellus, alter postulatorius, alter verò delatorius, siue accusatorius.*

3. *Libellus ab actore est iudici offerendus, & per ipsum reo, quo deliberare possit, ac se defendere, & numero 6.*

4 *Libellus est offerendus in scriptis tam in causis ciuilibus, quam criminalibus.*

5 *Iudex libello oblato præcipit intimari reo, & assignat terminum à iure præfixum.*

7 *Iudex non potest cogere offensum ad accusandum delinquentem, neque eius hæredem.*

8 *Offensus cogi potest sub iuramento ad declarandum delinquentem, & narrandam facti seriem.*

9 *Accusatio per viam actus, quæ formæ sit proponenda?*

10 *Accusatio solemnis criminaliter intentata, quæ forma sit proponenda?*

11 *Accusatio quonam modo ciuiliter, & criminaliter simul intentetur?*

12 *Accusatio ciuiliter intentata qualiter sit proponenda?*

13 *Explicatio libelli accusatorij criminaliter intentati, & numero sequen.*

14 *Procurator in criminibus publici iudicij non admittitur pro accusatore.*

Vide casus, quando procurator in criminalibus admittatur, numero 15.

16 *Clausula, omni meliori modo, libellus sustinetur eo modo quo valere potest.*

17 *Accusatio continere debet diem, mensem, & annum, & locum commissi delicti.*

18 *Verba omni timore Dei postpositò, ad quid in libello apponuntur?*

19 *Delictum ex proposito, & deliberatione commissum grauius punitur.*

20 *Proditoriè occidere, & proditio quid sit.*

21 *In libello debet constare de delicto delinquente, & de vulnere illato, & de animo interficiendi.*

22 *Delictum aliquando reperitur pluribus pœnis punitum.*

23 *Conclusio debet esse in libello, quæ de consuetudine ab aduocatis ponitur.*

24 *Iudex officium suum ad vtilitatem priuatam impertiri nequit, nisi ab eod. m petatur.*

Nec tenetur facere condemnationem expensarum, nisi petatur, num. 25.

26 *Iudex calumniosum accusatorem arbitrio suo punire potest.*

27 *Ex quocunque crimine duplex oritur accusatio altera criminalis ad vindictam, & altera ciuilis ad interesse, & damnum eidem parti applicandum.*
28 *Responsio rei accusationi actoris, qua forma sit proponenda.*
Eius explicatio num. 29.
30 *Libellus responsorius continere debet petitionem actoris.*
31 *Reus non debet sub fideiussoribus relaxari, si pro delicto venit imponenda pœna corporalis, secus si pecuniaria.*
32 *Replica, & duplica, qua actor, siue accusator, & reus adinuicem sibi respondent qualiter proponenda.*
33 *Clausula nonatione cessante, quid operetur.*
34 *Triplicatio, & quadruplicatio, quæ olim dabatur de iure communi, de iure regni, & de consuetudine non datur.*

ARTICVLVS I.

Quidnam & quotuplex sit libellus?

Prima Conclusio.

1 LIBELLVS † est scriptura quædam breuis, clara, & distincta, continens intentionem actoris, siue accusatoris, aut etiam rei, respondentis ad petita pro parte eiusdem actoris, siue accusatoris. Hæc libelli diffinitio habetur ex glossa in cap. 1. de libelli oblatione, & tradit illam Speculator titu. de libellorum conceptione, vbi ait quod libellus est scriptura breuis & clara, qua continetur res quæ petitur, & causa petendi, nomen actoris, & etiam rei, necnon & iudicis coram quo eiusmodi libellus exhibetur: quod satis colligitur ex toto tit. de libelli oblatione cum suis glossis, vbi plura eq; notatu dignissima, ad hoc propositum licebit reperire.

Secunda Conclusio.

DVplex † est libellus, alter postulatorius, alter verò delatorius, siue accusatorius. Hæc etiam conclusio, & libellorũ diuisio, habetur ex supradicta Gl. in ca. 1. de libelli oblatione. Quorum libellorũ primus est, qui exhibetur in causis ciuilibus, vulgò dictus, *peticion ò demanda*, de quo loquitur capit. vltimum de libelli oblatione, alter verò est, qui datur, siue producitur in causis criminalibus, vulgò dictus *quexa, ò querella*, de qua videatur cap. descripta 2. quæst. 8. & quæ inferius ibi dicit Gracianus, & Glossa verbo libellorum. Videatur etiam capitulum, legum 2. quæst. 1. de quo libellorum genere habentur plura toto titulo de accusatio. Et siue hoc siue illo modo libellus sumatur, iuxta exigentiam causæ, ciuilis, siue criminalis, semper tamen eiusmodi libellus † ab actore siue accusatore 3 iudici est offerendus, & per ipsum reo: quod ipse super eo deliberare possit, ac se defendere, iuxta cap. induciæ el 1. §. induciæ & c. si autem 15. quæst. 7. Facit l. vltima, ff. de ferijs. Videatur etiam ad hoc propositum, cap. induciæ el 2. eadem causa, & quæst. & quæ inferius dicuntur à Graciano.

Tertia Conclusio.

4 SVpradictus libellus † de iure communi, in scriptis est offerendus, tam in causis ciuilibus, quã criminalibus. Hæc conclusio habetur expressa, in authent. offeratur, C. de litis contestatione, & c. 1. de libelli oblatione. vbi videnda est glossa, verb. libellum reclamationis, Quod in tantum quidam verum esse credunt, vt dicant illud esse de substantia ordinis iudiciarij, quod notat Glossa in summa 2. quæst. 1. & glossa in cap. de causis de officio delegati, glossa etiam in cap. 1. de libelli oblatione, & glossa in cap. quoniam cõtra falsam, de probat. verb. petitiones: sed iam hoc de iure particulari in iudicis arbitrio positum est, sitne libellus in scriptis proferendus, necne? Quod crediderim esse verum & tenendum, dummodo interueniat aliqualis petitio apud processus acta, in scriptis per notarium redacta, super qua iudex sententiam suam fundare possit, vt notat Glossa in Clementina sæpe, de verborum significatione. verbo necessario. Videantur multa quæ ad hoc propositum dicuntur à glossa in supradicto capit. 1. de libelli oblat. & Paz in sua praxi tomo 1. p. 1. in 4. tempore à num. 5. cum sequentibus latissimè; vbi meritis agit & docet quid debeat continere prædictus libellus in scriptis offerendus: qualiter etiam aduocati eundem debeant concipere: quæ omnia cum facilè possem dicere, consulto missa facio, vt videantur ibidem, & quia iam ex parte dicta sunt supra quæst. 13. art. 6 agendo de accusatione, & forma, qua debet proponi: & expressius dicentur infra, in sequentibus articulis, vbi libelli prædicti ponentur expresse cõcepti Hispano sermone.

Quarta Conclusio.

OBlato iudici † accusatoris libello, pro parte actoris, siue accusatoris, dicit iudex se illum pro oblato habere, & præcipit accusationem reo accusato intimari, & exhiberi, & quod detur sibi copia, vt veniat responsurus, intra tempus à iure, siue à iudice ipso præfixum. Hæc conclusio communis est omnium Doctorum resolutio, de qua videatur Glossa in l. de pupillo, §. meminisse, verb. cum autem, ff. de noui operis nunciat. & glossa fin. in cap. ex parte el 1. de verborum significat. de qua videatur Panormit & Felin. in cap. qualiter & quando el 2. de accusationib. Nam quamuis sit inter Doctores controuersia, an libellus prædictus sit de substantia ordinis iudiciarij, de qua videatur glossa in cap. 1. de libelli oblatione, verb. libellum reclamationis, vbi dicit quod quidam affirmant, alij vero negant: extra controuersiam tamen est, eiusmodi libelli copiam necessario exhibendam esse reo, vt videat an cedere, vel contendere debeat, & vt se defendere possit: quæ reorum defensio est de essentia, & substantia iudicij, cum sit de iure naturali. Qua de re videatur Paz loco vbi supra. n. 60. vbi latissimè prosequitur omnia, quæ ad hoc propositum spectant, & determinat dies, in quibus de iure communi, ac etiam de Iure regio reus respondere debeat sibi propositæ accusationi. 5

AR-

ARTICVLVS II.

De forma libelli proponendi ex parte actoris, siue accusatoris.

HAc de re videatur Antonius Gomez tom. 3. variar cap. 1. num 17. & cap. 11. à num. 1. cum sequentibus, vbi multis agit de accusatorio libello, qualiter sit proponendus: quod etiam facit Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. fin. num. 6. versic quæro, quæ sit accusationis forma, & Paz 1. to. par. 5. c. 3. §. 5. & 6. vbi reperire licebit omnia, quæ ad hoc propositum desiderari possunt. Sed pro pleniori intelligentia, ac maiori iudicum, & Prælatorum instructione, libet præmittere, seu potius in memoriam reducere, quod dupliciter ipsi possunt procedere ad criminum, & delictorum punitionem, vno modo ex officio, alio verò ad instantiam partis. Dico igitur, quod quando iudex, siue Prælatus, ex officio procedit (in casibus, quibus id ipsum facere est sibi licitum, de quibus diximus supra quæstio. 13. per plures artic.) capta summaria informatione de delicto, & delinquente: si delictum in alicuius personæ particularis offensam fuerit commissum, antequam ad vlteriora procedat, eandem, vel eos, qui in sæcularibus suam prosequi possunt iniuriã, debet requirere, an querelare velint? Et si dixerint quod sic, tunc per viam actus coram tabellione suam proponunt querelam: & postea iudex confessionem recipit delinquentis, & facit ea, quæ latius à nobis inferius sunt dicenda. Solummodo aduer-
7 to, quod iudex † cogere non potest offensam ad accusandum delinquentem, secundum glossam in l. si quis homicidij, verbo coges, C. de accusatio. quam communiter esse receptam testatur Couarruu. libro 1. variar. capit. 11. circa finem. Neque etiam compellere potest hæredem offensi ad accusandum, vt obseruat communis praxis, & tradit Iul. Clarus, loco vbi supra, quæstio. 15. numero 5. versic. item quæro: sed bene offensus † compellitur, & sub iura- 8
mento constringi potest ad declarandum delinquentem, & narrandam facti seriem. Aduerto etiam, quod si iudex ex officio procedens non requirat partem offensam, delinquens in carcere detentus ab eodem petere debet, vt præcipiat ei, vt accusationem proponat intra certum terminum, intentando si opus fuerit remedium legis diffamari, C. de ingenuis & manumiss. quo facto, si non id ipsum faciat incusata contumacia, non erit audienda: sed fiscalis ex officio proponit eandem, mutatis mutandis. Quando vero iudex, siue Prælatus à principio procedit, non ex officio, sed ad instantiam partis, tunc pars offensa querelam per viam actus coram tabellione, vel etiam subscriptam ab aduocato proponit, iuxta l. si quis se iniuriam, C. de accusatio. & iudex inquit quod detur sibi infamatio. Qua data, & habita saltim semiplena probatione, datur mandatum de capiendo personam delinquentis. Post quæ iudex etiam ipsius confessionem recipit, & facit ea, quæ inferius sunt dicenda. Vt tamen præ manibus habeatur qualiter eiusmodi accusationis libellus proponendus sit: ille, qui fit per viam actus, necnon & qui fieri solet in solemni forma: pro maiori commoditate ex ijs, quæ tradit Paz loco vbi supra, visum fuit hic illos transcribere, ac ponere in Hispano sermone, quod fiet per sequentes conclusiones.

Prima Conclusio.

9 QVerela, siue accusatio † per viam actus, sic debet construi, & proponi.

En tal parte a tantos dias del mes, y de tal año, ante fulano N. (ponga se el nombre del juez, ò del prelado y en presencia de mi el presente escriuano, ò no ario y testigos, parecio presente N. vezino de tal lugar y dixo que en la mejor forma y manera que de derecho podia, se querellaua y querello criminalmente de N. y de los demas que pareciessen culpados en la prosecucion desta causa. Y contando el caso de su querella dixo: que auidas por premissas las solemnidades del derecho, tal dia deste mes que se contaron tantos del, estando en tal parte, el dicho acusado N. con poco temor de Dios y menospreciò de su conciencia, en desacado dela iusticia, vino a el, y sin le dezir cosa alguna por donde le uuiesse de venir mal ni daño, le dio vna cuchillada en la cabeça, o le dio con vn palo, de la qual herida le salio mucha sangre, y en lo auer assi hecho cometio vn gran delito digno de punicion y castigo. Por tanto que pedia al dicho Iuez, o Prelado, que auida sumaria informacion de lo contenido en su querella mande prender el dicho reo acusado, y a los demas que parecieren culpados y tenerles presos y a buen recaudo en la carcel. Y si en lo sobredicho al se cular ha de añadir: Que protestaua, y protesta de poner le a su tiempo la dicha acusacion mas en forma para que el dicho reo sea castigado por todo el rigor del derecho, y para ello imploró su oficio, pidio justicia y costas, y juro en forma &c.

In prædicta forma proponit querela per viã actus, siue officius ita faciat ad inquisitionem iudicis ex officio procedentis, siue verò quando à principio procedit ad instantiam partis. Cuius querela particulæ non explicantur modo, quia latius infra facturi sumus id ipsũ, circa accusationem propositam in solemni forma.

Secunda Conclusio.

10 ACcusatio † solemnis criminaliter intentata, in sequenti forma est proponenda.

Fulano N. vezino de tal lugar, como mejor lugar aya de derecho, acuso criminalmente a fulano N. vezino de la misma ciudad, preso en la carcel publica della, y contando el caso digo, que estando yo en la plaça major tal dia deste mes, sano y seguro, sin hazer mi dezir cosa alguna por don le me viniesse de venir mal ni daño, al sobre dicho reo acusado, pospuesto el temor de Dios, cõ menosprecio de su conciencia y desacado de la justicia, acõpañado de fulano y fulano que para ello fueron cõuocados sobre caso pensado a traycion y aleuosamẽte, con animo diabolico de me matar, se vino para mi armado de todas armas ofensiuas y defensiuas, con la espada desembaynada, tirando muchos golpes y cuchilladas, y me dio vna herida en la cabeça y otra en vna mano de las quales me corto cuero y carne, y me salio mucha sangre, y me sacarõ muchos huessos, y dellas estoy en la cama a punto de muerte, y a buen librar quedare manco. Y el dicho reo me acabara de matar si pudiera, si no por Dios principalmente que me quiso guardar, y por las buenas gentes que se metieron de por medio, lo qual hizo con animo de me injuriar, como me injurio, y yo preuo que la dicha injuria en mi animo, para me querellar delante de v.m. la qual injuria y delicto es graue y atroz, y por ello incurrio en graues y diuersas penas establecidas por fuero y derechos, leyes y pragmatica destos Reynos. Porende a v.m. pido que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste al vencimiento desta causa pronũcie y declare al dicho reo acusado, por hechor y perpetrador del dicho delito, y assi declarado le condemne en las mayores, y mas graues penas establecidas por fuero, y derechos, leyes

leyes y pragmaticas de estos Reynos, contra los semejantes delinquentes, las quales executè en su persona y bienes, para que a el sea castigo y a otros exemplo: y en lo necessario el oficio de v. m. imploro, pido cumplimiento de justicia y las costas, protesto y juro a Dios y a esta † que esta accusation no la pongo de malitia.

11 In quo accusationis libello † criminaliter intentato, offensus si voluerit potest simul intentare actionem ciuilem ad damna & interesse, & ad alias expensas, ponendo in fine successiuè, post illa verba; *y a otros exemplo*, sequentem clausulam. *E incidenter v. m. de oficio (el qual para ello imploro) pido condene al dicho reo accusado en mil ducados, que testimo el daño de la manquedad, siendo como soy buen oficial de canteria, de edad de 26. años, y que ganaua cada dia seys reales. Y mas le condene en treynta mil marauedis que he gastado en medicos y cirujanos y botica y manjares delicados de enfermos, los quales mil ducados y gastos quisiera mas auer dexado de ganar, en caso que pudiera, o perderlos de mi hazienda en caso que los tuuiera antes que auer recibido la dicha manquedad, y hecho los dichos gastos, por causa de las dichas cuchilladas: y assi lo juro a Dios y a esta † salvo en todo la iudicial tassacion de v. m. y para ello, &c.*

Et vt huic nostro labori nihil desit, quod iure possit desiderari, qualiter prædictus accusationis libellus ciuiliter intentatus sit formandus, in medium etiam sermone Hispano libuit proponere, quod fiet in sequenti conclusione.

Tertia Conclusio.

12 Libellus † accusationis ciuiliter intentatæ, proponendus est in sequenti forma.

Fulano en nombre y como procurador de ciuano como mejor aya lugar de derecho, acuso a N. reo no desta ciudad, preso en la carcel publica de la, y aiuda por premissas las solemnidades de derecho: Digo que tal dia estando el dicho mi parte en la plaça, saluo y seguro sin hazer ni dezir cosa por do mal ni daño le viniesse de venir, el dicho reo acusado cō poco temor de Dios, y menosprecio de su conciencia, en desacato de la justicia Real, se fue para el dicho mi parte, sobre caso pensado, con la espada desembaynada, y le dio muchos golpes y cuchilladas, y le hirio en la cara y en vna mano, y le acabara de matar sino fuera por Dios y las buenas gentes: de las quales heridas le corto cuero y carne, y le saco mucha sangre, y queda manco de la mano lo qual todo hizo por hazer daño è injuria al dicho mi parte, la qual injuria y daño fue y es graue y atroz, por ser en la plaza publica, y atēta la calidad de la persona de mi parte, por ser como es hōbre honrado, y de buenos parientes, y muy buen oficial de canteria, y el dicho aduerso ser hombre de baxa suerte. Y juro a Dios y a esta † en anima de mi parte y la mia, que el dicho mi parte no quisiera auer recebido la dicha injuria y daño de manquedad, por mil y quinientos ducados por ser hombre honrado y muy buen oficial de canteria, de edad de 26. años, y ganaua cada dia seys reales, y quisiera antes auer perdido de su hazienda los dichos mil y quinientos ducados, ò dexado de ganarlos en caso que pudiera, que no recebir la dicha injuria daño de mãquedad: y assi mismo ha gastado en la cura de las dichas heridas treynta mil marauedis y mas. Por ende a v. m. pido que auida mi relation por verdadera en la parte que baste al vencimiento desta causa, declare al dicho aduerso por hechor y perpetrador del dicho delicto, y assi declarado le condene en los dichos mil y quinientos ducados, y mas en los treynta mil marauedis de gastos de cura

ra saluo en todo la judicial tassacion de v.m. y en lo necessario el oficio de v. m. imploro : y juro a Dios y esta † en anima de mi parte y la mia que esta acusation no la pongo de malicia.

13 Post propositos† prædictos a accusationis libellos, reliquum est, vt aliquæ ipsorum clausulæ à nobis explicentur, & declarentur, planum vt fiat nihil sine causa, & ratione appositum fuisse in eisdem. Et in primis quando dicitur: *Fulano vezino de tal lugar*, dicitur ad insinuandum, quod accusatio accusatoris nomen continere debet iuxta l. libellorum in principio, ff. de accusationib. & cap. fin. 2. quæst. 8. verb. libellorum, iure etiam regio habetur id ipsum in l. 14. tit. 1. p. 7. quia absque accusatore nemo damnatur, vt habetur, in l. scripto, §. si quis accusatorem, ff. de munerib. & honorib. Et notat Bossius in sua pract. crim. titulo de accusat. num. 1. quod accusatio criminalis proponitur in propria persona, quia per procuratorem fieri non debet, nec potest, iuxta textum in l. penult. §. ad crimen, ff. de publ. iud. & l. conuenit, C. de accusationib. l. de fide, C. ad l. cornel. de fals. & c. veniens de accusat. cap. in criminalibus 5. q. 3. cap. qui accusare 3. quæst 9. vbi id tradunt omnes Doctores communiter. Iure etiam regio id ipsum habetur in l. 12. tit. 5. part. 3. & l. 6. tit. 1. part. 7. qua de re videantur Anton. Gomez tom. 3. variar. capit. 1. num. 12. vbi tradit pro generali regula in criminibus publici iudicij, procura-
14 torem † pro accusatore non debere admitti. Videatur etiam supradictus Paz loco vbi supra à numero 9. cum sequentibus, vbi latissimè de mente Menochij recenset casus, in quibus pro accusatore procurator non admittitur. Videatur etiam Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quæst. 32. num. 1. vbi de mente multorum Doctorum dicit, quod quamuis in causis criminalibus regulariter loquendo procurator non admittatur iuxta glossam in supradicto cap. veniens, verb. criminali: aliqui tamen sunt casus, † in 15
quibus admittitur ex communi praxi, nempe quando accusator est mulier, seu aliqua honesta & nobilis persona, vel est firmus, aut detentus in carcere: in quibus licentia petitur à iudice ad accusandum, & se defendendum per procuratorem: qua non habita processus cum eo gestus erit nullus, etiamsi à parte nullitatis exceptio non opponatur: quāuis circa hoc aliqualis sit inter Doctores controuersia, de qua videri possunt supradicti Anton. Gom. Iul. Clar. & Paz locis supra citatis.

Verba illa in libello † apposita, 16
Como mejor aya lugar de derecho, acuso criminalmente a fulano, y contando el caso digno: quamuis simpliciter necessaria non videantur, sunt tamē vtilia, & hunc operantur effectum, vt si duo sint in libello proposita, quorum vnum sit aptum, illud verò ineptum, & aduocatus sit dubius de competenti remedio, virtute supradictæ clausulæ sustinetur libellus, eo modo quo melius valere potest de iure, vt notant Doctores in l. cum pater, §. filius matrem, ff. de legatis 2. & l. nemo potest in principio, ff. de legat. 1. & in capit. exhibita de iudicijs, & capit. cum super, de officio iudicis delegati. Qua de re videatur Paz supradictus tom. 1. part. 1. 4. temp. numero 12. & par. 5. capit. 3. §. 6. numero 14. Consuetudine etiam positum erat olim, vt in prædicto accusationis libelllo, apponerentur sequentia verba: *Presidiendo en la Iglesia tal Pontifice, y reynando en el Reyno tal Rey, y siendo su Corregidor fulano, y su Teniente citano*: sed iam eiusmodi consuetudo desijt, de iure tamen id erat necessum, iuxta glossam in d. l. libellorum, verbo consul. ff. de

ff. de accusat. cum quo quidem stat, quod in dictis atrocibus aduocati eiusmodi clausulam soleant apponere, non tamen est necessum ad ipsum, vt fiat in alijs delictis paruis, sed in illis dicitur, *auidas aqui por premissas las solemnidades de derecho necessarias*, vt dictum est in libello ciuiliter intentato: nec nomen iudicis coram, quo accusatio proponitur exprimendum est, licet de iure in libello apponi deberet, iuxta textum in l. libellorum, ff. de accusatio. & capit. fin. 2. q. 8. verb. libellorum, sed iam hæc consuetudo non est in praxi, prout dixit supradictus Paz vbi supra tom. 1. part. 1. in 4. tempore, versi. quinto requiritur, num. 48. & 49. Cuius rationem reddit, quia tabelliones oblato libello, statim in actis redigunt, ipsum fuisse porrectum, in tali die, & coram tali iudice.

17 Verba illa in libello † appositas *tal dia, de tal mes y de tal año*, necessario apponuntur, quia accusatio continere debet, nec dum mensem & annum, verum etiam diem & locũ commissi delicti (quidquid alij dicant, diem & horam commissi delicti, non esse de substantia, neque in libello debere apponi si quidem de ipsis non fit mentio in dicta l. libellorum, neque in dicto capit. fin. vnde & dicunt non esse ponenda, nisi id ipsum à parte petatur:) sed melius est, vt exprimatur etiamsi non petatur, quo reus ipse postea possit se defendere probando negatiuam coarctatam: qua de re videatur latissimè Anton. Gom. to. 3. variar. capit. 11. num. 1. & 2. & Iul. Clar. libr. 5. sent. §. fin. quæst. 12. num. 13. & 14. & Paz vbi supra tom. 1. p. 5. c. 3. §. 6. à n. 18. cum sequentibus.

18 Verba illa † in libello apposita, *pospuesto el temor de Dios, &c.* quãuis præcisè necessaria non sint apponuntur tamen ad magis prouocandum iudicem, sicuti & illa, *acompañado de muchas personas, y armado de todas armas*, opponuntur ad aggrauandum delictum, & vt constet delinquẽtẽ paratum accessisse, & prius delictum ex cogitasse: nam armatus ad rixam paratus præsumitur, iuxta glossam in l. licèt, verb. pergentes, C. de pactis, vbi Baldus & DD. communiter tractant, quæ ad morum appellationem veniunt intelligenda. Neque etiam sunt simpliciter necessaria illa alia verba in libello apposita, *con animo diabolico sobre caso pensado a traytion y aleuosamente*: sed ponuntur ad magis incitandum, & prouocandum animum iudicis, nã grauius puniri † debet delictum ex 15
proposito, & deliberatione commissum, quam illud quod repente suborta rixa, calore iracundiæ, atque impetu fuit perpetratum, vt multis tradit, & probat Couar. lib. 2. var. capit. 20. nu. 7. vers. in his, pro quo facit textus, in l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. de sicarijs, & in l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis, nam mens, & animus distinguũt maleficia, iuxta textum in l. qui iniuria, vers. nam maleficia, ff. de furtis. Quænam dici debeat proditio, † & quid sit quempiam proditoriè occidere, siue offen- 20
dere: attentato Iureregio, dicitur in l. 1. tit. 2. part. 7. vbi latissimè DD. tractant id ipsum, & de pœna id ipsum facienti correspondenti. Sed breuiter ego dico, quod qui retro, & non facie ad faciem, in prælio, siue rixa aliquem occidit, vel offendit, proditor dicitur, etiãsi offensus suus sit inimicus: quod de Iureregio habetur in l. 1. tit. 25. lib. 8. recopil. & l. 10. tit. 26. lib. 8. recop. de quo videatur Anton. Gomez tom. 3. variar. ca. 3. num. 5. & Couarru. lib. 2. variar. cap. 20. nu. 7. & Paz vbi supra tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 6. à num. 31. cum sequentibus.

Verba illa in libello apposita: *Y no*

tero

tiro muchos golpes y cuchilladas, y me
21 *dio vna en la cabeza:* apponuntur † ad denotandum, quod in eodem, nec dum de delicto, & delinquente debet constare, verum etiam & de illato vulnere, iuxta textum in l.fin.ff. ad l.Cornel. de sicarijs. Et quæ statim apponuntur: *Lo qual hizo con animo de me injuriar (como me injurio) y yo prouoque la dicha injuria en mi animo*: fit ad denotandum quod in delictis, iniuriandi animus requiritur, iuxta textum in l.si non conuitij, C. de iniurijs, & vt supra diximus, mens & animus distinguunt maleficia, iuxta textum in l.qui iniuriæ, verb.nam maleficia, ff.de furtis: & etiam requiritur, quod offensus illam iniuriam ad animum suum reuocauerit, vt probat textus in §. fin. instit. de iniurijs, & notat Ant. Gom tom.3.cap.6. num.15. in fine. Et quod statim subditur: *La qual injuria y delicto es graue y atroz*, apponitur ad aggrauandum delictum: quæ aggrauatio, & atrocitas contingit vel ratione ipsius facti, vel ratione personæ, vel ratione temporis, & loci, vt probatur in l.prętor edixit, ff. de iniurijs, & in §. atrox, instit. de iniur. & in l.Pedius, ff. de incendio, & in l.20.tit.9.p.7.

Verba illa in libello apposita: *Y por ello incurrio en graues y diuersas penas, &c.* ponuntur ad denotandum, quod aliquando delictum
22 † reperitur pluribus pœnis punitum, vt probatur per l.quoties, ff.de actionibus, & obligationibus. In quo quidem casu, qua pœna sit delinquens puniendus, tradit Anton. Gomez tom 3. variar. cap.1. nu.38. & Paz vbi supra à num.42. cum sequentibus, & nos eadem de re dicemus, Deo dante in libro, quem propediem typis trademus de delictorum pœnis. Et quando in libello
23 † concluditur dicendo: *Porende a v.m. pido que aiuda mi relation por verdadera:* fit ad denotandum, quod in eodem apponi debet conclusio, quæ licet de iure in criminalibus non sit necessaria, de consuetudine tamen semper ea vtuntur aduocati, & communiter obseruatur in praxi, vt resoluit Antonius Gomez tomo 3. variarum capite 11.num.3.& Iul.Clar. lib.5. sentent.§.fin.quæst.12.nu.21. & Paz vbi supra nu.49.& 50.

Verba illa: *Y en lo necessario el oficio de v.m. imploro, y pido cumplimiento de justicia, &c.* apponuntur,
quia iudex † officium suum ad vtili- 24
tatem priuatam impertiri nequit, nisi ab eodem petatur, iuxta l.4.§. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto. vbi id dicunt omnes Doctores communiter, & Panormit. in cap.ad nostram el 2.de iureiurando, & per prædictam clausulam iudex poterit officium suum ad vtilitatem priuatam impartiri in omnibus sibi necessarijs. Et quod statim sequitur, *y protesto las costas*, apponitur: quia licet victus condemnandus sit victori in expensis, iuxta l.properandum, §. siue autem alterutra, C. de iudicijs, & cap.calumniam de pęnis, cap.olim el 2. de priuileg. cap.finem litibus de dolo & contum. & l.8.tit.
3. & l.7.tit. 22.p 3. non † tamen iu- 25
dex tenetur prædictam expensarum condemnationem facere, nisi per partem fuerint petitæ, qua de re videatur Couarru. in pract. quæst 27. num.5. vbi latissimè agit de his expensis, & de ipsorum condemnatione, & Paz in sua praxi tom.1. p.1.4. temp. à num.37. cum sequentib. Illa vero verba: *y juro à Dios y a esta † que esta acusacion no la pongo de malicia*, communiter apponuntur, non solum in accusationibus, verum etiam & super quibuscunque exceptionibus, vel quandocunque aliquid loco exceptionis proponitur: semel & plu ries, quoties contra aliquem præsumptio esse potest, quod aliquid mali-

tiose

ciosè proponat, ante & post contestatam litem, tam in profanis, quam in Ecclesiasticis iudicijs, iuxta l. thesaurus, ff. ad exhibendum, & cap. cum dilecti de electione, cap. pastoralis de exception. cap. præsentium de testib. lib. 6. De quo iuramento & ijs, quę ad ipsum pertinent, videatur latissimè Paz vbi supra à num. 39. cum sequentibus, vbi specialiter tractat, an ipsum sit de substantia iudicij, & eiusdem omissio processus nullitatem inducat, quæ omnia cum facilè possem dicere breuitatis gratia facio missa. Solummodo aduerto, quod licèt in libello prædicto, olim accusator teneretur se ad pœnam talionis inscribere, iuxta l. libellorum, ff. de accusat. & l. qui crimen, C. qui accusare non possunt, hodie tamen de consuetudine eiusmodi inscriptio necessaria non est, vt cum Bart. & alijs resoluit Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 11. num. 3. in fine, & Iulius Clar. lib. 5. sent. §. fin. quæst. 12. numero 15. cum sequentibus licet numero 16. dicat de iure canonico prædictam inscriptionem esse ne-
26 cessariam: iudex † tamen arbitrio suo calumniosum accusatorem punire poterit, vt resoluit Couarru. lib. 2. variar. cap. 9. numero 1. ex Panormit. in capit. accepimus de fide instrum. num. 7. Qualiter de iure canonico calumniosus accusator debeat puniri, tradit Bernard. Diaz in sua practic. crimin. cap. 59.

Circa libellum accusatorium, criminaliter simul, & ciuiliter intentatum, in quo accusator petit delinquentem etiam ad expensas condemnari, aduertendum est, quod ex quocunque crimine duplex oritur
27 accusatio, † vna criminalis ad vindictam Reipublicæ, vel personæ illius, qui iniuriam est passus, altera verò ciuilis ad interesse, & damnum parti eidem applicandum, iuxta textum in l. qui nomine, ff. ad l. Cornel. de falsis, vbi hoc notat Bart. & omnes communiter DD. & glossa in l. defuncto, ff. de publ. iudic. quo fit vt offensus agere possit & criminaliter, & ciuiliter, & quocunque modo actionem intentet, petere poterit damna, & expensas, seu proprium interesse. Qua de re videatur Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 3. numero 37. & Iul. Clar. libro 5. sent. §. fin. quæstio. 2. numero 1. cum sequentibus, & Paz tom. 1. par. 5. cap. 3. à numero 26. cum sequentibus. Aduerto tamen quod æstimatio iniuriæ illatæ in accusationibus libello ab offenso facienda est alternatiuè, referendo se ad damnum vel ad lucrum, prout dictum est ibi, in illis verbis, *quisiera mas dexar de ganar, o perder*, prout obseruat communis praxis, & tradit Anton. Gom. suprad. tom. 3. variar. cap 6. numero 7. & tunc iudex est, qui debet taxare, 94
& moderare summam à parte petitam, attenta qualitate iniuriæ, & personæ, iuxta textum in l. constitutionibus, ff. de iniurijs, & in §. pœna institut. de iniurijs, & in l. 21. titu. 9. par. 3. ac ideò in prædictis libellis dictum est. *Saluo en todo la judicial tasacion de v. m. &c.*

Oblata accusatione prædicta, in solemni forma proposita coram iudice, præcipit statim ipsam reo accusato intimari, & quod ad primam audientiam eidem respondeat, vel intra certum tempus, prout dictum est in quarta conclusione precedentis articuli, quod & facere ipse 95
tenetur, & respondet in forma dicenda in sequenti Articulo.

A R-

ARTICVLVS III.

De forma libelli responsorij, proponendi ex parte rei: & accusatoris replica, & duplica eiusdem rei.

Prima Conclusio.

28 ACCVSATIONE † contra reum proposita, & data sibi illius copia, ipse reus intra tempus à iure, siue iudice sibi præfixum, ad eandem respondet in sequenti forma.

Fulano vezino de tal lugar, preso en la carcel publica della, por persona de mi procurador con licencia que para ello tengo, respondiendo a vna accusacion contra mi presentada, por N. vezino deste lugar, en que en efecto dize, yo auerle herido de ciertas heridas que tiene a cuya causa queda manco, y ha hecho grandes gastos, segun que mas largamente en la dicha accusacion se contiene, cuya forma auida aqui por repetida y a ella me refiriendo: digo que de justicia v. m. me deue dar por libre de la dicha accusacion, y de lo en ella contenido, condenando en costas al dicho aduerso, por lo siguiente. Lo primero por todo lo general que se suele dezir y alegar, que he aqui por expresso, y porque la dicha accusacion no es puesta por parte ni contra parte, en tiempo ni en forma, carece de relacion verdadera, y de las solemnidades de derecho, y assi la niego en todo y por todo, segun y como en ella se contiene, afirmandome en la confession por mi hecha. Lo otro porque niego auer yo herido al dicho N. ni tal con verdad se probara ni se puede ni deue de mi presumir, por ser como soy buen Christiano, temeroso de nuestro Señor, hombre honrado y hijo dalgo, quieto y pacifico y de buena fama, y por tal soy auido y tenido y comunmente reputado. Principalmente que yo y el dicho N. eramos muy intimos amigos, y entre nosotros no precedio enojo, por do se vuiesse de seguir la dicha question. Lo otro porque al tiempo que el dicho aduerso dize auer le yo herido, en la plaça mayor deste lugar, estaua yo en tal parte, y conforme a la distancia del lugar, esta claro estar yo sin culpa, y ser impossible en vn mismo tiempo auerle yo herido. Lo otro porque caso no confessado, que yo vuiera cometido el dicho delicto, y que contra mi se probare, hazerlo hia para mi propria y necessaria defensa, con la moderacion requerida del derecho: porque el dicho N. seria el agressor, y el me acometeria primero para me matar, de tal suerte que para defender mi vida seria necessario el yo herirle. Lo otro porque el dicho N. me perdono, y remitio el derecho que contra mi podia tener por razon de la dicha question. Lo otro porque en lo que toca a la estimacion de la injuria, daños de manquedad, y cura que el dicho aduerso pide no ha lugar, porque caso negado que yo vuiera cometido el dicho delicto, la dicha estimacion no se deue hazer en tanta cantidad, atento la calidad de su persona, y lo que podia ganar el dicho aduerso en su oficio, que serian treynta ducados cada año, poco mas o menos. Por las quales razones, y la que mas en mi fauor haga, a v. m. pido segun de suso pedido tengo, y en lo necessario el oficio de v. m. imploro, pido cumplimiento de justitia, y las costas protesto.

Otro si a v. m. pido y necessario siendo con el deuido acatamiento requiero las vezes que soy obligado, que pues del processo no resulta culpa alguna contra mi, me mande soltar libremente de la prision en que estoy o alomenos me mande dar en fiado, y para ello, etc.

Non hæc omnia simul semper ponenda sunt in libello responsorio ex parte rei sed illa tantum, quæ ad cuiusque propositum visa fuerint, expedire posita tamen sunt, vt præ mani-

bus

bus habeantur: nam in ipso continentur omnia,& singula quę pro sua defensione rei allegare possunt. Ni fortè priusquam ad propositam accusationem respondeant, allegare voluerint suas exceptiones dilatorias:quæ sunt recusationis iudicis,incompetentis iudicij, seu declinationis fori: de quibus dicendum est à nobis in sequenti quæstione, & de modo, quo reus contestare debet litem, & post ipsam contestatam afferre suas exceptiones peremptorias.

Solummodo est aduertendum,
29 pro † expositione libelli responsorij prędicti ex parte rei propositi,qđ illa verba: *Por persona de mi procurador, con licencia que para ello tengo*: ponuntur, quia in criminalibus sine licentia (vt supra diximus in expositione libelli accusatorij) neque ad accusandum, neque ad defendendū admittitur procurator. Illa verò quę sequuntur statim: *Respondiendo a vna acusation contra mi presentada por N. en que en efecto dize. &c.* Ponun-
30 tur,quia libellus † responsorius continere debet narrationem accusationis actoris, quæ narratio fieri debet summariè, referendo se ad prædictam accusationem, & addendo illa verba. *Segun que mas largamente en la dicasu acusaciō se contiene,cuya forma cu da aqui por repetida y a ella me refiriendo digo. &c.* Et quando dicitur: *por que la dicha acusacion no es puesta por parte ni cōtra parte en tiēpo ni en forma,&c.* Proponūtur etiam ista verba,vt si forsan accusatio prædicta proposita fuerit ab aliquo, non habente legitimam personam standi in iudicio: nam eo ipso quod non sit proposita à parte legitima, sequitur quod nec contra partem, cum hæc duo sint correlatiua, & posito vno, ponatur & reliquum: & perempto similiter perimatūr, iuxta sententiā Philosophi. Illud verò quod additur, *en tiempo, ni en forma* apponitur etiam ad excludendam accusatoris actionem,si forsan suæ querelæ,siue accusationi aliquid deficiat ex substantialibus ad iudicium requisitis: de quibus omnibus videatur Paz in sua praxi tomo 1.part.1.in 7.tempore, in expositione libelli responsorij ex parte rei in causis ciuilibus, à nu. 18. cum sequentibus latissimè: nam in ijs eadem ferè est omninò praxis, & modus procedendi in criminalibus,mutatis mutandis. Omnes sequentes clausulæ ad exceptiones peremptorias pertinent, quæ proinde suo proprio loco reseruantur explicandæ. Solūmodo dico modo, quod quando in libello responsorio prædicto,reus siue accusatus solutionem petit è carcere,& vinculis,aut saltim quod sub fideiussoribus detur in illis verbis: *Me mande soltar libremente, de la prision en que estoy, ò alomenos me mande dar en fiado*, si ex delicto tantum pęna pecuniaria† veniat im- 31
ponenda,& non corporalis, id à iudice concedi sibi potest, & sub fideiussoribus poterit relaxari,iuxta l. 1. §. diuus, ff. de custod. reorum, & l. eos, la prima, §. super his,C. de appellationibus vbi hoc tenent omnes Doctores communiter dum tamen id non sit in casibus contentis in l. 2. titulo 10.lib.8.recopilat. & l. 1.& 2. titulo 7.lib.8.recopil.& l. 5. titulo 4. eiusdem libri. At si ex delicto pęna corporalis reo veniat imponenda, id nullatenus fieri debet, nec sub fideiussoribus relaxari:iuxta l. 3.ff.de custod.reorum, vbi id ipsum tenēt omnes Doctores communiter. Circa quod videatur, quæ latissimè dicit Anton. Gomez, tomo 3. variarum capit.9.num.8.& 9.& Iulius Clarus lib.5.sent.§. fin.quæst. 46. à num.6. cum sequentibus, & Paz in sua praxi tomo 1.parte 5.cap.3.§.6. à num. 89.cum sequentibus. Sed quia prædicto proposito à reo pro se, & sua defen-

defensione libello, ab actore, siue accusatore potest replicari: quin verò & id ipsum facere debet, quo causa concludatur, & recipiatur vterque ad probationem: qualiter eiusmodi replica ex parte accusatoris, & duplica ex parte rei sit proponéda, dicetur in sequenti conclusione.

Secunda Conclusio.

32 POstquam prædictus † libellus responsorius, ex parte rei fuerit propositus, ac iudici exhibitus, præcipit ipse illius cupiam accusatori exhiberi, & quod intra certum tẽpus eidem respondeat: quod & ipse facere tenetur: sicque vtraque pars cum replica, & publica, allegat quæ visa sibi fuerint expedire, quo facto ab vtraque parte ad probationem concluditur, & tam replica, quam sequenti modo formanda est Hispano sermone.

Fulano vezino de tal lugar, &c. en la causa que trato con citano sobre tal y tal cosa, &c. respondiendo à vn escripto por su parte presentado, en que de efecto dize, tal y tal cosa, &c. (hagase breue y sumaria relacion de lo que dize) Digo que sin embargo de las razones, excepciones, y defensiones por el dicho alegadas, v.m. deue hazer segun y como por mi parte ha sido pedido. Assi por lo de mi dicho y alegado, como por lo siguiente. Lo primero por esto. Lo segundo por estotro, &c. (impugnando todas las cosas que el reo alego para su defension) y concluyendo deue dezir. Por lo qual y lo que vsas en mi fauor haga, pido à v.m. lo que tengo pedido: y en lo necessario el oficio de v.m. imploro, y pido justicia y costas, &c Circujus libelli explicationem nihil de nouo dicendum occurrit, & si quid est videatur Paz loco vbi supra tom. 1. p. 1. in 7. temp. à num. 36, cum sequentibus. Qua replica proposita, ex parte rei proponitur etiam duplica, in forma sequenti.

Fulano vezino de tal lugar, en la causa que trato con citano, en respuesta de vna replica de razones por el dicho aduerso presentada, en que dize que sin embargo de mis excepciones, v.m. me deue condenar: refiriendome a su tenor, digo que v.m. de justicia me deue dar por libre, y hazer en esta causa segun y como por mi parte le ha sido pedido. Porque a las razones de su replica se satisfaze con lo siguiente. Lo primero, porque en lo que dize, &c. Lo segundo, porque en lo que dize, &c. (impugnando siempre lo que el actor, o acusador vuiere dicho) y concluyendo diga. Por lo qual pido a v.m. lo que pedido tengo, y en lo necessario su oficio de v.m. imploro: pido cumplimiento de justicia y costas, y negando lo per judicial (nouatione cessante) concluyo en el articulo que conclusion requiere. Circa quem libellum, parum etiam vel nihil notandum occurrit, prætérquam quod verba † illa, *nouacione cessante, y negando lo per judicial,* 33 valdè sunt vtilia & magni effectus, sicque in quolibet libellorum deberent apponi: nam ipsorum virtute si aliquid præiudiciale in aduersarij libello fuerit appositum, quod in specie non fuerit negatum: vel si ab ipso producente aliquid per iniuriam, seu per errorem in suo libello fuerit dictum, quod damnum eidem possit inferre: per prædictam clausulam videtur reuocatum, & reum recedere à sua confessione per errorem facta, iuxta l. error. C. de iuris & facti ignorantia, & l. non fatetur, ff. de confessis, & capit. fin. eodem titulo. Etiam aduerto, quod licèt olim de iure communi in omnibus causis † daretur triplicatio, & quadruplicatio, iuxta l. 2. ff. de exception. & institut. de replicat. sed iam hodie de 34 iure huius regni, & consuetudine, solummodo datur replica, & duplica: ita quod neutra pars vltra duos libellos potest porrigere: actor siue

accu-

accuſator libellum petitionis , ſiue accuſationis principalis, & poſtea libellum replicationis: reus verò libellum reſponſorium ad petitionem actoris, ſiue accuſatoris, & libellum duplicationis. Et poſtea neutra pars aliquem libellum producere poteſt, ſed ſtatim cauſa habetur pro concluſa, ad probationes recipiendas ſine aliquo actu concluſionis, etiamſi per partes non concludatur, iuxta textum in l. 2. titulo 5. lib. 4. recopil. & l. 9. titulo 6. lib. 4. recopilat. & in l. 4. in fine, titulo 16. lib. 2. recop. Videatur Paz 1. tom. 1. par. in 7. temp. à num. 45.

QVÆSTIO XXI.

De exceptionibus & defenſionibus, quas rei pro ſe ipſis allegare poſſunt, & de litis conteſtatione: In ſex Articulos diuiſa.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio eſt actionis excluſio, defenſio verò intentionis repulſio.*
Et hæc duo in iure confunduntur, num. 2.

3 *Exceptiones ſunt dilatoriæ, peremptoriæ, aliæ verò mixtæ, ſiuè anomalæ.*

4 *Exceptiones dilatoriæ, & peremptoriæ differunt inter ſe dupliciter.*
Dilatoriæ opponuntur ante litis conteſtationem num. 5.
Peremptoriæ poſt conteſtatam litem num. 6.
Mixtæ opponuntur ante, & poſt litis conteſtationem num. 7.

8 *Exceptiones peremptorias iudex non cognoſcit vſque ad ſententiam diffinitiuam cauſæ principalis.*
Secus verò dilatorias, in quibus tenetur pronunciare, num. 9.
Intellige ſi certò ſibi conſtiterit eas eſſe liquidas num. 10.
Et reus ſe offerat incontinenti eas probare nu. 11.

12 *Iudices ex cauſa recuſare licitum eſt & iuri naturali, diuino, & poſitiuo nimium conforme.*
Facilius iudex recuſatur, quam teſtis num. 13.
Delegatus etiam recuſari poteſt, & etiam ordinarius, num. 14.

15 *Iudex recuſatur ex cauſa amicitiæ, vel inimicitiæ alterutriuſque partis.*

19 *Lites debent ſine ſuſpicione procedere.*

17 *Inimicitia capitali, ſeu ſaltem graui iudex recuſari poteſt, & num. 18.*

19 *Inimicus ad hoc vt recuſari poſſit quiſnam dicatur? plures referuntur caſus num. 20.*

21 *Inimicitiæ graues repellunt iudicem à iudicando, & accuſatorem ab accuſando, & teſtem à teſtimonio ferendo.*
Etiam in criminibus exceptis num. 22.

23 *Index infamis, & criminoſus recuſatur, excommunicatus, dominus aduerſarij, conſanguineus, affinis, &c.*
Qui non habuerit iuris peritiam recuſatur, nu. 24.
Et qui modum exceſſit in exequendo num. 25.
Et quando accuſator, vel teſtis producitur de domo illius, qui habebat eſſe iudex. numero 26.
Et qui votum ſuum propalauit ad fauorem partis aduerſæ, numero 27.

28 *Religioſi de iure communi iudices ſuſpectos recuſare poſſunt, contra*

contra numero 29.

In causa correctionis non possunt appellare, nec recusare superiorem num. 30.

Secus quando proceditur per modum iudicij & in causis grauibus, numero 31.

32 Recusationis iudicis exceptio primò proponenda, & ante litis contestationem & inter dilatorias primum locum obtinet.

De iure regio in quacunque litis parte iudicis recusatio proponitur, num. 33.

Proponitur in scriptis, & in ea reus protestatur de alijs exceptionibus. num 34.

35 Causa recusationis de iure ciuili, regio, & si non sit exprimenda, de iure canonico, & in foro ecclesiastico alleganda est, & exprimenda in libello recusationis, siue iudex ordinarius sit, siue delegatus.

36 Reus in recusatione debet iurare de calumnia.

37 Iudex recusatus de iure Canonico remouetur in totum, de iure ciuili. & regio ei datur adiunctus, & socius.

Declara in aliquibus casibus, remissiuè. num. 38.

39 Causa recusationis in foro ecclesiastico coram iudice recusato proponenda est, non autem probanda, sed eligantur iudices arbitri.

Iudex delegatus à Papa recusatus potest compellere litigantes ad eligendos arbitros numero 40. & tertium in casu discordiæ numero 41.

Si arbitri intra terminum causam recusationis determinauerint, iudex procedit ad vlteriora num. 42.

Sicut etiam proferendo non esse legitimam causæ recusationem ibid.

43 Iudex ecclesiasticus recusatus causam remittit ad superiorem, de consensu recusatoris poterit alteri committere.

Intellige quando iudex delegatus fuerit tantum vnus, secus si plures, num. 44.

45 Recusationis libellus, qua forma proponendus?

Eadem forma proponendus est tam in causis ciuilibus, quàm criminalibus num. 46.

Et quomodo iudex procedat dato recusationis libello numero 47.

48 Exceptio declinatoria fori inter dilatorias secundum locum obtinet.

49 Actor sequitur forum rei.

50 Exceptio declinatoria. siue incompetentis iudicis proponi in quacunque parte iudicij potest.

Declara quando ignoranter, & per errorem quis comparet in iudicio coram non suo iudice, num. 51.

52 Exceptio declinatoria, qua forma sit proponenda.

In ea debet apponi protestatio, quod non intendit consentire in iurisdictionem nu. 53.

54 Exceptio legitimationis personæ qualiter sit proponenda.

55 Excommunicatus excommunicatione maiori non habet legitimam personam standi in iudicio, vt actor, in penam sui delicti.

Et propter periculum, quod imminet alijs participando cum ipso, nu. 56.

Compulsus venire in iudicium potest excipere, se defendere, & appellare, nu. 57.

58 Exceptio, defensio, & appellatio nulli sunt deneganda, cum sint de iure naturæ.

59 Exceptio loci non tuti, & aliæ, quæ sint remissiuè.

60 Li-

ARTICVLVS I.

Quid sit exceptio, quid verò defensio?

Prima Conclusio.

XCEPTIO † est actionis exclusio: defensio verò intentionis repulsio. Hæc exceptionis diffinitio est Panormitani in rubrica de exceptionibus, & deduxit illam ex textu in l. 2 ff. eodem titulo, & de ea videnda est glossa in dicta l. 2. verbo intentionem. Et quamuis Doctores Iurisperiti multum olei, & operis insumant, in explicando, an ad exceptionem prædictam spectet solam actionem, aut etiam intentionem excludere: dicunt enim, quod actio, & exceptio sunt correlatiua, quemadmodum Pater, & Filius, maritus, & vxor, iuxta l. si quidem, C. de exceptionibus, & notat Baldus in l. in rebus, C. de iure dot. num. 12. ex quo proinde inferunt, quod quamuis exceptio prædicta sit actionis exclusio, non tamen esse potest intentionis repulsio, cum deficiat actio cui opponatur: quod tenere videtur Glossa in capit. 1. de litis contestat. lib. 6. asserens exceptionem propriè dici actionis exclusionem, defensionem autem esse intentionis repulsam: nobis tamen non est in votis in hisce rebus tempus insumere, vt- 1

p rtè quæ aliena esse videtur à nostra p ofessione: sat sit in conclusione dixisse, quod exceptio propriè, & in rigore loquendo est actionis exclusio: defensio verò intentionis repulsio: licèt negari haudquaquam possit,
2 † quod in iure sæpissimè hæc duo confundantur, & actionis siue intentionis exclusio, multoties exceptioni tribuatur, diuersis respectibus, & quatenus ipsa rationem et habet defensionis, & qui ea de re plura videre voluerint, consulāt Paz in praxi, tom. 1. p. 1. in 5. tempore à n. 1. cum sequentib. latissimè. Et vt quod dictum est clarius innotescat libet paucis tam exceptionis, quam defensionis, hoc vel vnicum exemplum proponere. Comparet quis (v.g.) coram iudice in iudicio ciuiliter agendo, vel quempiam criminaliter accusando de aliquo patrato à se crimine: illud quod è contrario à reo siue accusato proponitur ad excludendam eiusmodi actionem, iure optimo exceptio dicitur, & etiam dici potest intentionis exclusio, siquidem adducitur ad semetipsum defendendum, & excludendum actoris, siue accusatoris intentum, quamuis & hoc proprius pertinere videatur ad defensionem, quam ad exceptionem. Sed quidquid de hoc sit, dicamus oportet quotuplices sint eiusmodi exceptiones? de quo sit secunda conclusio.

Secunda Conclusio.

3 EXceptionum, quæ† à litigantibus in iudicio opponi possunt, quædam sunt dilatoriæ, quædam peremptoriæ, aliæ verò dicuntur mixtæ, siue anomalæ. Hæc conclusio communis est omnium DD. resolutio, de qua loquitur lex 2. §. fi. & l. 3. ff. de excep. & Imperator in §. appellantur, Inst. de exceptionibus, & Glos. in c. 2. 3. q. 6. & in c. pastoralis, & c. exceptionem de exceptionibus, vbi id ipsum tenent omnes cōmuniter DD. Sed afferamus oportet dictarum exceptionum proprias diffinitiones. Illę dicuntur exceptiones dilatoriæ, quæ non totum perimunt, seu extinguunt negotium, sed tm̄ differunt. Vt cū ex parte rei proponitur exceptio recusationis iudicis: cōpetentis iudicij, siue declinatoria fori. Exceptiones verò peremptoriæ (vt nomen ipsum sonat) pro eo tales dicuntur, quia actoris, siue accusatoris ius in totum perimunt: vt cum ex parte supradicti rei allegatur, litem iam esse finitam, seu eadē de causa in alio iudicio, seu tribunali fuisse cognitum, vel alias similes exceptiones, de quibus dicemus postea, quæ proponi solent ex parte rei, ad excludendum, extinguendum, ac prorsus perimendum actoris, siue accusatoris intentum. Illæ autem dicuntur exceptiones mixtæ, seu anomalæ, quæ aliarum exceptionum naturam non necessariò sequuntur, sed vtramumque iuxta aliquid illam participant, vt constabit clarius ex dicendis in sequentibus conclusionibus. De quibus videatur Paz tom. 1. p. 1. in 5. tempore à num. 82. cum sequentibus.

Tertia Conclusio.

INter prædictas † exceptiones dilatorias, & peremptorias, hęc est differentia, quod dilatoriæ opponendæ sunt ante litis contestationē, peremptoriæ verò regulariter proponuntur post contestatam litē. Hęc etiam conclusio communis est omnium DD. resolutio, de qua videre oportet, l. fin. C. de exceptionib. & l. exceptione. C. de probationib. & c. inter monasteriū de re iudicata. Iure 4

regio

regio id ipsum habetur in l. 9. tit. 3. p. 3. & l. 1. tit. 5. lib. 4. Recop. Dico igi-
5 tur † quod exceptiones dilatoriæ opponendæ semper sunt ante litis contestationem, hoc est, antequam pro parte rei respondeatur, ad accusatorem, & libellum à se propositum, concedendo, vel negando: & opponendæ sunt, & probandæ intra terminum à iure, siue iudice præfixum, ad comparendum, & respondendum: & sic propositæ, atque probatæ, si rectè id ipsum fiat, impediunt litis ingressum. At verò exceptiones
6 † peremptoriæ regulariter proponuntur post contestatam litem, nec impediunt litis ingressum, & progressum, nisi quando opponuntur in vim dilatoriarum, & peremptoriarum simul: quod exceptionum ge-
7 nus, anomalum, siue mixtum † nuncupauimus, pro eo quod exceptionis vtriusque naturam participat, & quia opponi possunt ante, & post contestatam litem. Talis est exceptio excommunicationis, quæ in quacumque parte litis objici potest, vt habetur, in c. exceptionem de exceptionibus, & in cap. 1. eod. tit. lib. 6. Talis est etiam exceptio rei iudicatę, & similes, quæ in vim dilatoriarum, & peremptoriarum simul quandoque opponuntur, quarum natura ex modo, & forma illas opponendi diiudicari habet. Nam si opponuntur in vim dilatoriarum & ante contestatam litem, eiusdem ingressum, & progressum impediunt, vt dicitur in præallegato, c. 1. de litis contest. lib. 6. at verò quando opponuntur in vim peremptoriarum, & post contestatam litem, tunc quidem non litis ingressum, & progressum impediũt; sed censentur objici ad merita causę principalis, vt actoris, siue accusatoris ius in totum perimatur. De quibus omnibus videatur Paz vbi supra à num. 14. cum sequentib. vsque ad 28.

Quarta Conclusio.

Inter supradictas † exceptiones 8
peremptorias, seu quæ in vim peremptoriarum opponuntur, & dilatorias, est alia differentia, quod in illis, quamuis iudex de eis cognoscat, non tamen statim pronunciat, vsque ad sententiam diffinitiuam causæ principalis: tunc enim ferendo sententiam, virtualiter videtur de illis pronunciare. At verò in secundo † exceptionum dilatoriarum 9
genere, priusquam iudex ad vlteriora procedat, tenetur de eisdem pronunciare, cum litis ingressum, & progressum impediant. Quod est intelligendum, † si certò sibi constiterit, eas esse certas, & liquidas. 10
Aliàs enim etsi de facili non possint liquidari: etiamsi eiusmodi exceptiones ante contestatam litem opponantur, non proinde impediunt litis progressum, quin verò iudex ad vlteriora debet procedere, & eas reseruare ad merita causæ principalis, nisi forte illas opponens offerat † se inconti- 11
nenti easdem probare, tunc enim per eiusmodi exceptiones sic propositas, & incontinenti probatas, proculdubio impediretur litis ingressus, & progressus. Qua de re videatur Paz loco vbi supra num. 36. & in 7. tempore numero 3. 4. & 5. His de exceptionibus in communi sic dictis, pro maiori ipsarum intelligentia oportet vt ad particularia descendamus, & de illis seorsum aliquid dicamus. Et primo de exceptione recusationis iudicis, quæ primo in iudicio opponi solet: de qua secundus sit articulus.

ARTICVLVS II.

De exceptione recusationis iudicis, & an id facere sit licitum, & quo tempore, & qualiter eiusmodi exceptio est proponenda?

Prima Conclusio.

12 IVDICES ex causa † recusare licitum est, ac iuri naturali, diuino, & posito, tam canonico, quam ciuili conforme. Probatur hæc conclusio, quoad primam partem: esse certissimum atque constitutissimum, quod stando in iure naturali, omnes de amicitia vel inimicitia aliqua verò simili suspecti, iudices esse non possunt, nec debēt qualibet in causa. Quod clarè colligitur, quinverò, & expressè habetur determinatum, in cap. quod suspecti 3. quest. 5. quod est Nicolai PP. in quadam Epistola ad Michaëlem Imperatorem, quæ incipit; Proposueramus: cuius sunt expressa sequentia verba. Quod suspecti, & inimici, iudices esse non debeant, & ratio ipsa naturalis dictat, & plurimis probatur exēplis. Nā quid gratius, & amicabilius dare quis inimico potest, quam si se ei ad imperādum commiserit, quem lædere fortè voluerit? Ex quibus certè verbis dum dicit Pontifex; quod hoc ratio ipsa naturalis dictat, clarè & manifestè colligitur quod id ipsum sit de iure naturali, aut saltim iuri naturali ipsi nimis conforme. Quod & confirmatur, ex c. cum inter. de exceptio. §. 2. vbi etiam dicitur, aut saltim insinuatur, naturale esse cunctis suspectorum iudicum insidias velle semper declinare, eorumque iudicium refugere, & quod hoc pertinet ad legitimam naturalem defensionem, & nulli vnquam debet denegari: id ipsum dicitur, in d. c. quod suspecti. Vnde Glossa in cap. qui cunque el 3. 11. q. 3. dicit iudicem † facilius, ac potiori iure recusari posse quam testem: pro quo facit. c. accusatores el 3. 3. q. 5. & c. insinuante, verb. familiarem, de officio delegati & etiam, c. cum R. eodem tit. 13 Quod verò id ipsum sit de iure diuino positiuo, superque satis constat ex illo quod habetur Deutero. 16. vbi Deus olim Optimus Maximus, de prædictis iudicibus Israelitici populi agēs, inquit, illos esse in iudices, & Magistros constituendos, qui iusto iudicio iudicare debeant: neque in alterutrā partem illis declinare fas sit. Et subdit, quod non accipere debent personā cuiusquā, nec munera, q̄a munera excæcant oculos sapientū, & mutant verba iustorum. Ex quibus etiā verbis planè colligitur, quod stando in iure diuino positiuo, si aliquid horum (quod absit) in iudicibus reperiatur, (præterquam quod peccatum committent) tanquam suspecti optimè poterunt recusari, & vt inquit D. Iacob. in sua epistola cap. 2. redargui à lege, quasi eiusdem transgressores. Quod autem supradicta conclusio, sit etiam de iure positiuo Canonico, & Ciuili: innumera testantur iura præsertim supradictum cap. quod suspecti: & quod in eo dicitur quam plurimis illustratur exemplis, peritis ex Concilio Constantinopol. Calcedonensi, & alijs, post quæ sequentia etiam notabilia ponuntur verba. Quod si iudicio vbi ijdem sunt inimici, qui iudices, si nec humana debent negotia committi, quantò minus diuina, idest Ecclesiastica. Et additur, qui sapiens est; intelligat. Et confirmat ibi Nicolaus Papa suam sententiam, & resolutionem, authoritate Pij Imperatoris Iustiniani, qui vt habetur in l. apertissimi, C. de iudicijs, sequentem promulgauit legē Liceat ei qui iudicem putat suspectum, antequam lis inchoe-

inchoetur recusare, vt ad alium recurratur. Facit pro hoc. l. nemo C. de iurisdict. omn. iudic. & c. placuit 2. q. 6. c. siquis de foro compet. & c. secundo requiris, de appellat. quæ omnia iura quã maximè locum habere in causis criminalibus, tradit, Glos. in c. qualiter & quando el 2. de accusatio, verb. ad inquirendum, quod & tenẽt ibidem omnes DD. communi-
14 ter. Et necdum iudex delegatus † recusari potest, per ca. postremò de appella. & tradit Panormitanus in c. accedens, vt lite non contesta, & c. 1. de iudi. plures eius rei adducens casus: verumetiam & ordinarius; per cap. placuit 2. q. 6. & c. siquis el. 2. de foro competen. c. ad hæc de appella. & l. nemo de iurisd. omn. iud. qua de re videatur Couarru. lib. pract. q. c. 26. in principio, & Iul. Clarus libr. 5. sentent. §. fin. quæst. 43. à nu. 1. cum sequentibus, & Nauarr. super capit. si quando de scriptis, in 10. causa nullitatis, & lib. 2. consil. de appellat. consil. 2. quæ quidem appellationes vim etiam recusationum habent. Sed dices, quænam sunt iustæ causæ iudices recusandi? Respondeo, & sit secunda conclusio.

Secunda Conclusio.

15 CAusæ iustæ † iudices recusandi quam plurimæ sunt, sed præcipuè amicitia, vel inimicitia alterutriusq; partis. Hæc cõclusio communis est omnium DD. resolutio, & de ea videatur Speculator titulo de recusatione, Hostiens. in summa eod. tit. §. quæ sunt causæ iustæ, Ioannes Andræas, & Panormit. in cap. cum speciali, de appellatio. Couar. in d. lib. practi. qq. c. 26. & nouissimus omnium supradictus Nauar. in dicto capit. si quando de scriptis, in 10. causa nullitatis. Quod pro prædicta amicitia seu inimicitia, iudices tanquam suspecti possint recusari: habetur expressè, in supradicto capit. quod suspecti 3. quæst. 5. & cap. sciscitatus de scripus, c. suspicionis, de officio delegati, c. cum speciali de appellationib. cap. cum oporteat de accusatio. iuncta glossa ibi, verbo inimicus. Debent enim † lites, & contro- 16
uersię sine suspicione procedere, iuxta dictum c. quod suspecti, & citatã ibi legem. cum apertissimi, C. de iudicijs. Quo fit vt cum inimicitia adest, quælibet modica causa iudicem à iudicando repellat: iuxta, ca. accedens, el 1. & ibi glossa verbo, nimis fauens: vt lite non contest. §. cum igitur, & c. causam de officio delegati, & c. cum R. eodem tit. verb. cũ sint eius socij. At multo magis hoc † verũ 17
habet quãdo inimicitia fuerit capitalis, aut saltim grauis; nam in eo casu secundum multorum sententiã, etiã Inquisitores in fidei causa possunt recusari, vt habetur in directorio Inquisitorum 3. p. de recusatione Inquisitoris, vers. iam non quæuis inimicitia: In alijs † verò causis, & cri- 18
minibus non ita grauibus, propter inimicitiam (etiam non capitalem aut non ita grauem) iudices recusari possunt iuxta glossam in c. quicumque el 3. 11. q. 3. & ca. cum oporteat de accusationib. & c. accedens el 2. vt lite non contest. Idque (vt supradictum est) multum ad naturalem rationem conformiter: nam (vt diximus, ex c. quod suspecti, 3. q. 5.) quid gratius, seu amicabilius, quispiam inimico dare potest, quam si seipsum commiserit ad iudicandum, & puniendum ei qui illum lædere cupit?

Quis autem † adhoc propositum, 19
vt ab accusando, & testificando repellũtur, iure dicatur inimicus; multis tradunt DD. iuris periti, de quibus videndus est Anton. Gomez, tom. 3. variar. c. 12. n. 14. vers. Tertio reperitur inimicus, & Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. fin. q. 24. num. 5.

vers. Item quæro numquid inimicus
in causis criminalibus à testificando
repellatur, & Farinac. tom. 2. q. 49.
à num. 1. cum sequentibus latissimè,
& nos aliqua diximus supra q. 13.
agendo de accusatione, & q. 16. agē-
20 do de testibus. Sed pro nunc † dico
breuiter, quod qui conatus est, aut
minatus occidere aliquem, & qui ali
cui parauit insidias, seu in capitali
causa aliquem accusauit; aut depo-
suit, seu deponere voluit contra illū
in dicta causa capitali: qui aliquem
in vinculis detinuit; qui contra ali-
quem iniurias graues protulit: qui
adulterium cum alicuius vxore viro
ipso reclamante commisit (& idem
dico de sorore, matre siue filia,) qui
quæstionem mouit de statu, & bonis
alicuius, aut de magna pecunia-
rum quantitate (& idem dico de illo
qui aliquem talibus spoliauit) qui
offendit aliquem in sua persona, vel
rebus: qui quempiam vulnerauit,
maximè in facie; qui consangui-
neum occidit alicuius, & qui descen
dunt ab inimico capitali: qui com-
morantur, & familiariter conuer-
santur cum inimicis: qui cum prædi-
ctis inimicis amicitiam cōtraxerūt;
vt Guelphi cum Gibellinis, & è con-
tra; consideratis loco, & tempore,
personis, & alijs considerandis: om-
nes supradicti iure repelluntur ini-
mici, & etiam iudex per sententiam
contra latam quamuis ex his casibus
alij sint graues, alij minus graues, in
quo stando erit iudicum arbitrio.
21 Et quæ inimicitiæ fuerint † graues
& capitales, necdum iudicem à iu-
dicando repellunt, verumetiam
accusatorem ab accusando: & te-
stem à testimonio ferendo: etiamsi
contractæ fuerint illius culpa qui ha
bet iudicari, accusari, seu contra
quem testimonium debet proferri:
& etiamsi iudex, accusator, aut te-
stis affirment esse iam reconciliatos.
22 Et necdum † supradicti repellun-
tur in criminibus ordinarijs, verum-
etiam & in exceptis; qualia sunt hæ-
resis, crimen læsæ Maiestatis, per-
duellionis, sacrilegij, simoniæ, frau-
datæ pecuniæ, seu annonæ publicæ,
dilapidationis bonorum Ecclesiæ,
sodomiæ & huiusmodi, de qui-
bus videatur Glossa in Rubrica, 6.
q. 1. & Ant. Gomez, & Iul. Clarus,
& Farinacius locis supra citatis.

Præter supradictam amicitiæ, seu
inimicitiæ causam, sunt & plures a-
liæ ob quas iudices possunt † recusa-
ri; vtpotè si sint infames, criminosi, 23
perpetuò furiosi, impuberes, serui,
excommunicati, aduersarij Do-
mini consanguinei, vel affines: qui
quidem omnes cum iure iudices esse
non possint, meritò proinde possunt
recusari. Recusatur præterea &
iudex, qui iuris ordinem non ser-
uando, quemquam grauare veritus
non est, alicui defensiones suas
denegauit, seu exceptiones non
admisit, qui alteri parti nimium fa-
uet, vel est aduersarij amicus. Su-
pradicta omnia satis colliguntur ex
supra adductis iuribus, & præterea,
ex cap. ad hæc de rescriptis: & de his
videndus est latissimè Nauar. in
cap. si quando in dicto titulo de re-
scriptis, in 10. causa nullitatis. Etiam
recusari potest † iudex, qui non ha- 24
buerit iuris peritiam, per c. ex literis,
de consanguinit. & affinit. & c. 1. de
pœnitentia dist. 6. verb. iudiciaria po-
testas, & cap. sciscitatus de rescriptis
verb. impedim. vbi vidēda est glossa,
& glossa in ca. cum nobis de electio-
ne: quæ dicit quam maximè habere
locum in iudicibus Ecclesiasticis.
Qua de re videatur Speculator titu-
lo de iudice delegato, §. excipi po-
test. Et Syluester verb. Iudex primo
nu. 9. vers. quartò quæritur. Recusari
etiam potest † iudex, qui modum ex- 25
cessit in exequendo: per cap. su-
per quæstionū. §. 1. de officio deleg.
& is à quo in alia cā fuit appellatū,
vel

vel aliàs fuit recusatus ab eo, qui appellauit, seu ipsum recusauit: per c. ad hæc el 1. & c. proposuit, de appellationib. & glossam in capitulo accusatores el 3. 3. q. 5. Item & qui similem causam habet, per ca. causam el 2. de iudicijs, iuncta glossa: nam de eo iure præsumi potest, quod parti eidem nimium erit fauorabilis. Idẽ & qui commensalem habet aduersæ partis aduocatum, per c. ex insinuatione de appellationibus, & glossam in c. accusatores el 3. 3. q. 5. Item & qui aduersarij est suffraganeus, vel de terra ipsius; cum partes, aut saltem altera sint extra patriam, per ca. accedens el 2. vt lite non contesta. iuncta glossa ibi, & in c. accusatores, proximè citato. Item si accusator vel
26 † testis producitur de domo illius, qui habebat esse iudex: per cap. contra ritum 4. q. 4. & c. causam de officio delegati, & l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdict. omnium iudicum. Item & qui est officialis alicuius, qui aduersarij nimium est familiaris, per supradictum c. insinuante de officio delegati, & c. cum R. eodem titulo: quin verò & propter dominum tota familia eius recusatur, per l. vnicam iuncta glossa, C. si quacunque præ. potest. Ac tandem, vltimò recu-
27 sari † potest iudex, qui votum suum ad fauorem partis aduc: sæ quo quo modo propalauerit, aut recusantem minatus fuerit: & multo melius, qui postquam iustæ causæ recusationis contra ipsum fuerint propositæ illis non examinatis ad vlteriora voluerit procedere; & omnia per illum acta redduntur nulla, etiamsi causa fuerit commissa appellatione remota: prout dicit Cesar de Graffis, decisio. 93. à num. 5. cum sequentibus latissimè.

Tertia Conclusio.

Nec dum † sæcularibus, & 28
Clericis, verumetiam & Religiosis stando in iure cõmuni licitum est iudices sibi suspectos recusare. Hæc conclusio non aliter potest probari, quã dicendo esse hoc de iure naturali, & ad legitimas defensiones pertinere, quæ quidem defensio (vt dicit Panormitanus) etiam diabolo, si modò litigando competeret in iudicio, non deberet denegari. Nec prædictæ huic † resolutioni 29
obstat id, quod habetur in cap. cum speciali, §. porrò, in fine de appellationibus, quo loco regulares à iudicum, & Prælatorum suorum recusatione videntur arceri: quod & cõfirmari insinuatur, in c. ad nostram, & c. reprehensibilis, eod. tit. quibus in locis regulares prohibentur appellare: quæ quidem appellatio (vt supra diximus) vim & robur habet recusationis iudicis; nam prædicta iura intelligenda sunt, in casu † quo 30
regulares recusare voluerint, vel appellare à sententia suorum superiorum, quando ab eisdem corriguntur iuxta regularia statuta, quod satis colligitur, ex d. c. ad nostram iuncta glossa verb. minus, & ex c. speciali, vbi id ipsum dicitur expresse. Cuius etiam & congrua ratio reddi potest, nam si in dicto casu non admittitur à correctione recusatio, aut appellatio: ex eo est, quia in ea non proceditur iudiciali modo, nec tenditur nisi ad subditi delinquentis pœnitentiam: vt dicit glossa in dicto cap. ad nostram, & constat ex c. cum beatus 45. dist. & cap. si homo 27. q. 1. at vero quando † proceditur per modum 31
iudicij, & maximè in causis grauibus, & criminibus forsan occultis, & iuris ordine non plenè seruato; aut quando Prælati in correctione prædicta modum excesserint: haud dubium est, quod subditi (ipsis si habere-

habuerint suspectos) iure optimo possint recusare, & à sententijs per eosdem latis appellare; iuxta cap. de priore, iuncta glossa de appellationibus, cap. licet, de officio iudicis ordinarij, cap. super quæstionum de officio delegati, §. nos autem: quod tradit latissimè Abb. in supradicto, cap. ad nostram: & est communis DD. resolutio.

Quarta Conclusio.

32 PRædicta exceptio † recusationis iudicis, inter omnes dilatorias primum locum obtinet, & primo proponenda est, loquendo de iure communi, & ante litis contestationem. Hæc conclusio probatur, ex l. apertissimi, C. de iudic. & authent. offeratur, C. de litis contest. & ex ca. cum speciali de appella. ca. quoniam contra falsam de probatio. & c. exceptionem, de exceptionib. & glossa in ca. inter monasterium, verb. subeundo, de re iudic. vbi hoc tenent omnes communiter Doctores: qua de re videatur Alciat. tractat. de recusat. art. 1. glos. 2. & Mascar. lib. 2. de probatio. concl. 952. num. 34. & Couar. in pract. quæst. cap. 16. nu. 2. & glossa communiter recepta, in cap. pastoralis, de exception. verbo protestare. Quamuis tamen id ita sit, & de
33 iure communi loquendo † prædicta exceptio recusationis iudicis, ante litis contestationem sit proponenda: de iure tamen regio in sæculari foro, in quacunque litis parte obijci, & proponi potest: vt tradit supradictus Couar. loco vbi supra num. 3. etiam post conclusum in causa, quin verò, & postquam sententia fuerit scripta, & à iudice subscripta, & tabellioni tradita vt pronunciet (dum tamen id fiat ante veram & realem pronunciationem) & debet admitti. Qua de re videatur etiam Paz in sua praxi [illegible] in 16. tempore, num. 18. & 19. Et proponenda est prædicta
34 † recusatio in scriptis, vt dicit glossa in cap. quoniam contra de probatio. verb. recusationis, quod probat argumento deduct. ex capit. secundo requiris, & c. cum speciali de appellation. vbi ait, quod ipsa proposita, non debet postea iudex super principali procedere, donec de illa constiterit. Sicque in recusationis libello semper obseruari consueuit, quod reus expostulet, vt de recusationis causa ante omnia cognoscat, eo modo quo de ea cognoscendum est, & nos dicemus statim, protestãdo nullitatem totius actus in contrarium facti. De quo etiam videatur Paz loco vbi supra, vbi & dicit, quod si reus plures, & diuersas habuerit exceptiones dilatorias, quamuis primo (vt dictum est) opponere debeat illam, quæ est recusationis iudicis, in libello tamen eiusdem recusationis protestare debet de alijs, dicendo, saluis alijs dilatorijs exceptionibus, quę tales sunt (nominando illas) probandis suo loco & tempore. Quæ quidem clausula ad hunc effectum solet proponi, vt si forsan reus succumbat in debita probatione causæ, aut causarum recusationis, non amittat ius opponendi pro loco & tẽpore conuenienti, alias dilatorias exceptiones.

Quinta Conclusio.

QVamuis de iure ciuili, & regio, † recusationis causa nõ fit necessario exprimẽda: de iure tamen canonico, & in foro Ecclesiastico alleganda est, & exprimẽda, & in libello recusationis ponenda, siue iudex recusatus sit ordinarius, siue verò delegatus. Hæc concl. quoad primam partem, est omnium Doctorum communis, & de ea videndus est Couarru. in pract. quęstio. cap. 26. num. 10. vbi dicit, quod 35

de

de iure ciuili, & regio, in iudicis recusatione non requiritur causæ expressio, sed sufficit, quod recusans in libello cum iuramento dicat se e-
36 iusmodi † recusationem non calumniosè proponere, iuxta Gloss. in l. apertissimi, C.de iudicijs, verbo recusare, & glossam in l. quia poterat, ff.ad Trebellian. verbo nec illud. Iure etiam regio id ipsum statuitur, in l.1.tit.16.li.4 recopil. quod iuramentum præstandum est, quamuis à parte non petatur: & ita communiter obseruatur in praxi, licèt quidam dicant, illud non esse præstandum, nisi fuerit petitum à parte, vel iudice. Sed patitur supradicta resolutio aliquas exceptiones. Prima in recusatione præsidis, vel auditoris Regij, in qua de iure regio expressio causæ legitimè requiritur, vt habetur in l. 1. & 2.tit. 10. lib. 2. recopil. Secunda quando recusatur tota ciuitas, vniuersitas, seu consistorium Decurionum: nam & tunc requiritur causæ iustæ suspicionis expressio, nec sufficit iuramentum: qua de re videatur Paz to.1.p.1.in 10.tempore à nu.20. cum sequentibus. Quoad secundam verò partem probatur conclusio, quod de iure Canonico, & in foro Ecclesiastico legitimæ suspicionis causa sit alleganda, exprimenda, & in libello recusationis ponenda, siue iudex sit ordinarius, siue vero delegatus: & probatur expressè ex ca. cum speciali, iuncta glossa, verbo coram de appellatio. & c.1. requiris. §.1. & ibi gl. & ca. si contra vnum de officio delegati, l.6. & ibi glossa, verbo probari, & ca. 1. de appella. etiam in 6. de quo videatur Paz loco vbi supra, à num. 20. cum sequentibus.

Sexta Conclusio.

37 QVamuis de iure canonico † recusatio remoueat iudicem suspectum in totum à cognitione causa, de iure tamen ciuili, & regio, iudex sæcularis recusatus non ... à cognitione causæ: sed assumere debet secum socium, candidum & probum, & nulla ratione suspectum. Hæc conclusio habetur expressa in authent. si vero, C. de iudicijs, & l.22.tit.4. partita 3. & de causis ciuilibus habetur id ipsum nouissimè dispositum, in l.1.tit. 16. li.4.recopil. Quod est verum præterquam in aliquibus † casibus, in quibus iudex ordinarius in totum potest recusari: quorum aliquos enumerat Gregorius Lopez in supradicta l.22.tit. 4. partita 3. in glossa fin. Qua de re videatur Couar. in pract. quæst. capit. 26. num. 1. & Paz in sua praxi tomo 1. par. 1. in 10. tempore à nu.24. cum sequentibus, vbi & multa ad hec propositum dicit circa iudicem recusatum in causis ciuilibus, & qualis esse debeat socius ab eo assumendus, & cuius expensis: & quis nam sit adeundus, si in iudicando discordent. Circa causas verò criminales, quid etiam sit faciendum in sæculari foro, nō minus copiosè, quā eleganter, & doctè, tractat prędictus Doctor in eadem praxi to.1.p.5.c.3. §.12. à n.52. cum seq. vbi dicit, quod iudex recusatus associari debet duobus decurionibus, vulgò dictis, del consistorio, per idem consistoriū nominādis, & qualiter ijdem se gerere debeant in qualibet criminali causa, vsque ad sententiam diffinitiuam, & vltra, in casu quo ipsi non inter se concordent, iuxta ea, quæ habentur in l. 1. tit. 16. lib. 4. recopil. Quid etiam sit faciendum, & quibus in dictis causis criminalibus eiusmodi iudex sæcularis recusatus associari debeat, in loco vbi non est consistoriū, iuxta ea, quæ disponitur in supradicta l. 1. tit. 16. li. 4 recopil. de quibus etiam videndus est Auendaño, in capitibus Prætorum 2.p.cap. 23 nu. 12. & Didacus Perez in l.1.tit.5.li.3.ordin.col. 66. 38

Septima Conclusio.

39 IN foro verò Ecclesiastico, † recusationis siue suspicionis causa, coram ipso iudice recusato proponenda est, non autem coram eo probanda, sed eligendi sunt iudices arbitri. Hæc conclusio habetur expressa in cap. secundo requiris, de appellatio. §. 1. & ibi glossa, verb. corã, & in capit. cum speciali eodem titulo, verb. coram, & in cap. si contra vnum, & ibi glossa, verb. probari de officio delegati in 6. & cap. 2. de appellatio. lib. 6. quibus in locis idipsum dicitur, siue iudex recusatus sit ordinarius, siue verò delegatus. Pro
40 quo aduertendum est, † quod si iudex recusatus fuerit à Papa delegatus, ipse poterit litigantes compellere ad eligendos iudices arbitros, coram quibus accusationis causa probetur, & decidatur, assignabitque illis terminum, intra quem causam determinent. Qui si fuerint discordes, ip-
41 sos † compellet ad hoc vt tertium quendam sibi aduocent, vt habetur in cap. suspicionis, de officio delegati, & dicto cap. secundo requiris, §. 1. de appellat. & cap. legitima eod. tit. lib. 6. Idemq; est obseruandum, si recusatus fuerit Episcopus, vel alius ordinarius, vt habetur in cap. cum speciali de appellationib. & notat glossa in dicto cap. si contra vnum, verb. Episcopi, de officio delegati in 6. Et
42 si intra † terminum ad decidendam recusationis causam arbitris præfixum, eam non determinauerint: tũc iudex recusatus, non obstante recusatione, poterit in negotio principali procedere, vt probat textus in capit. legitima versic. alioquin de appella. tionib. lib. 6. Si verò arbitri intra terminum præfixum recusationis causam terminauerint, proferendo eam, non esse legitimam, iudex Ecclesiasticus recusatus procedere poterit in causa principali, ac si nunquam fuisset recusatus. Si tamen illam legitimam esse pronunciauerint, non proinde iudices arbitri cognoscere poterunt de negocio principali, sed deuoluenda est ad illum, ad quem spectat de iure, & de quo dicetur in sequenti conclusione.

Octaua Conclusio.

43 SI iudex recusatus † fuerit delegatus à Papa, negocium principale ad eundem debet remittere, neque etiam de recusatoris consensu illud alteri poterit committere. Si verò fuerit ordinarius, vt Episcopus, vel ipsius Vicarius generalis, negotium principale ad superiorem debet remittere: de consensu tamen recusatoris, bene poterit illud committere alteri. Hæc conclusio quò ad primam partem de iudice à Papa delegato, habetur expressa in ca. iudex, de officio delegati, lib. 6. quoad secundam verò de iudice ordinario, habetur in capit. cum speciali de appellationib. & in multis alijs iuribus à me breuitatis causa omissis. Sed aduertendum est, quando diximus iudicem delegatum à Papa, & legitimè recusatum negotium principale ad eundem debere remittere, intelligendum id esse,
44 quando † delegatus fuerit tantum vnus: etenim si fuerint plures, ipsorum vno legitimè recusato, bene poterit causa principalis coram altero tractari: iuxta textum in cap. si contra vnum, de officio delegati in 6. quod tradit Couarru. in pract. quæst. ca. 26. num. 5. & Paz in sua praxi tom. 2. p. 1. cap. 6. quod est de exceptionibus à num. 4. cum sequentib. vsque in finem, vbi latissimè agit de hac Ecclesiasticorum iudicum recusatione, & modo, quò eiusmodi causa debet examinari, à quibus & intra quem terminum: & multa alia dicit ibi notatu dignissima,

ma, quæ per tempus referre non licet, videatur ibidem.

Nona Conclusio.

45 PRædictæ † recusationis libellus, Hispano sermone sequenti forma construendus est.

Fulano con protestacion que ante todas cosas hago, que por auto o autos que ante v.m haga no sea visto atribuyrle mas ni mayor jurisdicion de la que en este caso de derecho le compete, y essa no declinable: digo que en la causa y pleyto que passa entre mi y Fulano, sobre tal y tal cosa: yo tengo à v.m. por sospechoso, y hablando con el deuido acatamiento, no puede ni deue ser juez, ni conocer della: por quanto v.m. tiene y trata semejante pleyto y causa, y pretende conseguir en ella el mismo derecho que mi aduersario pretende en esta contra mi: la qual trata v.m. con Fulano ante tal juez: y por esta causa y razon tengo à v.m. por sospechoso en esta causa, y por tal le recuso. Y pido y requiero a v.m. las vezes que puedo, y de derecho deuo, se exonere del conocimiento desta causa y no proceda en ella: antes la remita a quien de derecho remitiria deue. Y en caso que no quiera v.m. hazer esto, pido a v.m que mande y con pida al dicho Fulano parte aduersa so graues penas y censuras, à que dentro de vn breue termino nombre de su parte juez arbitro, que yo de la mia desde luego nombro al Doctor Fulano, que es letrado de ciencia y conciencia para que ante ellos se prueue y determine la dicha causa de recusacion, y en defecto de no lo nombrar v.m. de su oficio lo nombre, y señale à los dichos arbitros nombrados tiempo y lugar para que conozcan de la dicha causa y la determinen: y les competa a que si estuuieren discordes tomen consigo vn tercero, y si assi v.m. lo hiziere hara justicia y lo que es obligado, y en otra manera lo contrario haziendo, pro testo la nulidad de todo ello, y de lo demas que protestar me conuiene, sobre que pido cumplimiento de justicia y costas, y el oficio de v.m. imploro, y iuro en forma de derecho que esta recusació no la hago de malicia, y pido lo por testimonio, con protestacion que hago de alegar las demas excepciones dilatorias que me competen en su tiempo y lugar que deuo, &c.

Circa quod libellum parum, vel nihil occurrit dicendum, præterquam quod in prædicta † forma 46 proponendus est, tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus: & si iudex recusatus fuerit sæcularis, præcipit recusanti, vt pro socio assumendo ponat expensas, alioquin quod nõ se habet pro recusato. De positisq. expensis assumit sibi socium, & vterq; iurat de administranda iustitia, & de expediendo negotio diligenter. Procedentesque † ambo simul in 47 causa, sententiam proferunt diffinitiuã: quod si fuerint discordes, quilibet de per se suam sententiam profert, & adeundus erit superior: iuxta ea, quæ dicta sunt supra in sexta conclusione, & si iudex fuerit Ecclesiasticus, recusationis causa necessariò exprimenda est, vt diximus supra. Quo libello oblato coram iudice, mãdat illius copiam exhiberi aduersæ parti, etsi viderit recusationis causã manifestè esse iniustam, aut friuolam: recusatione prædicta non obstante, in negotio principali potest procedere. Si verò visa fuerit iusta, & ante arbitrorum iudicum electionem, vel antequam causa fuerit probata, voluerit illud superiori remittere, seu alicui personæ suspicione carenti (dum tamen non sit delegatus Papæ) poterit vtique illud facere (vt dictum est supra) at verò si non id facere voluerit, sed quod iudices arbitri eligantur, mandat parti contrariæ, vt vnum pro se nominet, qui cum

alio

alio ab altera parte nominato causam determinet, in id præfixo sibi termino, & in casu differentiæ facit, vt isti duo tertium quendam eligant, qui cum illis eadem de re cognoscat, vt dictum est supra in septima conclusione, qua de re videatur Paz 1. tom. p. 1. in 10. temp. numero 31. & 32. & 2. tom. p. 1. cap. 6. num. 27. & 28.

ARTICVLVS III.

De exceptione incompetentis iudicij, seu declinatoria fori.

Prima Conclusio.

48 POST exceptionem recusationis iudicis, † exceptio incompetentis iudicijs secundum locum inter alias dilatorias obtinet. Hæc conclusio est omnium Doctorum communis, de qua videndus est Paz in sua praxi, tom. 1. p. 1. in 5. tempore à num. 22. cum sequentibus, vbi illam probat per textum in l. fin. C. de exceptio. & illius rationem reddit. Nam (inquit) si alia exceptio prius opponeretur, videretur proinde reus iudicem interpellare, vt super illa pronunciaret: & per consquens in non suum iudicem consentire, ipsiusq; iurisdictionem prorogare, iuxta textum in l. sed etsi susceperit, ff. de iudicijs, & notat glossa capituli inter Monasterium, de re iudica. dicendum est igitur, quod post exceptionem recusationis iudicis, exceptio incompetentis iudicij, seu declinatoria fori statim primo proponenda est. In cuius propositione, & libello, sicut & de libello recusationis dictum est, à reo ipso debet expostulari, vt prius super isto articulo sententia pronuncietur, & causa ad competentem iudicẽ remittatur, summaria habita informatione. Quando ergo aliquis citatur, & conuenitur, vt compareat coram nõ suo iudice (v. g.) si clericus coram Ecclesiastico iudice cõueniatur extra illos casus, in quibus priuilegio vel consuetudine introductum est, vt actor reum ad suum proprium trahere possit) tunc reus potest excipere, & exceptionem declinatoriam fori allegare, dicendo quod ipse non est suus iudex, & quod coram suo proprio iudice conueniri debet, cum lege sit constitutum, vt actor † se- 49
quatur forum rei, iuxta id, quod habetur in l. iurisdictionem, C. de iurisdict. omn. iudic. & in cap. cum sit generale de foro compet. & iure etiã regio id ipsum habetur, in l. 32. tit. 2. p. 3. & l. 9. tit. 3. lib. 4 recopilatio. Sicque reus iurisdictionem declinando petit, vt causa (si qua est) ad suum iudicẽ remittatur, & ante omnia de isto articulo sũmariè cognoscatur, & super eo pronuncietur, protestando, &c. Qua protestatione facta, si iudex absque tali cognitione, & pronũciatione, ad vlteriora procederet, processus ab eo factus proculdubio nullus esset, tanquam factus à iudice non habente iurisdictionem, seu iurisdictionem suam ignorante: appellarique proinde ab eo potest, pro eo quod ad vlteriora processerit neglecta prædicta exceptione declinatoria fori, vt habetur expressè in c. ex parte el 2. de appellat.

Aduertendum est tamen, † quod 50
quamuis exceptio prædicta declinatoria fori, seu incompetentis iudicij, post iudicis recusationẽ de iure ante alias proponenda sit: vbi tamen quis conuenitur coram iudice omnino incompetenti, seu nullam iurisdictionem habenti, in quacunque litis parte obijci, & opponi potest quia nõ põt q̃s iudex effici ex solo tacito, vel expresso cõsẽsu partiũ, vt probat tex. in l. priuatorum consensus, C. de iurisdict. omn. iud. & in cap. si diligen-

ti

ti de foro compet. & vbi quis principium iurisdictionis non habet, nec prorogationem poterit habere. Quo fit vt eiusmodi omninò exceptio de incompetentia in quacunque litis parte opponi possit, iuxta glossam in clementina vnica de sequestr. posse, & fruct. verbo non obstante, quam sequuntur omnes communiter Doctores. Quod idem intelligendum

51 † est, quando quis ignoranter & per errorem comparet coram non suo iudice, habenti alias iurisdictionem: nam tunc in quacunque litis parte opponere poterit eiusmodi exceptionem incompetentis iudicij, nam vt habetur in l. si per errorem, ff. de iurisdict. omn. iud. errantis nullus est consensus ad inducendam, seu prorogandam iurisdictionem: de quibus omnibus videatur Paz loco vbi supra.

Secunda Conclusio.

52 EXceptio prædicta † declinatoria fori, sequenti, modo proponenda est Hispano sermone.

Fulano vezino de tal lugar con protestacion que ante todas cosas hago de no atribuyr a v.m. mas jurisdicion de la que en tal caso de derecho le compete, ante v.m. parezco y digo, que yo fui citado, y me fue propuesta acusacion por parte de N. en la qual hablando con el deuido acatamiento v.m. no es ne puede ser mi juez, por quanto el es actor y yo reo, y segun las leyes deue seguir mi fuero, y pedirme ante mi proprio juez. Por tanto a v.m. pido y suplico se exima y exonere desta causa y remita el conocimiento della a quien de derecho le competa, pronunciando ante todas cosas no ser mi juez y de no lo azer assi apelo, &c.

De prędicto exceptionis declinatoriæ fori libello, videatur Paz in sua praxi to.1.p.1.in 5.tempore, & to. 2. cap. 6. vbi extensè, ac satis dilucidè proponitur eiusmodi libellus, & interrogationes, quæ super ea re hinc inde fieri solent & debent. Solummodo est aduertendum, † quod in 53
dicto libello, & quacunque responsione, reus ante omnia protestari debet (vt in eodem dictum est) quod per hoc quod respondet, non videatur iudici ipsi tribuere aliquam iurisdictionem, pręter eam quæ de iure sibi competit. Quod fit ad cautelam, vt ne postea reo obstet allegatio aliarum exceptionum dilatoriarum, quas etiam rei in eiusmodi libellis protestari solent, vt docet Innocentius in capit. criminal. de electione, dicendo saluis semper alijs exceptionibus, quas proprio suo loco & tempore allegare & probare prætendo, iuxta textum in l.fin.C.de exceptionibus.

ARTICVLVS IV.

De exceptione legitimationis personæ, & alijs quæ ante litis contestationem opponi solent.

EXCEPTIONES recusationis iudicis, & incompetentis iudicij, seu declinatoria fori, positæ in duobus præcedentibus articulis respiciunt personam iudicis: sed præter illas sunt & aliæ respicientes, non quidem personam iudicis, sed ipsius actoris siue accusatoris: & aliæ, de quibus dicetur in sequentibus conclusionibus.

Prima Conclusio.

IN casu quo locum nõ † habeant 54
exceptiones recusationis iudicis, seu incompetentis iudicij, & declinatoria fori, quæ iudicis personã respiciunt: antequam lis contestetur, seu à reo quidquam actori, siue accusatori quoquo modo directè respõdeatur, allegari possunt exceptiones

nes quæ dicuntur legitimationis personæ, respicientes personam ipsius actoris, siue accusatoris litigantis. Vt si verbi gratia, compareat in iudicio, pupillus sine tutore, minor sine curatore, filius familias sine cõsẽsu patris, vxor sine licentia mariti, clericus aut religiosus sine licentia sui Prælati: quæ omnia habentur in toto titulo, C. qui legitimam personã non hab. stan. in iudic. Idemque est iudicium, non quando aliquid petitur à procuratore non habente mãdatum in alterius nomine, iuxta textum in l. procuratorem, ff. de procuratoribus, & l. 3. tit. 2. lib. 4. recop. Et idẽ dico, si excõmunicatus excõi-
55 catione maiori, † petat aut proponat aliquid in iudicio: is enim legitimã personam non habet standi seu cõparendi in illo, tanquam actor in pęnam sui delicti, licèt tanquam reus conueniri possit, & compelli ad hoc vt compareat in iudicio: iuxta textũ in capite intelleximus, de iudicijs, & cap. excommunicamus el primero §. credentes de hæreticis, cap. cum inter, capit. dilecti, & cap. exceptionem, de exceptionibus, & cap. 1. eodem titulo lib. 6. Nam eiusmodi excommunicatus excommunicatione maiori, necdum priuatus est participatione sacramentorum, verum etiam & communicatione fidelium, vt habetur in capite audi denique, ca. cum excommunicato, 11. quæst. 3. capit. inter alia de sentent. excommunicat. & dicto capit. 1. eodem tit. lib. 6. Quo fit vt excommunicatus prædictus, agere iure non possit in iudicio, in pęnam sui delicti & con-
56 tumacię, & propter periculũ † quod imminet alijs participando cum ipso, & quia oportet, vt publica auctoritas iudicio indebita obseruetur, vt habetur in cap. 1. de exceptio. lib. 6. Poterit tamen eiusmodi excommunicatus conueniri, & cogitur iure suis aduersarijs respondere, iuxta

tex. in suprad. c. intelleximus de iudicijs & d. c. excõicamus el 1. §. credentes de hæreticis, & ca. si verè de sent. excõ aliàs. n. ex delicto reportaret cõmodũ, & præiudiciũ illis irrogaret, dum agere nõ possent contra sic excõicatum. Compulsus verò † excom 57
municatus prædictus, venire in iudicium iure sibi permissum est excipere, seque metipsum defendere, & appellare, iuxta textum in dicto cap. cum inter de exceptionibus. aliàs enim omni auxilio destitutus contra legem damnari posset, quod lex naturæ non patitur. Et supradicta tria, exceptio, † defensio & ap- 58
pellatio, in quantum ad ius naturale spectant, nulli omninò sunt denegãda, argumento deducto ex clementina pastoralis, §. cæterum de re iudicata, & l. vt vim ff. de iustitia & iure: quæ communis est omnium Doctorum resolutio, de quo qui plura videre voluerit, & de qua excommunicatione prædicta veniant intelligenda, consulat Paz in sua praxi tom. 1. p. 1. in 5. tẽp. à num. 45. cũ sequẽtibus latissimè. Solummodo aduerto, quod prædicta excommunicationis exceptio ad repellendum excommunicatum à iudicio, quamuis dilatoria sit ac proinde ante contestatam litem proponenda foret, in pęnam tamẽ eiusmodi delicti statutum iure est, vt in quacunque iudicij parte opponi possit, iuxta capitulũ exceptionẽ, & c. 1. de exceptionib. l. 6. & clemẽtinã vnicã eodẽ tit. ita quod eiusmodi exceptio inter alias dilatorias hoc habet speciale, cuius specialitatis ratio est, ex parte excommunicati, quia semper durat contumacia: ex parte vero litigantium, periculum tractandi cum ipso in iudicio. De qua exceptione & multis ad eandem pertinentibus satis notatu dignis, videatur Paz vbi supra vsque ad num. 80.

Secun-

Secunda Conclusio.

PRæter exceptiones † prædictas dilatorias, sunt & plures aliæ, vt loci non tuti, dependentiæ litis in alio iudicio, & exceptio inepti & obscuri libelli, quæ omnes opponendæ sunt ante litis contestationẽ, & probandæ intra tempus à iure, siue iudice præscriptum: super quibus pronunciandum est à iudice, priusquam ad vlteriora procedatur, alias processus aliter gestus regulariter loquendo erit nullus. De hac conclusione, & omnibus in eadem contentis videatur Paz in sua praxi tom. 1. p. 1. in 5. tempore per totum, sed maximè à nu. 38. cum sequentibus. Solummodo aduerto, quod exceptio prędicta loci non tuti, quando quis vocatus fuerit à iudice ad locũ non tutũ quia semper durat periculum, non solum ante contestatã litẽ, verumetiam, & in quacunque parte iudicij opponi potest, iuxta cap. ex parte de appellation. & ca. cum olim de testibus, in quo exceptio prędicta assimilatur exceptioni excommunicationis. De quibus exceptionibus qui plura videre voluerit consulat Speculatorem titulo de exceptionibus, §. nunc videndum restat, & Felinum in c. exceptionem de exceptionibus lib. 6. à numero 7. cum sequentibus latissimè.

ARTICVLVS V.

De litis contestatione, & qualiter aliqua causa dicatur contestari?

Prima Conclusio.

LITIS contestatio, † nihil est aliud, quam principalis negotij apud competentem iudicẽ facta narratio, & ad eam secuta responsio. Hæc conclusio deducitur ex capit. vnico iuncta glossa de litis contesta. & capit. dudum el 2. de electio. & ex l. rem non nouam, §. patroni, C. de iudicijs, & de ea videatur Paz in sua praxi tom. 1. parte 1. in 6. tempore num. 1. Itaque quando porrecto ab actore siue accusatore contra reum accusationis libello, è contrario ex parte rei contra eundẽ actorem, siue accusatorẽ respondetur, dicendo cõfiteor, aut nego: tunc lis contestari dicitur: quod & reus ipse facere necessariò tenetur, post oblatum accusationis libellum, intra terminum à iure, vel iudice præfixum, vbi exceptiones dilatoriæ supradictæ, aut ipsarum aliqua locum non habet, respondendo planè, clare & distinctè, per verbum confiteor, aut nego, in totum vel in parte, seu prout in ipso accusationis libello continetur. Quod si reus à iudice † compulsus litem contestari noluerit, idem prorsus est ac crimen confiteri, & id quod ab aduersario contra ipsum obijcitur, siue proponitur: nam non contestando litem intra terminum sibi præfixum, iure ipso ob ipsius contumaciam habetur pro confesso, & secundum aliquos damnari potest, etiam in criminalibus, nam in ciuilibus proculdubio damnatur, maximè si debite incusationes suæ contumaciæ præcesserint, vt tenent omnes communiter DD. & iure regio habetur in l. 1. tit. 4. lib. 4. recop. De cuius intelligentia, & alijs multis pertinentibus ad prædictam litis contestationem, videndus est Paz loco vbi supra à n. 23. cũ sequentibus latissimè. 61

Secunda Conclusio.

SI reus confitetur † id, quod contra ipsum ab actore, siue accusatore proponitur, actũ est de iudicio: nã partis cõfessio potissima est 62

est probationis species, vt dicunt omnes communiter DD. Sed an rei ex sola sui confessione possint damnari, an verò requiratur vlterius, quod de delicto commisso constet, iam nos supra retulimus quæst. 19. art. 2. agendo de reorum confessione, & qui ea de re plura videre voluerit, consulat Paz in dicta sua praxi to. 1. p. 5. cap. 3 §. 4. à num. 20. cum sequentib. Si verò reus neget, id facere debet per verbum expressum nego, iuxta formam traditam supra q. 20. art. 2. vbi egimus de forma libelli responsorij ex parte rei. In quo, proposito nomine ipsius rei, & actoris, siue accusatoris, factaque simplici quadam narratione querelæ, & libelli ab illo propositi, qua summariè continentur ea, quæ contra reum ab actore, siue accusatore proponuntur: reus per suum libellum ad alterius respõsorium litē contestatur, negando in totum, vel in parte, id quod contra ipsum est propositum, suas allegando exceptiones statim (si res fuerit parui momẽti) aut protestãdo, quod pro loco, & tempore illas adducet, & allegabit. Quod intelligendum est de exceptionibus peremptorijs, nam dilatoriæ iam non habent locũ post prædictam litis cõtestationem, vt dicemus statim.

Tertia Conclusio.

63 PRædicta litis contestatio, † est actus substantialis iudicij, adeò quod si omittatur, processus factus erit ipso iure nullus. Hanc conclusionem tenent omnes vnanimiter Doctores, & probant eam ex Gl. in capit. dudum el secundo de electione verbo irritum duximus, & glossam in l. prolatam, C. de sententia interlocutor. omnium iudicum, glossam etiam in cap. vltimo de litis contestatione in fine, & glossam in c. quoniã de probatio. verbo responsiones. Et de iure regio id ipsum habetur in l. 7. titulo 3. parte 3. & l. 2. tit. 16. par. 3. & l. 8. & 9. tit. 22. partita eadem. Vnde Baldus, & cum eo omnes communiter Doctores, in ca. 1. de litis contesta. vocant eam lapidem angularem, & fundamentum iudicij, & in tantum dicunt esse substantialem, quod etiam à partibus non potest remitti, iuxta Glossam in cap. de causis de officio deleg. Operatur autem prædicta litis contestatio † hunc effectum inter alios, quod 64
præcludit viam opponendi amplius exceptiones dilatorias, quę post hanc litis contestationem opponi non possunt: sed non peremptorias, quin verò ipsæ post litis contestationem, seu potius in eodem libello opponendæ sunt, vt dicetur in sequenti Articulo.

ARTICVLVS VI.

De exceptionibus peremptorijs, quæ à reis opponi possunt, & solent.

FACTA litis contestatione, seu potius in eiusdem libello, responsorio ex parte rei ad querelam, siue libellum actoris, siue accusatoris, reus opponere debet suas exceptiones peremptorias, & quæ in causis criminalibus communiter opponi solent, & sunt quæ sequuntur, & explicabuntur per sequentes conclusiones.

Prima Conclusio.

IN causis criminalibus, † præ- 65
sumptionis exceptio à reis, quam maximè opponi solet, allegando cõtra actorem, siue accusatorem de aliquo patrato à se crimine, quod nihil tale potest aut debet de ipsis pręsumi. Quę quidem clausula ad hunc effectum opponitur, vt purgentur indi-

indicia, & præsumptiones, si quæ forsan contra illos fuerint exortæ. Nam in iure semel bonus, semper præsumitur bonus, iuxta textum in capite miramur distinctio 61. & in capite mandata, & in cap. fin. de præsumpt. & iure ciuili vir honoratus, & nobilis non præsumitur quidquã malefacere, vt habetur in l. non omnes, ff. de re militari, & in l. nobilioris C. de commercijs, & mercatoribus. Sicque communiter obseruatur in praxi, quod reus quando crimen aliquod sibi opponitur, dicere ac respõdere solet, quod nihil tale contra ipsum debet aut potest præsumi, cum fuerit semper bonus, nobilis, quietus, & pacificus, ac timens Deum, & de quo communiter eiusmodi opinio, & fama habeatur. Aduertendum est tamẽ, quod eæ præsumptiones, cum sint iuris solummodo, secundum glossam in regula semel malus, de regulis iuris, lib. 6. per probationem in contrarium adductam
66 cessant: ac ideò accusatus † tenetur illas allegare, articulare, & probare, vt in pristinum reponatur statum: iuxta textum in cap. illud de præsũsumptionibus, & cap. inquisitionis, c. qualiter & quando el 2. de accusationib. De qua peremptoria exceptione videndus est Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 60. nu. 23. vers. frequens etiam, & quæst. 21. num. 1. vers. dictum est de indicijs in genere, & Paz tomo 1. parte 5. capit. 3. §. 6. à nu. 64. cum sequentibus.

Secunda Conclusio.

67 ALia etiã † exceptio à reis obijci solet, vulgo dicta *la negatiua coartada*, quod fit dicendo, quod eo tempore, quo dicitur commissum fuisse delictum, reus ipse erat absens, & longè ab illo loco. De qua exceptione habetur in capit. tertio loco de probatio. & tradit illam glossa in cap. bene de electione, verbo facti naturam, & l. 1. & 2. titulo 14. part. 3. Quæ exceptio ad hunc opponitur effectum, vt aliqualiter probetur, quod reus non potuit eiusmodi delictum commisisse, maximè si tanta fuerit distantia, vt in tam breui temporis spacio haudquaquam potuerit ire, & redire. Quod si locus † vbi reus erat accusatus, di- 68
stabat parum à loco commissi delicti, articulare, & probare etiam debet, se continuè per totum illud tẽpus, quo commissum dicitur fuisse delictum, in tali, vel tali loco extitisse, videntibus Petro, & Ioanne, qui & eius rei testimonium reddent, quod ipse nunquam ab eo loco discessit. His, & alijs verbis vti potest reus, ad probandam exceptionem negatiuam loco, & tempore coarctatam, quod non erit necesse facere, si locus commissi delicti multum distaret à loco vbi accusatus erat, tempore, quo fuit commissum. De qua exceptione videatur Paz loco vbi supra à n. 68. vsque 70.

Tertia Conclusio.

OBijci etiam potest à reis † ex- 69
ceptio necessariæ defensionis, quæ & sub hac verborũ forma proponi solet. Nam casu negato, quod ego (verbi gratia) Petrũ vt præfertur, gladio percusserim (quod non concedo) id tamen esset necessarium ad meam propriam defensionem. Quæ quidem exceptio proponitur, nam quod ad propriam, & necessariam defensionem alicuius fit, non est punibile: nam propria defensio † iure naturali, diuino, & 70
humano cuilibet est permissa, iuxta textum in l. vt vim, ff. de iustitia, & iure, & l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrup. paup. fecisse dicatur, & l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. aquil. & l. 1. C. vnde vi, & §. quod verò, instit. de iure natur. gent. & ciuili, &

cap. significasti, el secondo de homicidio, §. si vero, & Clementina prima de homicidio. Facit & l. regia secunda tit. 8 p. 7. & l. 3. & 4. tit. 23. lib. 8. recopil. de quo videatur Iul. Clarus lib. 5. sent. §. homicidium nu. 24. & Paz in praxi 1. tom. p. 5. cap. 3. §. 6. à num. 71. cum sequentibus. Quod in tantum est verum, quod offendēs,
73 seu etiam occidens † clericum, in casu, quo idest præcisè necessarium ad sui defensionem, non incurrit excōmunicationem, nec efficitur irregularis, iuxta textum in cap. si verò el 1. de sentent. excommunic. & Clement. 1. de homicid. Quæ defensio licita est non solum pro se, verumetiam pro suis rebus, consanguineis, & vicinis, iuxta textum in l. lex Cornelia, ff. de iniurijs, & in l. 2. & 3. ff. de liber. caus. & l. si quis in seruitute, ff. de furtis, & cap. dilecto, de senten. excommunic. lib. 6. & cap. non inferenda, cap. fortitudo 23. quæst. 3. & cap. error, dist. 83. quibus in locis hoc dicunt omnes communiter Doctores, sed specialiter videatur Nauar. in dicto cap. non inferenda, & in manual. ca 24. à num. 15. cum sequentib. & Iulius Clarus vbi supra.
74 Aduertendum est tamen quod † defensio prædicta permissa est. & fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelæ, iuxta text. in l. 1. C. vnde vi, tunc scilicet, quando inuasus ita esset in vitæ periculo constitutus, quod si non se defenderet, mortem, aut iniuriam non posset euadere: iuxta tex. in dicta clement. 1. de homici. & in l. is, qui aggressorem, vers. in discrimine vitæ constitutus, C. de sicarijs, & notat glos. in d. l. 1. C. vnde vi. Et dicitur quis in discrimine vitæ constitutus, eo ipso quo videt aduersariū ad se venientem armatum cum gladio euaginato, neque expectare tenetur, quod prius ab eo percutiatur, vel offendatur, vt tradit supradicta gl. & latè Iul. Clar. in d. §. homicid. num. 33. Et aduertendum est, quod licèt supradicta verū habeant quantum ad forum conscientiæ, & quantum ad forum interius, in foro tamē exteriori loquēdo, quamuis inuasus modum defensionis excesserit non puniri debet pęna ordinaria, sed mitius propter excessum, quia non videtur fuisse in eo tanta culpa, qui iustum dolorem temperare nō potuit, argumento tex. in l. si adulterium, §. imperatores, ff. de adulterijs, & quia, vt dicitur in l. qui cum maior, §. si libertus, ff. de bonis libertorum, ignoscēdum est ei, qui prouocatus voluit vlcisci. Ponitur præterea prædictæ defensionis exceptio, quia mul- 75
tum † culpę imputandum est aggressori, & ei qui causam delicti præbuit: iuxta tex. in l. quoniam multa, C. ad l. Iul. per quod & delicti grauitas minuitur: quia homo inuasus, & ab altero aggressus intenso dolore permotus vt plurimum non est narkum in plenitudine sui intellectus, secundum Bal. Iason. & Decium in d. l. vt vim. ff. de iustit. & iure, & P. nor. in ca. 1. de iniurijs, & in c. dilecti de except. & Feli. in c. significasti el 2. de homic. quod ēt tradit gl. in c. 1. verb. propulsandam 23. q. 1. Qua de re videatur Anto. Gomez 3. variar. c. 3. nu. 24. & Couarr. in Clementina vnica, de homicid. par. 3. §. vnico, numero 3. & Paz vbi supra à numero 77. cum sequentibus. Ex quibus omnibus clarè colligitur quam sit iuri, ac rationi consonum, quod eiusmodi reus in prædicto casu non pœna ordinaria, sed mitius puniatur propter excessū. Et addo, quod etiāsi reus (vt moris est) in principio litis crimen negauerit, & postea habita processus copia, videns se de illo esse conuictum, & quod legitimis testibus est comprobatum: adhuc poterit allegare, se illud ad propriam sui ipsius defensionē fecisse, & circa hoc erit audiēdus secun-

secundum Bartolum, & omnes Doctores communiter, in l. nemo ex his, ff. de regul. iuris, & si directè probauerit mitius erit puniendus.

74 Aduerto tamen, quod † reus accusatus nõ debet simpliciter confiteri, se crimen etiam ad propriam defensionem commisisse, sed semper præmissa negatione, & casu negato (vt dictum fuit in libello) nisi alias in conscientia aliud facere teneretur; iuxta ea quæ superius dicta sunt agendo de reorum cõfessione. Cuius ratio est, quia si reus simpliciter confiteretur se delictum (etiam ad propriam defensionem) commisisse: acceptare posset accusator ipsius confessionem, pro illa parte, qua confessus est delictum: & repudiare pro ea, qua dicit se illud ad propriam defensionem fecisse: quod in non modicum, quin verò magnum rei eiusdem vergeret detrimentum. Ex hoc enim sibi onus incumberet, probandi factum illud fuisse defensionis causa, & necessarium ad propriam suam defensionem: tolleretur que ab accusatore onus probandi illud, quod iam habet probatum per rei eiusdem confessionem. Et adhuc dico, quod per eiusmodi confessionem non erit reus pœna ordinaria, sed alia extraordinaria puniendus, vt tenet Panormitan. in capit. auditis de præscript. n. 32. de quibus omnibus videatur Anton. Gomez tom. 3. var cap. 3. num. 26. & Iulius Clarus, lib. 5. senten. §. fin. quæst. 55. num. 16. & Paz vbi supra à nu. 81. cum sequentib. vsque 84. vbi dicit, quod ad probandam defensionem prædictam, admittuntur coniecturæ & aliæ probationes præsumptæ, & testes familiares, & consanguinei, vt ex communi resolutione tradit Ant. Gom. loco vbi sup. n. 7.

Quarta conclusio.

Potest etiam à † reis obiici exce- 75
ptio iam remissi delicti: quæ clausula in libello responsorio apponi solet, ad excusandum reum à pœna delicti: nam quando iniuria est priuata certum est quod per partem potest remitti, vt dictum est supra quæst. 8. art. 13. agendo de accusatione, & constat ex l. si tibi decẽ, § 1 ff. de pactis & l. si vnus §. pactus ne peteret, ff. eod. & l. non solum §. 1. ff. de iniurijs. Sed aduertendum est, vt rectè probat Anto. Gom. to. 3. variar. cap. 1. num. 10. & cap. 3. n. 55. quod etiam post factam à parte delicti remissionem, potest iudex ex officio suo procedere aduersus delinquentem, & eundem punire. Cuius ratio est, nã ex quolibet delicto duplex oritur offensa, vna quæ fit parti, altera verò quæ fit Reipublicæ, & quamuis prima per partem possit remitti, non verò secunda: quin verò iudex qui Reipublicæ curam gerit, & boni communis, & potest & tenetur criminosum punire, quia ad totam Rempublicam spectat vt delicta non maneant impunita. An ve-
rò tunc † temporis reus puniendus 76
sit pœna ordinaria, an vero extraordinaria, magna est lis, & controuersia inter DD. iurisconsultos, de qua videndus est Anton. Gom. loco vbi supra & Paz in sua praxi tom. 1. par. 5. cap. 3. in 6. tempore, à qua difficultate pro nũnc consulto supersedeo, quia de illa Deo dante agendum est à nobis in libro, quem statim edituri sumus, de pœnis omnib. in vniuersũ correspondentib. delictis. Sed pro nũc aduerto, quod sicut à reis opponi potest exceptio iã remissi delicti, sic etiã opponi potest, & alia, qua dicatur delictum ipsum iam fuisse punitum. Nam Deus non punit bis id ipsum, nec ius ciuile aut canonicum illud

permittit, quando pœna semel inflicta fuit condigna, & commensurata delicto, vt nos iam aliqualiter diximus supra quæst. 1. art. 7. agendo de causis mixti fori, & amplius dicemus infra in supradicto libro, quando de pœnis correspõdentibus delictis mẽtionem fecerimus.

Quinta Conclusio.

77 INter omnes † exceptiones, & defensiones, quæ à reis pro sua parte possunt opponi, & adduci, primum ac supremum locum tenet, si reus aliqua via probare potuerit, se nihil eorum, de quibus accusatur dixisse, aut commisisse. Hæc (vt inquit Aristot.) est fortissima tuendi se ratio. Sed quia difficile est valde (vt ne dicam impossibile) id ipsum directè probare, nam negantis factum nulla est directa probatio: & quod non est, nec potest aliquo sensu cognosci, non causas habet suæ probationis, nec testis de eo rectè testimonium ferre, quod bene concludat, ideo ad hoc, vt prædicta probatio locum habeat, necessum est, vt accusator in sua querela, siue accusatione, tempus assignet, & locum patrati criminis: etsi reus postea pluribus, & melioribus testibus comprobauerit, se nihil tale eo tempore, & loco commisisse, ea erit optima, & potissima exceptio, atque defensio, omnium quæ à reis pro sua parte possunt adduci. Hæc de exceptionibus, & defensionibus in communi dicta sufficiant.

QVÆSTIO XXII.

De modo, & forma qua accusator, & reus, recipiuntur ad probationem.

SVMMARIVM.

1 *Receptio partium ad probationem eorum, quæ allegarunt, & quod testes in id ipsum admittantur, est de substantia, & essentia iudicij.*

2 *Post conclusum in causa iudex profert sententiam, per quam dicit se recipere partes ad probationem.*

3 *Partes ad probationem, qua forma recipiantur.*

4 *Probationis termino elapso regulariter testes non possunt amplius produci.*

5 *Testes intra terminum præfixũ producti, et iurati, eo elapso poterunt examinari.*

6 *Sententia iudicis interlocutoria pronunciata articuli ad probandum sunt concipiendi, & qualiter.*

Prima Conclusio.

POSTQVAM ex parte accusatoris, & rei, accusationis, siue defensionis libelli, cum replica, & duplica hincinde fuerint propositi; & allegauerit reus proprias suas exceptiones; in fine cuiuslibet libelli ab eisdem debet concludi, & statim causa habetur pro conclusa, & ambæ partes recipiuntur ad probationem. De hac conclusione videndus est Paz in sua praxi tom. 1. p. 1. in 8. temp. num. 1. & 5. p. cap. 3. §. 8. num. etiam 1. de qua nihil peculiare occurrit dicendum, præterquam quod receptio † partium ad probationem eorum quæ allegarunt, 1
& quod testes in id ipsum admittantur, est de essentia & substantia iudi-

iudicij, vt probat glossa in summa 2.quæst. 1. & glossa in l. prolatam, C.de sent.interlocu.omn. iud. & de iure regio habetur id ipsum in l. 2. tit.15.p.3.& l.2. & 3.tit.16.p.3.& l. 1. tit. 6.lib. 4. recopil. Sed qualiter fieri debeat id ipsum, dicetur statim in sequenti conclusione.

Secunda Conclusio.

IN recipiendis partibus ad probationem. hic stylus communiter
2 obseruatur in praxi:quod † postquam conclusum est per ipsas,iudex sentētiam profert interlocutoriam, per quam dicit se recipere partes litigantes ad probationem,quæ sententia sic profertur Hispano sermone.
3 *En tal lugar,† a tantos de tal mes, y de tal año, ante mi el presente escriuano, y testigos yuso escriptos el señor N. juez dixo que deuia de recebir y recibio à ambas las partes, a prueua de lo por ellas dicho y alegado, con plazo y termino de tantos dias primeros*, saluo iure impertinentium, & non admittendorum. *Y mando citar a ambas las partes, para ver presentar, jurar y conocer los testigos que la vna presentare contra la otra, y la otra contra la otra, y firmolo de su nombre, testigos fulano y citano.*

De hac sententia,& tempore quo pronuncianda est, videatur Paz vbi supra tom.1.p.1.in 8.temp.à n.2. cū sequent.vbi satis dilucidè, & copiosè,explicat omnes particulas in eadē contentas, & tradit qualiter post sententiam interlocutoriam prędictam ambæ partes citari debent ad hoc, vt videant præsentare, & iurare testes, & vt ab eisdem cognoscantur: qua citatione non præmissa,testium depositio nullius prorsus erit momenti, vt nos etiam diximus sup. q. 18.a.1.agendo de testium examine. Et tractat præterea supradictus Paz ibidem à n.22. cum sequent. de terminis dierum, quæ de iure, & communi praxi assignari solent & debēt, pro prædicta probatione, & testium examine. Cuius † quidem termini 4
præfixio in dicta probationis sententia à iudice prolata hunc operatur effectum; quod regulariter loquendo eo elapso non possunt testes amplius produci, & admitti, vt habetur in c.licet causam de probatio. & tradit glos.in l. si ea. C. qui accusare non pos. Verum est tamē, quod si testes † intra terminum præfixum 5
fuerunt producti,& iurati,poterunt postmodum eo elapso examinari, dum tamen id fiat ante testium publicationem,vt constat, ex c. constitutis de testib. Ad quod testiū † exa- 6
men,postquam tabellio vtrique parti iudicis sententiam interlocutoriam intimauit, qua illas ad probationem recipit,earum quęlibet,tam actor quam reus,articulos suos iuxta contenta in proprio libello concipere debet,eos diuidendo sigillatim, clarè breuiter, atque distinctè, per verba affirmatiua, quibus comprehendantur omnia,& singula in proprio cuiuslibet libello contenta, eo modo,quo nos diximus supra q. 18. art.6.agendo de modo, quo formādus est libellus pro examinatione testium, & qui ea de re plura videre desiderat,consulat supradictum Paz loco vbi supra to.1.p.1.in 8. temp. à n.73.cum sequent.Quo porrecto articulorum interrogatio, vulgo dicto de preguntas, iudex illud recipit, & admittit, præcipiendo vt ponatur in processu,saluo iure impertinentium, & non admittendorum, & quod per eiusmodi interrogatorium vtriusque partis testes examinentur. Et vtraque pars intra prædictum terminum probatorium suos producit testes, qui quam maximè fieri poterit ab eodem iudice examinari debent,aut saltim videre debet eosdem iurare, vt nos etiam latissime dixi-

mus supra quæst. 18. ar. 5. agendo de examine testium. Aduerto etiã quod testes recepti, & examinati in summario iudicio, reproducendi sunt, vt fidem faciant in plenario, aliàs non probabunt absq; noua reproductione, vt tradit Paz to. 1. p. 5. c. 3. §. 9. de repetitione, & ratificatione testium, & nos etiam supra diximus, quæstio. 18. ar. 7.

QVÆSTIO XXIII.

De publicatione testium, & probationum facienda, in duos Articulos diuisa.

SVMMARIVM.

1 *Testium, & probationum publicatio in ciuilibus, quando sit de substantia iudicij, remissiuè.*

2 *Testium publicatio in causis criminalibus, loquendo de iudicio ordinario, est de substantia iudicij.*

Et parti petenti non deneganda sunt dicta, & nomina testium nume-ro 3.

4 *Testium publicatio in iudicio summario, & extraordinario, etiam in causis criminalibus non est de substantia iudicij.*

In iudicio inquisitionis non publicantur nomina testium fidei fauore nu. 5.

Et hoc obseruatur etiam apud religiosos ad conseruandam pacem, num. 6.

7 *Publicatis testibus præcluditur via in causis criminalibus producendi plures testes, & vt partes sciãt eorum dicta, & exceptiones illis possint opponere.*

8 *Reus pro sua defensione etiam post factam testium publicationẽ plures testes producere potest, etiam post conclusionem in causa.*

9 *Iudex ex officio procedens in quacunque litis parte, etiam post factam testium publicationem aduersus reum plures potest recipere testes, & nouas quærere probationes.*

10 *Termino probationis elapso publicantur testes ad partis instantiã, citata altera parte.*

11 *Forma publicationis testium de iure communi, remissiuè.*

De iure regio. num. 12.

ARTICVLVS I.

Vtrum publicatio testium, sit de essentia, & substantia iudicij, & quemnam operetur effectum?

HAC de re singularis est quorundam iuris consultorum opinio, asserentium † testium publicationem esse de essentia, & substantia iudicij, & pertinere ad ordinem substantialem iuris: adeo vt ipsius omissio reddat processum omnino nullum: tunc vel maximè quando eiusmodi testium publicatio à parte, seu partibus fuerit petita. Hoc tenet Glossa in cap. fi. de hæret. lib. 6. verb. iudicijs: quam sequuntur aliqui iuris periti indistinctè, siue id sit in causis ciuilibus, siue verò criminalibus. De qua opinione, & eius fundamentis, videndus est Doctor Segura de Aualos in suo Directorio, p. 2. cap. 14 à num. 2. cum sequentibus. Sed contrariam tenent alij grauissimi DD. quos refert Paz in sua praxi tom. 1. p. 1. in 8. tempore à num. 134. cum sequentibus. Qua controuersia relicta quantum ad causas ciuiles: de quibus nihil libet in præsentiarum dicere, loquendo de causis criminalibus. proposito articulo respondetur per sequentes conclusiones. 1

Pri-

Prima Conclusio.

2 IN causis criminalibus † loquendo de iudicio ordinario, siue sæculari, siue Ecclesiastico: testium publicatio est de substantia iudicij, & eius omissio reddit processum nullum, maximè si à partibus petatur. Hæc cõclusio ferè est omnium DD. communis, & eam tenet expressè Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 49. num. 1. cum sequent. & quæst. 61. num. 1. & Auendan. & multi alij DD. iurisperiti, quos affert supradictus Doctor Segura de Aualos: loco vbi sup. nu. 8. vbi hac de re plura, eaque maximè notatu digna dicit: & multis probat quod parti
3 † petenti haudquaquam deneganda sunt dicta, & nomina testium, tanquam defensionis suæ præcipuum fundamentum. De hac conclusione videndus est etiam Paz in sua praxi tomo 1. part. 1. in 8. temp. à num. 135. cum sequentibus, & nunc nouissimè Farinac. tom 2. de testibus quæst. 75. num. 5. vbi multa ad hoc propositum licebit adinuenire, à quibus dicendis consultò in præsentiarum supersedeo, quia etiam hac de re peculiarem feci articulum, supra quæst. agendo de ijs, quæ sunt de essentia, & substantia iudicij.

Secunda Conclusio.

4 LOquendo † verò de iudicio extraordinario (quale est inquisitionis) & summario (quo iudicij genere omnes omnium religiosorum causæ tractantur, ac tractari debent) testium publicatio non est de substantia iudicij, nec quod testium nomina reis manifestentur: sed sufficit superque satis est, vt attestationum exemplar suppressis nominibus sibi cõcedatur. Hæc conclusio est certa, & manifesta, & de ea videnda sunt quæ supra loco iam citato diximus, & specialiter videatur Simancas de Cath. instit. tit. 64. num. 26. & 27. vbi loquendo de iudicio inquisitorum, † & de eo, quod 5
fit cum hæreticis, seu de hæresi suspectis, inquit: quod si aliter fieret, nõ satis fuisset consultũ causis fidei, cũ pauci, aut nulli essent qui cũ tãto suo periculo in re adeo graui contra hæreticos vellent testificari. Pro quo facit quam maximè cap. vltim. de hæret. lib. 6. vbi sequentia verba habẽtur. Volumus vt nomina tam accusantium hæreticam prauitatẽ, quam testificantium super ea, nullatenus publicentur, propter scandalũ, & propter periculum quod ex eiusmodi publicatione sequi posset, & quod dictis huiusmodi testium nihilominus plena adhibeatur fides. Videatur prædictus Simanc. vbi supra: vbi ad hoc propositum plura notatu digna dicit, & quod testium publicatio in inquisitionis iudicio non fit, nec fieri debet, aut testium nomina, & dicta reis ipsis debent manifestari sed sufficit vt attestationum exemplar suppressis nominibus sibi concedatur. Quod † quidem est quod cõ- 6
muniter apud religiosos etiam obseruatur in praxi, nam testium nomina haudquaquam sibi reuelantur, sed silentio obuoluuntur, propter inconuenientia innumera, & ad conseruandam pacem.

Tertia Conclusio.

PRoprius effectus † publicationis testium, est, vt post ipsam 7
factam præcludatur via in causis criminalibus producendi plures testes, & vt partes sciant eorũ dicta, & exceptiones, siue repulsas, si quas habuerint, illis possint opponere. De hac conclusione videndus est Paz tom. 1. part. 1. in 8. tempore numero 145. & 148. vbi plura, eaque notatu

noratu dignissima dicit ad hoc propositum: estque communis, & generalis omnium DD. resolutio, quod per testium publicationem præcluditur via producendorum testium, & publicatis attestationibus nõ possũt recipi testes super eisdẽ articulis, vel directè contrarijs. Ita habetur in authẽtica. Atqui semel. C. de probatio. & in cap. intimauit, cap. fraternitatis de testib. & clement. 2. eod. tit. & iure regio in l. 36. tit. 16. p. 3. Quamuis
8 † autẽ id ita sit ex parte actoris, siue accusatoris, non tamen præcluditur via ipsi reo, pro se & sua defensione producendi plures testes: nam etiam testium publicatione facta, & quod amplius est postquam à se termino ipsi probatorio fuerit renunciatum, quin verò, & post conclusionem in causa, vsque ad sententiam diffinitiuam, & realem ipsius executionem: reus plures potest producere, & præsentare testes, & allegare omnia, quę sibi commoda visa fuerint, & ad suam defensionem, innocentiam manifestandam necessaria. Ita tenet Paz in sua praxi tom. 1. part. 5. capit. 3. §. 10. de testium publicatione à num. 2. cum sequent. vsque ad 6. & Anton. Gom. tom. 3. var. capit. 13. num. 33. & 34. vbi etiam dicunt
9 id ipsum posse facere iudicem, † quãdo ex officio suo procedit ad reorum punitionem. Nam in quacunque parte litis, & elapso termino probatorio, etiam post conclusum in causa, vsque ad sententiam diffinitiuam, ex officio suo nouos potest recipere testes, & nouas quærere probationes aduersus reos, & eorundem punitionem, quod fieri dicunt in gratiam, & fauorem reipublicæ, ad quam spectat ne delicta maneant impunita. Videatur etiam hac de re Iul. Clar. libr. 5. sentent. §. fin. quæst. 61. à num. 2. cum sequentibus & Farinac. tom. 2. de testibus quæst 66. à num. 155. cum sequentibus: vbi ad hoc propositum reperire licebit plura eaque noratu dignissima in comprobationem supra positæ nostræ conclusionis, & multis iuribus, miris, & efficacissimis rationibus probatur eam esse iuri, & rationi naturali nimis conformem.

ARTICVLVS II.

De forma seruanda in publicatione testium.

POST elapsum probationis, † tempus, ab vna ex partibus 10 litigantibus testium publicatio petitur, quæ petitio de mandato iudicis aduersæ parti intimatur, & præcipitur, vt ad primam audientiam veniat ad videndum fieri publicationem testium, seu ad allegandum, quare fieri non debeat eiusmodi publicatio. Quæ quidem citatio de iure præcedere debet, iuxta textum in l. gesta. C. de re iudicata, & capit. consuluit de officio delegati: & iure regio habetur id ipsum in l. 37. tit. 19. part. 3. Qua citatione facta, (& vnica tantum sufficit, nec trina aut peremptoria requiritur) si pars citata intra citationis præfixum terminum non compareat, accusata ab altera parte testium publicationem petente sua contumacia, iuxta id quod notat Bald. in l. properandum, §. & si quidem, C. de iudicijs: iudex per sententiam suam interlocutoriam iubet testium publicationem fieri, pronunciando testium depositiones esse publicatas, & apertas, & quod ipse pro publicatis illas habet, præcipitque attestationum copiam partibus litigantibus exhiberi, vt disputent, & allegent super eis intra præfixum terminum. Cuius † publicationis 11 forma iure communi qualis esse debeat, tradit Bart. in authent. at qui semel. C. de probatio. & Bald. in l.

in l.gesta. C. de re iudicata. Sed de iure regio Hispano sermone facienda est, stylo dicendo in sequenti conclusione.

Conclusio.

12 *EN tal lugar, † a tantos dias de tal mes y de tal año. ante el dicho señor fulano juez, y en presencia de mi el dicho escriuano, y testigos de yuso escriptos, parecio presente, N. y dixo que la parte contraria auia leuado termino para venir diziendo contra la publicacion de testigos por el pedida, y porque no deuia ser hecha el qual no auia dicho cosa alguna, y assi le acusaua la rebeldia, y pedia, y pidio al dicho señor juez mandasse hazer la dicha publicacion, y pidio iusticia, &c. testigos fulano y citano.*

E luego el dicho señor juez, dixo que mandaua y mando hazer la dicha publicacion de testigos, con termino de tantos dias, y dar traslado de las prouanças a ambas las partes. Testigos los dichos.

De qua sententia interlocutoria publicationis testium videatur Paz in sua praxi, tom. 1. p. 1. in 8. temp. à num. 132. cum sequentibus, vbi illam explicat per omnes suas particulas, & dicit omnia quæ desiderari possunt, & ex parte dicta sunt à nobis in præcedenti articulo.

QVÆSTIO XXIV.

De disputatione & allegatione in causa, & Repulsis sine exceptionibus quas rei testibus opponere solent, in 2. articulos diuisa.

SVMMARIVM.

1 *Repulsa testium qualiter fieri solet post publicationem.*

2 *Testes taxare, & repellere licitum est in foro exteriori, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, dummodo verum sit, quod sibi opponitur immo, & iudex ex officio suo debet testes repellere, si ex actis de ipsorum inhabilitate sibi constiterit. num. 3.*

Et quando inhabilitas testis respiceret solum odium ipsius testis, nempe quando infamis ebrius, &c. num. 4.

5 *Testium repulsæ non admittuntur in causa hæresis læsæ maiestatis, & blasphemiæ, & in causis summariis.*

Nisi repulsa esset capitalis inimicitiæ, num 6.

7 *In foro exteriori multa impunè permittuntur, quæ in interiori sunt peccata.*

8 *Testibus crimen falsum nullatenus obijci potest, etiam pro seruanda causa totius Reipublicæ.*

9 *Aduocati opponentes testibus crimina falsa dicendo se in hoc iure suo vti peccant mortaliter, & numero 10.*

Et ex hoc infertur iniuria Reipublicæ num. 11.

12 *Testibus crimen verum, publicum, & manifestum non solum in exteriori, verum etiam in interiori foro licitum est obijcere.*

Intellige quando reus se defendit, aliter enim faciendo peccaret. num. 13.

14 *Testibus falsa testificantibus licitum est in exteriori foro, & interiori vera crimina obijcere, etiam occulta, dummodo obijciens suam causam defendat.*

Dummodo id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, nu. 15.

Et quænam sint conditiones inculpatæ tutelæ num. 16.

An hoc licitum sit ad defensionem bonorum temporalium? num. 17. affirmatiuè ibid.

18 *Testis crimen occultum, etiam verum*

ARTICVLVS I.

Vtrùm licitum sit taxare testes in foro exteriori, & interiori, & crimina siue repulsas eisdem opponere, quò ipsorum testimonium infirmetur, seu vt inutile prorsus reijciatur?

FACTA testium publicatione, & suarum attestationum, profertur à partibus scriptū, quod vulgò dicitur *de bien probado*: quo partes † allegant, 1
& probare contendunt, suam intentionem plenè fuisse probatam, contrariam autem nihil omninò probasse Et post alia, quibus mentem & intentionem suam explicāt, quo aduersæ partis probationem refellant, dicere assolent. Nec obstant adducta pro alia in cōtrarium parte: tum quia testes sunt varij, & singulares, aut deponunt de auditu, non autem de visu: Neque concludunt, quia nō rationem reddunt eorum, quæ ab ipsis dicuntur. Et quod quamuis id ipsum facerent, nullatenus deberent admitti, quia partis contrariæ sunt serui, aut domestici, & rei ipsius capitales inimici, ob talem, vel talem causam. Dicere etiam solent, quod testes sunt pauperes, & de quibus iure optimo præsumi potest, quod fame, & egestate oppressi, ipsaque prouocati, aut gratia fauoris comparandi falsa dixerint, &c. Hæc & alia his similia tam actor, quam reus litigantes dicere solent, ad infirmanda contrariorum testium dicta obijciendo eis repulsas, quib. haberi possint suspecti & de eis præsumi qđ falsa fuerint testificati, vtpotè quod sūt infames, fures, raptores, excommu-

municati, facinorosi, amici, aut inimici, aut consanguinei alicuius partis, seu pueri, mulieres, amentes, ebriosi, & alia, de quibus diximus supra quæst. 17. a. 3. dum ageremus de testibus, & ipsorum idoneitate, & ijs qui iure à testificando repelluntur. Vnde non immerito in præsentiarum quæritur, an id facere sit licitum, & eiusmodi repulsas testibus apponere? Et facta distinctione de foro exteriori & interiori, & de repulsis siue criminibus veris & falsis, occultis siue manifestis, propositæ difficultati breuiter fiet satis per sequentes conclusiones.

Prima Conclusio.

2 Loquendo † de foro exteriori, certissimum est, & omni dubio procul, quod possunt taxari testes, & repulsæ à partibus litigātibus sibi opponi: tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus, dummodo verum sit id quod opponitur. Hæc conclusio communis est omnium DD. resolutio, & adeò certa, & vera est, vt dicant vtriusque Iuris Consulti, quod à iudice eiusmodi repulsas non admittente, iure optimo possit appellari: quod colligunt, ex cap. ex parte el 7. de testibus. Et quidam addunt, & dicunt, quod iudex

3 † ipse ex suo officio debet repellere testes, quamuis id à partibus non opponatur, si ex processus actis aliqua via de ipsorum inhabilitate sibi constiterit, vtpotè quod sunt ebriosi, infames, aut aliquem similem patiuntur defectum, quod colligunt, ex capit. intimauit de testibus, & dicunt esse eam expressam sententiam Iasonis, in repetitione legis admonendi, ff. de iure iurand. num. 14. quod est intelligendum esse verum,

4 quando inhabilitas † testis solummodo respiceret odium ipsius, vtpotè quia est infamis, ebrius aut furiosus: secus tamen esset, quando eiusmodi inhabilitas concernet non tam odium testis, quam fauorem partis aduersæ, vtpotè quod est inimicus, vel amicus, &c. in quo quidem casu certum est, quod iudex ex officio nō potest aut debet repellere aliquem testem, propter eiusmodi, quem patiatur defectum, sed repulsæ ab ipsis partibus sunt objiciendæ, & opponendę.

Quamuis autem prædicta conclusio vera sit, aliqui tamen sunt casus in quibus testium † repulsæ non 5 admittuntur, vt in causa hæresis, & crimine læsæ Maiestatis, & blasphemię, & generaliter in causis summarijs, vt resoluit Maranta de Ordine Iudiciorum 6. part. acto. 13. num. 16. & Auiles in capit. Prætorum, capit. 25. glossa 1. num. 8. & Anton. Gom. tom. 3. variar. ca. 12. num. 14. & Paz in sua praxi tom. 1. part. 1. in 9. temp. num. 25. vbi dicit hoc esse generaliter verū, nisi † in casu quo 6 repulsa, seu exceptio sit capitalis inimicitiæ, hæc enim etiam in supradictis criminibus & casibus debet admitti. Nec immeritò: nam aliæ repulsæ siue exceptiones, respiciunt in genere alia, ob quæ testes à testificando possunt repelli: At verò prædicta exceptio capitalis inimicitiæ, cum in particulari, & directè respiciat odium, & rancorem personæ, contra quam fit testificatio (ex quo non mediocris resultat verosimilis falsitatis timor) meritò debet admitti: & in omni iure hæc exceptio inter omnes alias semper existimatur maior, & præcipitur, vt admittatur à iudicibus, vt habetur in cap. repellantur, capit. meminimus, capit. cum oporteat de accusatio. & expressius in ca. per tuas de simonia, vbi dicitur expresse, quod in prædicto crimine inimicus à testificādo repellatur, idemque dicēdū videtur de alijs atrocioribus, & grauioribus,

cum

um (vt dicitur) de similibus simile
sit iudicium. Videatur hac de re Si-
manc. de Cath. instit. tit. 64. qui est
de testib. num. 80.

Hactenus loquuti sumus quam
maximè de foro exteriori, in quo
proculdubio verum habent omnia,
quæ dicta sunt: nunc amplius inue-
stigandum superest omnia de foro
interiori, & conscientiæ, an id ipsum
semper facere sit licitum? nec enim
necessariò consequitur, ex eo, quod
aliquid in foro exteriori sit permis-
sum, quod id ipsum facere in foro
interiori, & conscientiæ proinde
sit licitum, & fieri, possit absque
peccato cum videamus in exteriori
7 † foro multa licere, & permitti,
quæ in interiori consciẽtiæ sunt pec-
cata, vt constat in meretricibus, &
contractibus, in quibus ad obuian-
dum litibus deceptio permittitur,
dummodo non sit vltra medieta-
tem iusti precij. Pro huius igitur
rei ampliori declaratione secunda
statuitur conclusio.

Secunda Conclusio.

8 Crimen quod falsum est, † ha-
udquaquam in foro conscien
tiæ, imò verò neque in exte-
riori testibus obijci potest, etiam pro
seruanda causa totius Reipublicæ.
Hæc etiam conclusio communis est
omnium DD. resolutio, & verum
habet, siue eiusmodi testes vera, &
iusta, siue verò iniusta fuerint testi-
ficari: quod hac efficacissima ratio-
ne probatur. Nam falsum crimen te
stis obijcere mendacium est perni-
ciosissimum, & quod vergit in gra-
ue, & notabile damnum, & detri-
mentum ipsius, ad quod inferen-
dum nullus habet, sed neque habe-
re potest ius, vt id ipsum tuta con-
scientia faciat: ex quo sequitur, quod
semper sit peccatum mortale, quod
pro nulla re mundi facere licèt. Qua
quidem ratione haudquaquam libe
rari possunt à peccato nonnulli liti-
gantium † aduocati, qui vt suorum 9
causam agant, multoties testibus
quam plurima obijciunt crimina,
quæ ipsi nunquam somniarunt, aut
fuere suspicati. Neque excusari pos-
sunt, dicendo se in hoc iure suo vti,
ac redimendam suã, seu potius suo-
rum clientulorum vexationem: cum
nullum sit ius, quod talia facere per-
mittat, neque consuetudo, quæ hac
de re in foris inoleuit, vllo modo præ
ualere possit, quominus † id ipsum 10
facere non sit peccatum mortale, &
eiusmodi vsus omni proculdubio,
nõ tam vsus, quam iniquissimus est
dicendus abusus. Neque obstat dice
re in contrarium, quod ex eo, quod
eiusmodi crimina generaliter testi-
bus obijciuntur, nihil eis honoris,
famæ, siue authoritatis detrahitur:
cum id, quod dicitur, mendacium
semper iudicetur, nisi in particulari
quidquam contra ipsorum aliquem
dicatur, & comprobetur. Hoc (in-
quam) excusare non potest eiusmo-
di falsas repulsas opponentes id vt
faciant absque peccato, nam præ-
terquam quod testes inde vix aut
nullatenus euadere possint, absque
eo quod in sua fama, & honore læ-
dantur: præter illam, quæ ipsis irro-
gatur iniuria, fit non quidem modi-
ca, sed magna etiam † iniuria toti 11
Reipublicæ: cum eam ob causam
persæpè homines nobiles, ac fide
dignissimi à dicendo testimonio de-
terreantur, & non nunquam legiti-
mè accusẽtur etiam dum iustè à iu-
dicibus requiruntur: quia nemo est,
qui cum tanto suæ famæ, & hono-
ris periculo, cum tanto detrimen-
to, & damno, obsequium velit præ-
stare Reipublicæ. Quapropter quã
plurium est grauissimorum Docto-
rum opinio, quod eiusmodi te-
stium taxatores, & qui illis falsa cri-
mina impingunt: si in probatione
defi-

deficiant, debent & meritò à iudicibus puniri, idque grauissimè, vt vel sic à talibus falsis repulsis se abstineant.

Tertia Conclusio.

12 CRimen quod est verum, † publicum, & manifestum, non solum in foro exteriori, verum etiam, & in foro conscientiæ, licitum est testibus obijcere, & de eo illis repulsas opponere, siue eiusmodi testes vera, siue verò falsa fuerint testificati: & qui talia crimina, & delicta eis obijcit nullum peccatum committit. Hæc etiam conclusio apud omnes est comperta, & hac vel vnica ratione probatur. Nam qui eiusmodi crimina testibus obijcit, nequaquam eos infamat, cum & ipsi (vt supponitur) iam sint diffamati (loquuntur enim de crimine publico, & manifesto.) Vnde qui talia crimina illis opponit, ad hoc vt per id semetipsum defendat, nihil facit, quod in ipsorum testium detrimentum

13 vergat. Intelligenda † tamen est conclusio, quando reus iure se defendit: etenim si nullum ius habet ad se defendendum, vltra hoc quod mortaliter peccat, iniustam causam defendendo contra iustitiam: peccat etiam contra charitatem, proximo peccata sua improperans, & ea sibi obijciés, & opponens.

Quarta Conclusio.

14 TEstibus falsa † testificantibus, licitum est non solum in foro exteriori, verum etiam, & conscientiæ, vera crimina obijcere, etiamsi ipsa sint occulta, dummodo obijciens causam defendat suam, aut publicam, & crimina sint eius qualitatis, & conditionis, vt ex eorum obiectione probabiliter credatur, quod testis testimonium omninò reddatur infirmum. Hæc conclusio probatur. Nam quamuis iure prohibitum sit proximi occulta crimina propalare, tamen in casu proposito, pro eo quod reus ab iniustè falsa testificante iniuriam patitur, vim vi repellere licet, vt habetur in cap. significasti de homicidio. Quod etiam est † intelligendum, dummodo id fiat cũ moderamine inculpatæ tutela: tunc enim certum est nullum esse peccatum, vti remedio ad id à iure permisso, & concesso. 15

Sunt autem conditiones † inculpatæ tutelæ, eæ quæ sequuntur. Prima quod criminis reuelatio vincendæ liti sit necessaria. Secunda quod reus aliter non se possit defendere. Tertia quod in talis criminis obiectione, reus non infamiam testis intendat, sed tantum se defendere. Nam sicuti ad propriam defensionem, licitum non est quempiam ex intentione occidere; ita nec infamare. Sunt quidam DD. qui hanc nostram conclusionem sublimitant, dicendo, quod quamuis † licitum sit testis occultum crimen manifestare, ad defensionem vitæ, famæ, & honoris; non tamen ad defensionem bonorum temporalium: vtpotè quæ sunt inferioris ordinis, quam fama testis, quæ maculatur per reuelationem occulti criminis. Cæterum nostra conclusio absolutè, & sine differentia est tenenda, nempe quod si testis falsum testificetur, licitum est ei crimen verum (quamuis occultũ) obijcere, ipsumque propalare & reuelare, non solum ad defensionem vitæ, famæ, & honoris, verum etiam & ad defensionem bonorum temporalium. Et probatur: nam sicuti ad defensionem bonorũ temporaliũ, licitum est aggressorem occidere, id si fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ: ita & eodem iure, quando testis per falsi alicuius depositionem mihi iniuriam infert, etiam in bonis 16 17

tem-

temporalibus, licitum est ad me defendendum eius occultum crimen reuelare, & facere omnia, quæ ad eorundem conseruationem visa mihi fuerint necessaria: neque inter ista quoad hoc aliquod est discrimen.

Sed maior est difficultas, in casu, quo testis verum deponit, & reus etiam iure se defendit: an tunc licitum sit reo, occultum testis crimen manifestare, & reuelare, quò eius testimonium infirmum aut nullum reddatur? Quâ de re est controuersia inter DD. & prima facie, videtur quod non: nam qui iniustè occultum crimen alicuius reuelat, non minus videtur infamator, quam qui falsum crimen eidem imponit: vt tenet D. Thomas 2. 2. quæst. 62. art. 2. sed vt supradiximus ob nullam causam licitum est falsa crimina alicui obijcere siue imponere: ergo nec licitum est occultum crimen reuelare, vtcumque rei causa iusta sit, & id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Sed hoc argumento non obstante, in contrarium statuitur conclusio.

Quinta Conclusio.

18 Occultum † crimen reuelare, testis etiam verum deponentis & testificātis, in casu quo reus iustam etiam causam agit, & idest sibi necessarium ad hoc vt se defendat: non est peccatum. Declaratur conclusio. Occidit quis, v.g. hominem, cuius occisionis vnicus tantum est testis cuius crimina, quæ maxima sunt solus reus ipse scit, idque secreto, & sunt talia & eius qualitatis, vt propterea meritò iure à ferendo testimonio testis repellendus sit: dico quod in tali casu licitè potest reus, eiusmodi crimina (etiam occulta) testi eidem obijcere, quo suam causam defendat, & se à morte liberet. Hanc sententiam tenet Soto lib. 5. de Iustitia & Iure, q. 7. art. 3. & Aragon super 2. 2. D. Th. quæst. 70. artic. etiam 3. quam & hac ratione probat: nam licitum est vnicuique quo se defendat iuris beneficio vti; sed in iure concessum est reis eiusmodi repulsas veras, quamuis occultas testibus obijcere: ergo id ipsum in foro conscientiæ citra culpam fieri potest. Dicunt tamen † præfati authores, quod multæ debent conditiones concurrere, ad hoc 19 vt id ipsum facere non sit charitati contrarium. Prima quod occulti criminis reuelatio vincendæ liti sit necessaria. Etenim si crimen non fuerit ex illis, quibus testimonium iure repellitur, illud manifestare non est licitum. Secunda vt fœditas detegendi criminis, cum detrimento ex eius occultatione subsecuto comparetur, & ad arbitrium boni viri, videatur an habeat proportionem. Etenim in causa exigui momenti, ingens proximi occultum crimen propalare, proculdubio erit contra charitatem. Tertia quod videatur, & perpendatur etiam, an testis sua culpa, & sua sponte ad testificādum se iniecerit, an verò absque illa in id ipsum à iudice fuerit compulsus. Etenim in primo casu non erit culpa multum grauis, aut fortè nulla crimen suum eidem opponere, quo eius os obstruatur: at verò in secundo casu, facere non videtur licitum, quin verò periculosum, eum qui iure à iudice compulsus testimonium dixit, propterea infamare, & maximè si id fiat non tam ob necessitatem, quam ad vindictam.

Ad argumentum igitur in contrarium adductum respondeo, concessa maiori, & minori, negando consequentiam. Et ratio differentiæ est: nam ad imponendum † falsum 20 crimen alicui, nunquam potest quis habere ius: bene tamen ad reuelan-

landum quod est occultum crimen, in casu quo id ad propriam suam defensionem fuerit necessarium. Neque in tali casu id faciens dicendus erit infamator formaliter, cum hoc non intendat ipse, sed tantummodo se defendere, & indemnem seruare, quod æquum est, & iustum facere. Quod autem exinde, & de per accidens, aliqua proximi sequatur infamia, parum refert. Non enim actiones accipiunt speciem, siue denominationem, ab eo quod alicui rei conuenit per accidẽs, sed ab eo, quod conuenit ei de per se.

ARTICVLVS II.

De modo, & forma à partibus seruanda, in obijciendis & opponendis repulsis contra testes.

Prima Conclusio.

21 FACTA testium publicatione, † visisque attestationibus, vtraque pars diligenter inspicere debet processum, aut suus aduocatus: & si viderit suam intẽtionem plene esse probatam, scriptum porrigit, quod vulgo dicitur *de bien prebado*, in quo etiam obijciendæ sunt repulsæ contra dicta, & personas testium, si quę fuerint, quod & sequenti modo concipiendum est Hispano sermone.

Fulano vezino de tal lugar, en la causa que trato con N. digo, que siendo visto por v.m. el presente processo, hallara mi intencion bien y cumplidamente probada, con mucho numero de testigos, mayores de toda excepcion: y particularmente hallara v.m. probado esto y esto (poniendo en particular lo que estuuiere probado, y en substancia lo que en su fauor vuieren dicho los testigos.) Y añadiendo. Con lo qual mi intencion demanda y querella esta bien y cumplidamente probada: y no obsta ni prejudica lo que la parte contraria pretendio probar, que no probo: porque sus testigos son varios y singulares, deponen de oydas y vanas creencias no concluyen ni dan razon de sus dichos, son parientes, criados, familiares, y paniaguados, y intimos amigos suyos, y como tales no hazen fee ni prueuan, y assi los taho, y contradigo. Y en particular no me daña ni preiudica el dicho de fulano N. porque es mi capital enemigo por auer reñido conmigo, por tal y tal cosa. y me quiere mal de muerte, y se presume que apassionadamente dixo contra mi su dicho, y assi le tacho y contradigo, con juramento y protestacion que ante todas cosas hago, que la dicha tacha ni las demas que pusiere contra los demas testigos, no las pongo con animo de injuriar alguno dellos, sino porque assi cumple a mi justicia. Tampoco me daña el dicho de N. porque se perjuro en tal causa, de lo qual fue acusado y dado por perjuro: y assi le tacho y contradigo porque se presume en esta causa auer hecho lo mismo, y dicho lo contrario de la verdad. Yten no me daña el dicho de N. porque al tiempo que lo dixo estaua descomulgado, de excommunion mayor, por tal juez, en tal causa, a pedimiento de fulano y assi lo tacho. Otro si no me perjudica el dicho de N por ser infame, y frequentador de tauernas, hombre que se suele y acostumbra embriagar. E finalmente no me daña el testimonio de N. por ser solo y singular en su dicho, e por tal lo tacho y contradigo. Y hallara v.m. que los testigos por mi parte presentados, son fidedignos y legales, de mucha authoridad y credito, buenos Christianos, temorosos de Dios, de sus consciencias, personas graues y honradas de quien no se presume que debaxo de juramento diran o depondran cosa que sea contraria de la verdad. Porque pido y suplico a v. m. haga segun y como en mi acusacion y querella tengo pedido, sobre que pido cumpli-

pl... mento de justicia, y el oficio de v. m. imploro, y protesto las costas, y pido ser recibido a la prueua de las tachas de los testigos contrarios, y abono de los mios, y juro a Dios, y a esta Cruz † que las di chas tachas no las pongo de malicia ni por injuriar a alguno de los dichos testigos.

Prædicta forma concipiendus est libellus disputationis, & recusationis testium. Quæ supradicta omnia sic in communi dicta sunt, vt actor siue accusator ex ipsis desumat, quod visum fuerit ad suum pertinere propositum. Etenim si nullas habuerit repulsas quas possit opponere testibus, prætermittenda sunt superius dicta, & in fine libelli si viderit accusator suam intentionem esse plene probatam, concludere debet, quod diffinitiuè reus condemnetur ad pœnam ordinariam delicti, si verò viderit eam non esse plenè probatam, tunc in eodem libello concludere debet petendo, vt ad tormentum condemnetur, quod & faciendum est sequenti forma.

22 *Por lo † qual pido a v. m. condenne al dicho reo aduerso difinitiuamente a la pena ordinaria del delicto, y a lo de mas que tengo pedido. Y caso no confessado, que no aya para ello bastante probança mande v. m. poner y ponga al dicho aduerso a rigurosa question de tormento, reiterandosele tantas vezes, hasta que confiesse el delicto y se ratifique en su confession. Y le haga las preguntas conforme al interrogatorio por mi presentado, y las demas que v. m. viere ser necessarias. Para lo qual el oficio de v. m. imploro. Pido justicia, y si v. m. assi lo hiziere hara lo que deue, pero en otra manera lo contrario haziendo, protesto contra v. m. y sus bienes y fiadores, lo que en tal caso protestar me conuiene, y pidolo por testimonio.*

Porrecto ex parte Actoris, siue accusatoris prædicto disputationis libello, allegationis, & petitionis torturæ, mandat iudex exhiberi reo ipsius copiam, & quod intra certum tempus eidem respondeat, qui & suum defensionis libellum Hispano sermone concipere etiam debet forma dicenda in sequenti conclusione.

Secunda Conclusio.

F*Vlano, † preso en la carcel publica desta ciudad, en la causa criminal que con migo trata N. por persona de mi procurador, digo que visto por v. m. este processo, hallara mis excepciones y defensiones bien y cumplidamente probadas, con mucho numero de testigos mayores de toda excepcion, y en particular que prueuo como soy buen Christiano, honrado, quieto y pacifico y de buena fama, tal que no se pueda presumir de mi semejante delicto, qual es el de que soy acusado. Prueuo ansi mismo que al tiempo que hirieron al dicho N. en tal parte, estaua yo en parte muy diferente, de manera que conforme a la distancia del lugar, fue impossible en el mismo tiempo el poder yo herirle y caso negado que yo lo vuiesse hecho, seria siendo el el agressor, y yo no tratando sino de mi propria defensa porque se prueua que el diche aduerso se fue para mi con la espada desembaynada.* 23

Otro si prueuo, que en caso que yo aya cometido el dicho delicto, el dicho N. me perdono, y hizo con migo pacto de transaction, y me remitio todo el derecho que podia tener contra mi por razon de la dicha question. Finalmente prueuo que conforme a la calidad de la persona del dicho aduerso, y a lo que a su oficio ganaua y de la manera que se trataua por la mã suedad y gastos tan solamente merece tanto o tanto. Y assi por mi brobãça se excluye su intencion, pues no prueua cosa alguna que me pueda o deua dañar ni perjudicar por que los testigos por el presentados son varios y singulares, deponiendo oscuro y vanas

vanas creencias, no concluyen ni dan razon de sus dichos: son parientes, criados, familiares y paniaguados, y amigos del dicho aduerso, y tales que se presume que en esta causa dirian por aficion lo contrario de la verdad, y assi los tacho y contradigo. Y en especial no me daña el dicho de N. testigo por la parte contraria presentado, por quanto es mi capital enemigo, por auer reñido con migo por tal cosa, y me quiere mal de muerte, y se presume que apassionadamente diria contra mi, y assi le tacho y contradigo. Ni me daña el dicho de N. por ser hombre infame, frequentador de tauernas, y que se acostumbra embriagar, y a jurar falso y temerariamente, o es singular. Por lo qual le tacho y contradigo.

Conforme a lo qual constara a v.m. que deuo ser dado por libre de la dicha acusacion y demanda, porque los testigos por mi parte presentados son legales y fide dignos, de mucha authoritad y credito, buenos Christianos, temerosos de Dios y de sus consciencias, personas graues y honradas, tales que no se puede de ellos presumir que debaxo de juramento dirian, ni depondrian cosa contraria a la verdad. Y en quanto toca al tormento pedido por parte del dicho aduerso, digo que no ha lugar de derecho, atento que la calidad de la causa no lo requiere, y porque no ay bastante indicio para ello, que suficientemente este probado. Y caso no confessado, que lo vuiera, yo no puedo ser puesto a question de tormento, por ser como soy hijo dalgo de solar conocido, de vengar los quinientos sueldos, segun fuero de España, y siendo tal conforme a derecho no puedo ser puesto a tormento. Porende a v.m. pido lo pronuncie assi, y me mande dar por libre de todo lo pedido por el dicho aduerso y en lo necessario el oficio de v.m. imploro. Pido justicia y costas, y juro a Dios y a esta Cruz, que las tachas de los testigos no las pongo de malicia ni por injuriarlos, sino por que assi cumple a mi iusticia, y pido ser recibido a prueua de ella.

Oppositis repulsis, contra personas & dicta testium, si iudici visum fuerit eas esse legitimas & admittendas, partes recipere debet ad ipsarũ probationem, in id assignando terminum peremptorium, qui excedere non debet termini præfixi in negocio principali dimidietatem, iuxta legem 3 titu. 8. lib. 4. recopilat. quæ quidem sententia interlocutoria, per quam partes recipiuntur ad repulsarum probationem, Hispano sermone proferenda est stylo in sequenti conclusione dicendo.

Tertia Conclusio.

EN † tal lugar, à tantos dias de tal mes y de tal año, el señor N. juez auiendo visto lo pedido por parte de N. sobre las tachas que puso contra los testigos en esta causa presentados por parte de N. y assi mismo lo pedido y alegado por la parte contraria: dixo que deuia de recebir y recibio las dichas partes a prueua de las tachas, y à bonos de sus testigos. Y para ello les daua y assignaua, dio y assigno la mitad del termino probatorio que en este pleyto en la causa principal fue dado, que son tantos dias, y assi lo pronuncio y mando por su sentencia, testigos fulano, y citano. 24

Quæ quidem sententia per tabellionem intimatur vtrique parti, & tunc pars quelibet prorrigit suos articulos. Quæ opponit producit articulos super repulsis in sua oppositione contentis, & super fide & bonitate suorum testium: pars verò aduersa producit suos articulos super suis repulsis, & similiter super fide, & integritate suorum testium, quod fit modo, & forma sequenti.

Preguntas † por parte de N. sobre las tachas de los testigos presentados por N. y abono de los suyos. 25

1 *Primieramente sean preguntados los testigos, por el conocimiento de las*

partes litigantes, y si conocen a fulano, y N. testigos en esta causa presentados por N. y a N. y N. testigos presentados por parte de N. y si tienen noticia desta causa.

2 Iten si saben que fulano testigo presentado por parte de N. es enemigo capital del dicho N. y lo era antes, y al tiempo que dixo su dicho en esta causa, por auerle dado el dicho N. vn bofeton, y assi le quiere mal de muerte, y se presume diria su dicho en esta causa apassionadamente contra el.

3 Iten si saben que fulano testigo presentado por N. contra el dicho N. antes y al tiempo que dixo su dicho en esta causa auia sido perjuro, y juro falso en tal causa, por lo qual tal juez le sen[t]encio, lo qual es publico y notorio, &c.

(Similiter, & de alijs repulsis erit articulandum.)

4 Iten si saben que fulano y fulano, testigos presentados por parte de N. antes y al tiempo que dixeron sus dichos eran hombres honrados, buenos Christianos, temerosos de Dios y de sus consciencias tales que de baxo de juramento no dirian ni depondrian cosa contraria de la verdad, &c.

5 Iten si saben que todo lo susodicho es verdad, publico y notorio y de ellas publica voz y fama y comun opinion.

Hæc sunt quæ communiter obseruantur in praxi, circa prædictos disputationis, & allegationis libello, & repulsas testibus oppositas, seu quæ communiter opponi consueuerunt, de quibus videndus est Paz in sua praxi tom. 1. part. 1. in 9. tempore à nu. 1. cum sequentib. latissimè, vbi multis explicat omnes, & singulas eorundem particulares, dicẽdo, quo tempore eiusmodi repulsæ, seu exceptiones testium sunt opponẽdæ: quo elapso non veniunt admittendæ, & quantum ad id, quod ibidem dicitur inter alia, *que los testigos son varios y singulares*, dicit id pro eo dici,
26 † quia testes debent esse contestes, vt admittantur, & faciant fidem, iuxta text. in c. licèt causam, c. tam literis, de testib. & ibi omnes DD. communiter, & in l. ob carmen, §. fin. l. qui falsa ff. eod. tit. quod etiã tradit Bart. in l. eos, ff. ad l. Cornel. de falsis, & Baldus in l. testium, C. de testib.

Quantum verò attinet ad id quod dicitur ibidem. *Deponende oydas y vanas creencias*, dicit eiusmodi repulsam probari in l. testium, & ibi glossa, C. de testib. & in cap. tam literis, cap. licet ex quadam, de testib. & ca. tertio loco de presumptionib. de qua videndi sunt Panorm. Aret. & Felin. in cap. quoties de testib. & Iason in Rubrica, ff. de iureiurando, Facit & l. Regia 28. tit. 16. part. 3. vbi habetur, † quod testis deponere debet de 27
visu, & iis quæ in eius præsentia sunt facta, & aliquo sensu corporeo percepit, quod etiam tradit Maranta de ordine iudiciorum. 6. p. act. 6. nu. 9. & act. 1. num. 3.

Id verò quod dicitur: *No concluyen ni dan razõ de sus dichos*, probatur, ex cap. in præsentia de probationib. & ibi Felin. nu. 13. & ex c. cũ causam, & ibi glossa verbo de causis, de testib. & c. sicut de re iudicata, & ibi Felin. & ex l. 26. & 28. tit. 16. p. 3.

Quantũ verò ad id, quod dicitur, *y en particular no me daña, &c.* vidẽdus est totus titulus 16. p. 3. ibi Greg. Lop. & Simancas cathol. instit. tit. 64. de testib. à num. 41. cum sequentib. latissimè vsque ad num. 80.

Quæ quidem repulsæ (vt in eisdem libellis dictum est) opponendæ sunt cum iuramento, & protestatione, quod non animo testibus iniuriam inferendi opponantur: vt tradit prædictus Maranta de ordine iudicior. 6. p. act. 13. nu. 3. & 13. Nam licèt obijciens † repulsam criminis 28
seu infamiæ testibus, & non probans actione iniuriarum non tenetur, secundum Baldum & Ang. in l. fin. ff. quod quisque iuris: multi tamen DD.

DD. contrarium tenent, relati & recepti à Felin. in ca. 1. de exceptionib. num. 18. Vnde optima cautela erit, quod prædictæ repulsæ semper testibus obijciantur, cum dicto iuramẽto, & protestatione, præsertim quando crimen obiectum pertinet ad repellendum testem, quo casu protestatio prædicta releuat protestantem, secundum Iulium Clarum lib. 5. sent. §. iniuria num. 3. Et circa testium
29 † repulsas aduertendum est admittendas esse à iudice in omnibus causis (hæresis & lesæ maiestatis, ac blasphemię exceptis, & summarijs de quibus supra diximus) si intra terminum pręfixum fuerint oppositæ. Nam licèt sint odiosæ, & restringendæ, regulariter tamen loquendo sũt permissæ: ac ideo à iudice ipsas non admittente (vt etiam supra diximus) appellari potest iuxta tex. communiter sic intellectum in cap. ex parte el 7. de testib. Solummodo aduerte-
30 re licet, † quod producens pro se testem, non postea illum potest reprobare, aut repulsam aliquam ei obijcere, etiamsi contra eundem per aliã personam producatur, ipsumq; condemnet: nam per productionem visus est approbare illum, ac ideò postmodum ei repulsam obijcere volens tanquam sibi contrarius non erit audiẽdus: iuxta text. & ibi DD. in l. si quis testib. C. de testib. & ca. de testib. eod. tit. quod tradit Maranta de ordine iudiciorum 6. p. act. 13. n. 10. & probat lex Regia 31. tit. 16. par. 3. quod intelligendũ est, nisi post productionem aliqua suspicionis noua causa exoriretur: nam tunc benè illũ reprobare poterit iuxta supradictã l. si quis testib. C. de testib. & intelli-
31 genda est supra † dicta resolutio, de repulsis oppositis contra personas testium: nam secus est de oppositis cõtra suas depositiones: nam producẽs pro se testem bene potest postea ipsũ reprobare quoad dicta, probando illum falsum dixisse, secundum Panorm. in c. præsentium de testib. & Maranta vbi sup. nu. 12. nec testibus quibus probantur aliorum repulsæ, & exceptiones, aliæ similes repulsæ, & exceptiones possunt, aut debent opponi, seu oppositæ admitti, esset enim procedere in infinitum, vt probat text. in c. licèt el 3. de testibus, qua de re videatur Paz loco vbi supra à n. 2. cum sequentib. Aduertẽdum præterea est, quod si iudex viderit testium repulsas plenè esse probatas, non debet multum curare de generali probatione facta ab altera parte, super bonitate suorum testiũ. Nam licèt vt habetur in c. fi. de præsumptio. quilibet † in dubio præsu- 32
matur bonus, id tamen intelligendũ est quando non fuerit expresse probatum contrarium: etenim si per testes legitimos id comprobetur, eiusmodi probationi erit standum iuxta glos. receptam in c. bonæ el 1. de electione, & tradunt DD. in ca. quoniã cõtra de probatio. nisi in specie eius bonitas, & legalitas concluderẽtur, & probarentur, & opposita repulsa excluderetur afferendo negatiuã loco, & tempore coarctatam, vel nisi probaretur eiusmodi testem iã diu de crimine fuisse emendatũ, iuxta text. & Glos. in c. testimonium, & c. nuper de testib. & ibi DD. qua etiã de re videatur Paz loco vbi supra n. 39 & 40. Hæc quo ad disputationis, & allegationis libellum ex parte accusatoris propositum, & repulsas testium communiter.

Quantum verò attinet ad illud quod opponi, solet in fine, quando in defectum probationum petitur, atque expostulatur, vt præstetur reo tormentum, aduertendum est etiam, quod illa verba ibidem posita. *Y caso no confessado que no aya para el lo bastãte probança, mãde poner y ponga al dicho aduerso a rigurosa questiõ de tormento*: ideò ponũtur, qa † tor- 33

tura (vt nos amplius infra dicemus) adhiberi non pōt, aut debet, quando delictum legitimis probationibus fuerit probatum, sed solummodo quando fuerit probatum semiplenè, seu adest aliquod sufficiens indiciū, iuxta l.1. & totum titu. ff. & C. de quæstio. Illa verò verba, quæ statim sequuntur, *reyterandosele tantas vezes hasta que confiesse el delicto, y se ratifique en su confession*: apponuntur
34 ad denotandum, quod si reus † in prima tortura non sufficienter fuerit tortus, & delictum negauerit: iterū poterit torqueri, iuxta textum in l. repeti, ff. de quæstio. quin vero etiā si prima vice sufficienter fuerit tortus, iterum poterit torqueri, si contra eum indicia fuerint vrgentissima, & grauissima, vt tradit Bart. in l. vnius, vers. 1. ff. de quæstionibus, & Salicetus in l. 2. C. de custod. reor. & nos etiam infra suo proprio loco dicemus, & etiam qualiter non sufficiat confessio facta in tortura, nisi postea sequatur ratificatio, & perseuerantia.

Deueniendo autem ad disputationis & allegationis libellum, propositum ex parte rei, & contrariæ partis testium similiter repulsas, ferè nihil de nouo occurrit dicendum, præterquam quod reus etiam pro se allegat, & in eodem suo quoque producit articulos super bonitate, fidelitate, & integritate testium à se productorum, & super repulsis testium actoris, siue accusatoris, mutatis mutandis, & testes producti iurant, & examinantur, vt dictum est, & elapso termino probatorio ad faciendam repulsarum probationem concesso, fit testium publicatio, neque admittuntur repulsæ contra testes, quibus testium repulsæ fuerunt probatæ, vt dictum est. Solummodo est aduertendum, circa illud quod reus allegare solet ad excludendum tormentum, & quod non habet locum in ipso: quod illa verba in suo libello posita nempe. *Y quanto toca al tormento pedido por el dicho aduerso, digo que no ha lugar de derecho, atento que la calidad de la causa no lo requiere:* ponuntur ad denotandum, quod non pro † qualibet 35
re, & delicto, nec in qualibet causa criminali reus debet torqueri, sed solummodo in causis grauibus & atrocibus iuxta text. in l. edictum, ff. de quæstionibus, vt nos etiam latius suo proprio loco dicemus. Illud verò quod additur: *Y porque para ello no ay bastante indicio que suficientemente este probado*: apponitur quia neque
† etiam reus torqueri debet, nisi 36
præcedentibus legitimis indicijs, sufficienterque probatis, iuxta l.1. in princip. & l. fin. ff. de quæstionib. vbi hoc ipsum dicunt omnes communiter Doctores, & nos etiam suo loco dicemus. Et quod tandem apponitur: *Y caso no confessado que lo viniera, yo no puedo ser puesto a question de tormento, por ser como soy hijo dalgo*: ponitur ad denotandum, quod licèt regulariter quilibet, qui non reperiatur prohibitus possit torqueri, iuxta dictam l.1. ff. de quæstionibus, vbi hoc tenent omnes Doctores cōmuniter, multi tamen sunt excepti, qui de iure non possunt torqueri, vt nos etiam suo loco dicemus. De quibus omnibus videatur Paz loco vbi supra à num. 32. cum sequentibus latissimè.

QVÆSTIO XXV.

De conclusione in causa, ad torturam, siue sententiam diffinitiuam, & quo modo & forma fieri debet.

SVMMARIVM.

1 *Conclusio in causa est renunciatio omnium probationum, & defensionum,*

sionum, quas tam actor, quam reus pro se adducere possunt.
Est necessaria in omnibus causis in foro ecclesiastico, num. 2.
3 *Forma petitionis conclusionis in causa.*
4 *Forma sententiæ interlocutoriæ, qua causa habeatur pro conclusa.*
5 *Facta intimatione sententiæ conclusionis partes nihil amplius allegare possunt.*
6 *Per conclusionem in causa non est præclusa via iudici in criminalibus, ad aliquid aliud probandum, & allegandum.*
Nec præclusa est via reo se opponendi si condemnetur ad torturam, num. 7.

8

ARTICVLVS I.

1 CONCLVSIO † in causa, secundum glossam in capit. significauerunt, verbo licuere de testibus, & cap. cum dilectus, verbo conclusum de fide instrumentorum, & in authent. de testibus, §. quia verò, verbo concluserim collat. 7. nihil est aliud, quam renunciatio omnium probationum, & defensionum, quas tam actor, quàm reus pro se adducere possunt, de qua videndi sunt DD. prædictis in locis, & Maranta de ord. iudiciorum 6. p. act. 15. num. 1. & Paz in sua praxi tom. 1. p. 1. in 10. tempore nu. 1. cum sequentibus. Vbi de mente Menoch. lib. 1. de arbitr. quæst. 35. num 7. & 8. dicit in omnibus causis
2 regulariter † conclusionem in causa esse necessariam, & in foro Ecclesiastico esse de substantia iudicij, quod probat ex Felin. in d. cap. cum dilectus, de fide instrumentorum, num. 33. Et idem dicit de iure regio si petatur, nempe quod est de substantia processus, iuxta l. 1. tit. 8. lib. 4. recopil. Nam idem (inquit) est iudicium de ea, ac de testium publicatione: quin verò in casibus ciuilibus: etiamsi à parte non petatur, per l. 1. tit. 7. lib. 4. recopil. ibi: *concluso el pleyto*, iuncta l. 9. tit. 6. lib. 4. recopil. vbi dicitur, quod causa habeatur pro conclusa, quamuis à parte non petatur, quod & seruandum forè credo etiam in criminalibus. Elapso itaque termino probatorio concesso super repulsis testium (si quæ fuerint) & facta testium eorundem publicatione, iudex interrogare debet partes, an aliquid amplius velint facere, quo facto vtraque vel vna ipsarum coram iudice comparet, petendo, vt causa habeatur pro conclusa, & si fuerit accusator, videritque intentionem suam plenè, atque legitimè esse probatam, per plures, & legitimos testes, expostulat vt deueniatur ad sententiam diffinitiuam: si autem tantum semiplenè, petit vt reus condemnetur saltim ad torturam. Vtque præ manibus habeatur, quo pacto petitio conclusionis in causa exhibenda sit, sequens statuitur conclusio.

Prima Conclusio.

PEtitio † conclusionis in causa, Hispano sermone sic concipienda est. *Fulano en la causa que trato con N. Digo que el termino probatorio de la publicacion de los testigos, y los demas terminos probatorios en esta causa dados son ya passados, a v. m. pido aya esta causa por conclusa para difinitiua, y en caso que mi intencion no este plenariamente probada, condene al reo aduerso à tormento, sobre que pido justicia.* 3

Tunc iudex præcipit petitionis prædictæ copiam parti aduersæ exhiberi, & quod ad primam audientiam respondeat, quæ si nihil responderit, profert sententiam interlocutoriam qua pronunciat causam haberi pro conclusa, & quod vtraque pars citetur, vel rei procurator ad

audiendam sententiam, quæ & Hispano sermone proponenda est, stylo dicendo in sequenti conclusione.

Secunda Conclusio.

4 SEntentia † interlocutoria conclusionis in causa, sic concipienda est. *En tal lugar, à tantos dias de tal mes y de tal año, el señor fulano N. juez, auiendo visto el pedimiento de conclusion en esta causa, hecho por N: y que auiendo se le notificado à N. no dezia contra el cosa alguna, y que el termino de la publicacion de los testigos, y los demas de prueua en esta causa cocedidos eran ya passados: dixo que la auia y vuo por conclusa para difinitiua, y mandaua y mando citar las partes para ver y oyr senẽcia a la primera audiencia, y para cada dia que no fuesse feriado, para lo qual les assigno los estrados de su audiencia. Testigos fulano, y fulano.* Quæ quidem sen
5 tentia † vtrique parti per tabellionem intimatur, & post eam partes nihil amplius allegare, aut probare poterunt, cum per ipsam omnibus probationibus renunciatum censeatur, quamuis secundum Baldum in authentica iubemus, C. de iudicijs, in iure allegare possint, cuius allegationis copia parti aduersæ non est exhibenda, cum secundum Innocentium in cap. per tuas de testibus, tantummodo fiat ad meram iudicis instructionẽ. Qua de re videatur Paz in sua praxi 1. tom. p. 1. in 10. tempore à nu. 7. cum sequent. Circa quam conclusionẽ aduertendum est, quod licèt per prædictam sententiam in ciuilibus, partibus via censeatur perclusa, ad aliquid amplius allegandũ,
6 & probandum: non tamen † est præclusa iudici in criminalibus: nam post prędictam conclusionem in causa, ad indagandam veritatem iterum potest inquirere, & nouas probationes admittere, vt multorum Doctorum auctoritatibus latissimè probat Paz loco vbi supra à nu. 15. cum seq.

Nec etiam † est reo præclusa via, se 7
opponendi si condemnetur ad torturam, quin verò super hoc articulo specialiter debet exaudiri, vt latius dicemus infra in sequenti quæstione, cum hac de re peculiaris mentio fiet: & quia in hoc tempore post conclusum in causa recusari interdum solent iudices, pro ipsorum recusatione videantur quæ diximus supra quæst. 21. art. 2. agendo de recusatione prædicta, & quæ dicit Paz loco vbi supra à nu. 18. cum sequentibus latissimè, & 5. par. cap. 3. §. 12. in expositione libelli allegationis ex parte rei, à num. 52. cum sequentibus.

QVÆSTIO XXVI.

De tormentis, quibus quandoque rei torquendi sunt, in 20. Articulos diuisa.

SVMMARIVM.

1 *Tortura est inuita conscij hominis confessio, quæ extorquetur à reis crimine non bene probato.*

2 *Torturam inferre iniquum, et iniustum, illicitum, atque à ratione alienum est maximè libero homini, quod probatur, vt num. 3. 4. 5. contra nu. 6 argumentis respondetur nu. 12.*

7 *Tormentorum vsus in casibus à iure præscriptis iustus, & licitus est, & in Republica quàm maximè necessarius.*

8 *Iudicium criminale absque tormentis nullatenus rectè peragi, tractari potest, & est etiam hoc Reipublica necessarium.*

9 *Vsus tormentorum approbatur legibus & patrum authoritate.*
Et hic vsus laudatur nu. 10.
Et ratione etiam probatur numero 11.

13 *Tortura inferri potest reis parte aduersa petente.*

Con-

61 *Iudex reum torquens absque legitimis indicijs poterit conueniri in syndicatu.*

62 *Arbitrium iudicis non supplet indiciorum defectum.*

Ampliatur, quod iudex habens mãdatum torquendi absque legitimis indicijs, hoc facere minimè possit. nu. 63.

Etiam si leuiter torqueret, num. 64.

Nec terrere potest, ibidem.

65 *Confessio extorta metu tormentorũ nihil omninò valet.*

66 *Serui non possunt torqueri absque eo quod indicia præcedant.*

67 *Nec reus consentiens torquetur absque eo, quod præcedant legitima indicia.*

68 *Indicia si fuerint sufficientia, & legitima, rei possunt torqueri; dum tamen probentur legitimè.*

Quænam dicantur indicia legitima ad torturam sufficientia, numero 69

Sententia quorundam Doctorum circa indicia manifesta, declaratur, numero 70.

71 *Indicia non requiritur, vt sint concludentia sicut probatio, quæ requiritur ad condemnandum.*

72 *Indicia ad torquendum an debeant esse delicto proxima vel remota?*

73 *Indicia ad torquendum probata esse debent per duos testes contestes, & omni exceptione maiores, quicquid alij dicant. etiam si indicia sint remota, nu. 74.*

Etiam si crimina sint de atrocioribus, nu. 75.

76 *Indicia ad torquendum debent esse plura; nec vnum sufficit, si sint remota, & immediata delicto.*

Debent esse saltem duo, & probata per duos testes quodlibet ipsorum, & contestes, nu. 77.

78 *Indicia ad aliquem torquendũ minora sufficiunt in delictis occultis, & difficilis probationis et quamuis non sint ita plenè probata.*

79 *Delicta difficilis probationis, quæ dicantur.*

80 *Mandatarius quando possit torqueri ad iudicandum mandantem.*

81 *Casus, in quibus deueniri potest ad inferẽdam torturam, etiam si indicia nõ sint legitima, remissiuè.*

82 *Reus quando non vult respondere, vel non respondet præcisè, quando absque indicijs torqueri possit.*

83 *Indicia ad torquendum, quænã sint sufficientia, & legitima, positum est in iudicis arbitrio.*

Quod debet esse regulatum ratione, & iuri, & æquitati astrictum, numero 84

85 *Fama, seu infamia ad torturam nõ sufficere tenent multi, contra numero 88.*

86 *Fama testimonij pondus non habet, sed tantum vim obtinet indicij, seu accusatoris.*

87 *Reus tortus ex sola fama, confitens delictum, & ratificans confessionem, non patitur damnum ex ista confessione. declaratur nu. seq.*

89 *Fama, seu infamia vehemens, & nõ a maleuolis, sed à beneuolis, & fide dignis exorta, & præsertim si ea sit de aliqua persona aliàs vili, infami, & suspecta, sufficit ad torturam.*

90 *Fama de iure canonico semiplenam facit probationem, & æquipollet dicto vnius testis.*

Est sufficiens indicium ad inquirendum contra delinquentem, n. 91.

92 *Fama quando sit dicenda vehemẽs, vel non vehemens, remissiuè.*

93 *Fama, vel infamia ad præstandum reo tormẽtum adhuc vt sufficiat, multis debet esse conditionibus, & qualitatibus exornata.*

94 *Testes famam probantes debent esse ad minus duo.*

Qui debent esse spectatæ fidei, & integræ, & optimæ opinionis, nu. 95

Et debent reddere rationem sui dicti, nu. 96.

Et

Et debent scire quid sit fama, n.97.
Et deponere super fama specificè in illis particularibus, & capitulis, quibus fama fuerit articulata, num.98.

99 *Semiplena probatio est, quando vnus testis fide dignus, & omni exceptione maior deponit de facto delicto ipso per visum, vel aliũ sensum corporeum, taliter quod concludat.*

100 *Semiplena probatio non facit indicium ad torturam, nisi simul etiam concurrat fama, seu aliud adminiculum, secundum aliquos.*
Contra quod semiplena probatio sufficiat ad torturam, si ea sit per testem omni exceptione maiorem probata, nu.101.
Intellige etiam in criminibus exceptis, nu.102. Secus in criminibus difficilis probationis, quando tamen aliud adminiculum concurrat, ibidem.

103 *Indicia proxima delicto, ipsumque inferentia, quamuis non immediatè attingant illud, sufficiunt ad torturam, absque alijs adminiculis. & adducuntur exempla.*
Si non sit proximum, sed remotum, vnum non sufficit, sed plura requiruntur, nu. 104.
De consuetudine per vnum indiciũ, siue proximum siue remotum cũ alijs adminiculis proceditur ad torturam, nu.105.

106 *Socius criminis, an indicium faciat ad torturam? remissiuè.*

107 *Confessio extraiudicialis, quamuis non plenè probet, probat tamen semiplenè & facit indicium ad torturam, si probetur per duos testes, nu.111. Et procedit etiam in confessione extraiudiciali minoris, etiam emanata sine authoritate curatoris, n.108. Et procedit etiã in confessione accusatoris extraiudicialis ad excusandum reum, & facit indicium pro sua innocẽtia, num.109. Et qualis esse debeat extraiudicialis confessio, vt ad torturam sufficiat, nu.110.*

112 *Reus si extraiudicialiter confiteatur, & in tormento positus iterũ confiteatur delictum, an confessionem debeat ratificare? affirmatiuè concluditur, nu.113.*

114 *Confessio emanata coram iudice incompetente, quamuis non etiam plenè probet, neque ad condemnãdum sufficiat, semiplenè tamen probat, & ad torturam sufficit, modò libera, et spontanea fuerit.*

115 *Fuga prætensi delinquentis indiciũ facit ad torturam, si cum alijs adminiculis sit coniuncta. Amplia in latitante et ponente se in occulto in eadem ciuitate, vel loco: & in præparante se ad fugã, n.116. Limita tamen in eo, qui post formatam inquisitionem fugam arripuit, nu.117. vel si aufugiat propter nimiã iudicis sæuitiã, n.118 Et in homine aliàs bonæ famæ, conditionis & vitæ, nu.119.*

120 *Fuga non facit indicium ad torturam, nisi aliàs sit adminiculata aliquo indicio & coniectura, ac per duos testes concludenter probata. Fuga est indicium remotũ, & non proximum, nu.121.*

122 *Inimicitia quid sit, variè distinguitur, ad hoc, vt sufficiens sit indicium ad torturam.*

123 *Inimicitiæ graues repellunt testem à testimonio: sed hoc iudicis arbitrio relinquitur, si inimicitiæ sint graues, aut leues, nu.124.*

125 *Inimicitia, si sit capitalis, aut grauis indicium facit ad torturã non ipsa sola, sed cõiuncta cum aliquo alio adminiculo. Et quæ sint, & esse possint hæc adminicula, n.126*

127 *Inimicitia regulariter contra inimicum nõ modicam præsumptionem facit. Etiam si inimicitia processerit ex culpa ipsius offensi, nu.128. Limita tamen, vt n.129.*

Inimi-

Inimicitia probanda, & qualiter? num. 130.

131 *Minæ faciant indicium ad torturam concurrente alio adminiculo, siue indicio simul cum ipsis, & quod minator sit homo potēs, ac solitus minas in executione ponere, nu. 132.*

Quod procedit in minis deliberatè illatis sedato animo, & ex interuallo, nu. 133.

Et debent probari, & qualiter. 134.

135 *Mandatarij depositio contra mandantem non alio adminiculo concurrente non facit indicium ad torturam, ne sequatur absurdum, nu. 138. nec facit semiplenam probationem, nu. 136.*

137 *Testibus deponentibus de mandato sibi facto, an sit credendū etiā quoad plenam probationem? quomodo procedat ibidem.*

Mandatarij duo, an faciant indiciū ad torturā? n. 139. vbi distinguitur.

140 *Testis asserens, se falsum deposuisse de mādato alterius, nō facit indicium ad torturam, nisi concurrant alia adminicula.*

141 *Testes corrupti an probent contra corrumpentem? affirmatiua nu. 142. contra, nu. 143. Nec probāt, nec indicium faciant ad inquirēdum nu. 144. neque ad capturā, num. 145. Nec indicium aliquod ad torturam nisi cum alijs adminiculis, nu. 146.*

ARTICVLVS I.

Vtrùm licitum sit iudicibus, quandoque reos pro veritate eruenda extorquere. & an tormenta ipsa in se licita sint?

PRO tituli intelligentia, præmitto de mente Aristotelis, quod quæstio, siue tormentum, aut
1 tortura, nihil est omnino † aliud, quam inuita conscij hominis confessio, quæ extorquetur à reis, crimine non plenè probato, sed tātum semiplena probatione existente. De qua confessione sic extorta, merito in præsentiarum quæritur, an id ipsū facere sit licitum, & occultum delictū ab homine libero, vi & tormentis extorquere, & tormenta ipsa in se licita sint?

Quæstio sanè difficilis, quæ olim, sed & nūc quidem, multorum semper torsit ingenia. Non enim defuere, quin verò & fuerunt quamplures, quibus † omninò iniquum, iniu- 2
stum, illicitum atque à ratione prorsus alienum visum fuit, hominē natura liberum à Deo Optimo Maximo conditum, & quem (vt sapiens dicit) Ecclesiast. 15. Posuit Deus ipse in manu consilij sui, pro veritate eruenda extorquere: quod & probare multis rationibus, & argumentis conati sunt.

Et primo † nam tortura, siue tor- 3
mentum (teste Vlpiano Iurisconsulto in l. 1. ff. de quæstionib.) Est res fragilis, periculosa, & incerta, & quæ semper veritatem fallit: nam pleriq; patientia sua, seu potius duritia, ita tormenta contemnūt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit. Alij verò ita sunt impatientes, vt in quouis negotio potius mentiri, quam tormenta pati velint, quò fit vt vario modo quandoque fateantur, & non se tātum, verumetiam & alios falsò criminentur. Qua quidem ratione Cicero in partitionibus oratorijs, & lib. 2. rethoricorum ad Erennium, & l. 2. contra quæstiones. Dicit dolori non multum credi oportere, & à quæstionibus esse abstinendum, eo quod alius sit alio in dolore recentior, seu ingeniosior ad comminiscēdum: & multi in tormētis dolorem fugientes ementiti fuerint persæpe, morique falsa fatendo maluerint, quam verè inficiando dolere: multi etiam vitam suā neglexerūt, vt eos,

quos

quos cariores quam ſe ipſos habebant, à morte liberarent. Sunt enim (inquit) nonnulli in tormentis ita conſtantes, vt ſtoicorum more ſecuri pænarum, atque cruciatuum, nihilo magis veritatem prodant, at ſi nihil omninò paterentur: è contra vero alij, ita pænarum impatientes, vt quauis occaſione nacta, de facili mentiantur, dum tamen cruciatus ceſſet. Quib. Ciceronis verbis Vlpiani dictum ſupradictum, quam maximè confirmatur, & ex ipſis planè colligitur, quam fallax, incerta, periculoſa, & res dubia ſit tormentum, & quàm contra rationem ſit eidem fidem adhibere, ac proinde & iniquum, iniuſtum, atq; illicitum, ipſo vtendo ad veritatem eruendam hominem crudeliter extorquere. Cũ etiam experientia conſtet, quod ſæpiſſimè per tormenta nocentes probentur innoxij, è contra vero innocentes ex ſua confeſſione tormentis extorta, condemnentur tanquam noxij & criminoſi. Sunt enim (teſte Cicerone vbi ſupra) varia hominũ ingenia, varij affectus, varia tolerantia, ac propterea nec multum fidei eſt dolori adhibendum.

4 Secundò contra † tormẽta prædicta, accedit auctoritas D. Auguſtini lib. 19. de ciuitate Dei, cap. 6. vbi inuehens in ipſorum vſum, exclamans ait. O quam miſera deteſtanda, atque dolenda ſunt, hominibus iudicia, cum in ſua quiſque cauſa torquetur, & cum quæritur, vtrum nocens quiſpiam ſit, excruciatur innocens, & luit certiſſimas pœnas pro incerto crimine: non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe ignoratur: ac per hoc ignorãtia iudicis, plerũq; eſt calamitas innocentis: & quod intolerabilius eſt, cum propterea iudex accuſatum torqueat, vt ne occidat neſciens innocentem: quo fit per ignorantiæ miſeriam, vt tortum & innocentem ſimul occidat, quem ne innocentem occideret torſerat. Verba ſunt D. Auguſt. in ſubſtantia, & quidem notatu digniſſima. Quibus poſt pauca addit: Quod ij qui tormentis arguuntur doloris vi plerumque ſuperati, & de ſe falſa confeſſi, etiam puniũtur innocentes, cum iam torti fuerint innocentes, quod etſi morte non puniantur, in ipſis, vel ex ipſis tormentis plerũq; moriuntur. Quæ verba expendens Ludouicus Viues, inquit: Quod ſic torquentur homines, ne inſontes moriantur: vt magis eorum nos miſereat, quam ſi morerentur, vſque adeò ſunt ſæpe tormenta grauiora, quam mors. Quæ omnia quam maximè faciunt ad præſens propoſitũ, contra tormentorum vſum.

Tertio ad idem † præter auctoritates prædictas, quibus condemnari videtur quęſtionum & tormentorum vſus, pro hac eadem parte adduci etiam poteſt, non contemnenda ratio, quin vero (vt videtur) apertiſſima, & efficaciſſima, ea eſt. 5 Nam reorum confeſſio, ad hoc vt ex ea quiſpiam iure damnari poſſit, eſſe debet vera, ſpontanea, libera, & facta in plenitudine ſui intellectus (vt tenent omnes Doctores communiter, & nos ſupradiximus quæſt. 19. art. 2. agendo de reorum confeſſione) atque tormentis eſt extorta, non eſt vera, ſed vt plurimum fallax & falſa, non ſpontanea & libera: quin vero coacta & vi & metu tormentorum extracta: non facta in plenitudine intellectus, ſed forſan eo tempore quo rei ipſi ferè non ſunt mentis compotes, aut ſaltim præ dolorum magnitudine non plenum habẽt uſum ſui intellectus: dicendum eſt igitur tormenta in ſe ipſis eſſe iniuſta, & haudquaquam eſſe licitum reos pro ueritate eruenda extorquere: quin uero iniquum, iniuſtum, atque illicitum, maximè cum (ut dicit Seneca) dolor partim

verba consideret, utque dicere solitus erat Tibullus Poeta, dolor interdum fortia corda frangit, & innocentes, etiam quandoque cogit mentiri.

Hæc sunt (vt præter eam plura alia) quæ contra tormentorum vsum à Doctoribus communiter solent adduci, quibus quidam permoti, iniquum, iniustum, atque illicitū esse dicunt reos pro veritate eruenda extorquere, & tormentorum vsū condemnant: adeò vt dicant esse tyrannicum, quoddam inuentum, christianæ charitati, & mansuetudini, & omni humanitati contrarium: & vt tales gentes (etiam feræ & barbaræ) semper ipsum sunt arbitratæ, & immanem illorum vsum dijudicatūt: hominem nempe, de cuius facinore siue crimine adhuc ignoratur, & dubitatur, ad illud eruendum & explorandum, tormentis, & doloribus torquere. Sed his nihilominus non
6 obstantibus † in contrarium est veritas, quam & innumeræ Doctorum auctoritates, atque rationes comprobant, & communis praxis, & omniū tribunalium vsus confirmat: de qua sit conclusio.

Conclusio.

7 Certissimum est, † nec negari vllo modo potest, aut debet, quæstionum, & tormentorū vsum in casibus à iure præscriptis, atque permissis, ad eruendam veritatem à reis, esse iustum, atque licitum, & Christianę Reipublicæ quā maximè necessarium. Hæc conclusio est omnium Doctorum communis resolutio, de qua videndus est Simancas de chatol. instit. cap. 65. & Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 13. & Paz in sua praxi tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 12. Iulius etiam Clarus lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 1. & Farinacius tom. 1. tract. de indicijs & tortura, quæst. 36. cum sequentibus latissimè. Quā conclusionem (vt dixi) comprobat, atque confirmat, omnium fere gentium vniuersalis vsus, & consuetudo. In omni enim bene instituta Republica, iam multis ab hinc annis homines noxij & criminosi, quorum delicta non bene sunt probata, aut non plenè probari potuerunt: in defectum probationum extorqueri cō sueuerunt. Extant de hoc in iure ciuili, & canonico multa iura, & innumeræ leges iustissimæ, atque sanctissimæ, quæ habentur in toto titulo, ff. & C. de quæstio. quas ego leges & iura, cum vel ex aliorum relatu facilè possem adducere, & recensere, breuitatis gratia hæc omnia facio missa, vt ad alia festinem quæ meæ professionis magis sunt propria. Nec solummodo Iurisconsulti, & vsu rerum publicarum prudentissimi, asserunt criminale † iudicium, absque 8
tormentis nullatenus rectè peragi & tractari posse, & reos pro veritate eruenda exorquere quam maximè esse Reipublicæ expedientissimum (vt ne dicā præcisè necessarium) vt delicta non maneant impunita, verumetiam antiqui Rectores, & Philosophi, cum vtique solo naturali lumine essent suffulsi, & præditi, id ipsum agnouerunt, atque dixerunt. Vtque alios prætercam, Aristot. in sua rhetorica ad Alexand. capit. de quæstionibus, in eorundem laudem dixit: Quod quæstio testibus est certior, nam testibus persæpe mentiri contingit, at rei (inquit) quæstionibus agitati, vt plurimum vera loquūtur. Et subdit. Quod id ipsis vtilitatis affert plurimum, nam sit à cruciatus celerrimè liberantur. Cicero etiam in topic. capit. 3. de prædictis tormentis verba faciendo, inquit: Quod necessitas facit fidem, quæ tū à corporibus, tū etiam ab animis nascitur, nam verberibus (inquit) torti, & igne fatigati, quæ dicunt ea

vi-

videtur & veritas ipsa dicere. Qua quidem ratione Quintus etiam Fabius, lib. 5. institutio. oratoriar cap. 4. quęstionem prædictam siue tormentum, vocat, veram fatẽdi necessitatem. Et Seneca in Troade etiam dicit, necessitatem interdum, plus prodesse solere, quam pietatem. Ex quibus omnibus, & alijs breuitatis gratia omissis, planè colligitur, non quidem esse à ratione alienum (vt perperam Doctores supradicti dixerunt) quin verò eidem multum conforme, iustum, atque licitum & Reipub. ferè pręcisè necessarium: reos interdum pro veritate eruenda extorquere: & in id ipsum eosdem cruciatibus, & tormentis agitare, & quod tormenta ipsa in se licita sunt.

9 Sed preter leges † innumeras, & iura, quę hac de re loquũtur: & recitatas antiquorũ Rethorum, & Philosophorum auctoritates: confirmat tormentorum vsum, etiam communis doctrina, & sententia Sãctorum Patrum Cypriani, Ambrosij, & Augustini, quorum auctoritates facilè cum possem referre, breuitatis gratia facio missas & in vnũ collectas: videre, qui desiderat, consulat doctissimum Doctorem Simancas lib. superius citato de cathol. instit. tit. 65. qui totus est de hac tormẽtorum materia, num. 10. cum sequentibus, vbi & ad idem ex iure canonico adducit capit. circumcelliones 23. q. 5. quod est Diui Augustini, in epistol. 159. quę est ad Marcellin. vbi non solum non reprobat, quin verò approbat, tormenta, & quęstiones prędictas haberi de reis, & ingenuè fatetur ipse D. Augustin. Leges, quę reos torquere iubent ciuitatibus, in quamlibet pace manentibus, deesse non posse, aut debere, nec iudicem sapientem ab ijs abstinere, quippe cum id ipsum eum constringat humana societas, quam deserere nefas esse ducit, & cui iudex prodesse intendere debet, vt ne in Republica crimina, & delicta maneant impunita. Nec (inquit Diuus Augustinus) iudex id ipsum facit nocendi voluntate, sed nesciendi necessitate, & quia cum cogit humana societas, & obligatio rectè iudicandi. Hæc Aug. vbi supra in substantia. Quæ prædicti Diui Augustini verba, non solum de gentilibus, aut pro gentilibus sunt intelligenda (vt perperam illa Ludouicus Viues commẽtatur) quin verò pro omnibus in uniuersũ etiam Christianis, ut & ex ipsis facilè est colligere. Facit & ad idem in comprobationem vsus tormentorum predictorum, id quod habetur in capit. qui 5. quæst. 5. quod est Eusebij Papæ in epistola ad Galliæ Episcopos, ubi ea de re faciendo uerba, ad quoddam propositum inquit: Quod ueritatem † diuersis cruciatibus è latebris suis religiosus tortor exigere debet, vt dum pœnis corpora subijciuntur, quæ gesta sunt fideliter, & ueraciter exquirãtur. Quo loco quam maximè ponderãda ueniunt uerba illa, religiosus tortor: nam usurpato ibi religionis nomine, nescio quid amplius in prędictorum tormentorum laudem, unquam dici, desiderariue potuit, aut potest? 10

Sed pręter superius † dicta, facit in id ipsum ratio etiam aptissima, quę est communis totius Christianę Reipublicę usus, qui quidem non solum utilis, verumetiam & simpliciter, atque pręcise eidem esse videtur necessarius. Ratio est, quę sequitur. Etenim si in Christiana Republica non esset eiusmodi quęstionũ, & tormentorum vsus: cum regulariter loquendo delicta non palam, sed occultè fiant, nec plenè & perfectè semper comprobentur, aut comprobari possint: non esset profectò vnde veritas ipsa dignosceretur, erui ue posset: dareturque proinde 11

scele-

sceleratis, & facinorosis hominibus ansa impunè delinquendi, in magnum damnum, & præiudicium eiusdem Reipublicæ: quin verò & tota Respublica facinoribus, & criminibus repleretur, nec esset vllus, qui securus viueret: quod certè nullo modo est dicendum, aut permittendum.

Ad argumenta igitur in contrarium adducta, facilè respondetur dicendo, quod non conuincunt.

12 Et ad primum continens † auctoritatem Vlpiani Iurisconsulti, & Ciceronis dico, quod etiam ipsi alibi, & plures alij sæpè contrarium dixerunt, atque in eo est standum: nam quãuis (vt dicitur) ex prædicto quæstionum, & tormentorum vsu, aliqua interdum contra reos exoriantur inconuenientia: cum (ut præmissum etiam est) id adeò toti sit Reipublicæ necessarium, haud multum illa sunt æstimanda, quin verò parui facienda, cum semper commune bonum proponendum sit bono cuiusuis particularis, & Reipublicæ vtilitas præponderet omnibus alijs, quæ pro alia in contrariũ parte possunt adduci.

Ad secundum etiam continens auctoritatem Diui Augustini, iam patet solutio ex dictis in comprobationem conclusionis, & nihil amplius dicendum superest.

Ad tertium verò quo dicitur, quod reorum confessio debet esse vera, spontanea, libera, & facta in plenitudine sui intellectus, patebit solutio infra, quando agemus de reorum eorundem ratificatione, & dicemus non ad condemnandum sufficere confessionem tormentis extortam: quin verò requiri, vt postea liberè & spontaneè ratificetur.

ARTICVLVS II.

Vtrùm in omni causa & pro quolibet delicto, præstari debeat tormentum, etiam parte aduersa illud non petente?

CIRCA hoc vltimum, an scilicet tortura exhiberi possit reis parte aduersa non petente, sũt qui dicant, tormentum † reis præstari non posse, nisi à parte aduersa, siue accusatore petatur: idque probant ex l. fi. ff. de calumniatorib. & l quamuis, la 1. iũcta gl. verbo quæstionibus, C. ad l. Iul. de adulterijs, & l. quicunque iuncta gl. ver. oportet, C. de seruis fugitiuis: quæ iura in id ipsum afferuntur à Paz in sua praxi to. 1. p. 5. c. 3. §. 12. nu. 11. & à Doctore Simanc. de cath. institu. tit. 65. nu. 18. Ex quibus (inquiunt) oritur stylus, qui communiter obseruari consueuit in praxi, vt actor siue accusator, aut ipsius aduocatus in scripto vulgo dicto, *de bien probado*, inter alia dicat, delictum & intentionem suam plenè esse probatam, quia nempè testes sunt contestes, omniq; exceptione maiores, & quod casu negato, quod delictum non sit plenè probatum, cum ipsum sit probatum semiplenè: reus pro veritate eruenda torqueatur. Sed quamuis hoc ita sit, idque communiter obseruetur in praxi, contraria † tamen sententia est verior, & tenenda, nempe, quod tormentum præstari potest reis, etiam ex iudicum officio solo, & parte aduersa illud non petente: licèt non in omni causa, nec pro quolibet delicto, vt dicemus statim. Pro cuius resolutione, sequentes statuo conclusiones.

Pri-

Prima Conclusio.

15 Non in † omni causa, nec pro quolibet delicto, tormentum præstari debet rei, sed tantum in causis grauibus, & delictis atrocibus. Hæc conclusio incunctanter tenetur ab omnib. iurisperitis, fuitque expressum olim edictum Augustini Cæsaris, vt habetur in l. edictum ff. de quæstionibus, vbi dixit, quod quæstiones nec semper, nec in omni causa, & persona desiderari debent, sed cum capitalia & atrociora maleficia, non aliter quam per ipsas inuestigari, & explorari possũt. Qua de re videndus est Ant. Gom. tom. 3. variar. cap. 13. num. 2. vbi de tormentis in communi verba faciẽs dicit: quod non semper, nec in omni causa, & delicto tortura reis debet imponi, sed tantummodo in graui, & atroci, ex quo veniat imponenda pœna mortis, aut saltim corporalis: secus est autem in causa, vel delicto leui, ex quo non imponenda veniret pœna mortis, nec corporalis, sed tantum pena exilij, vel pecuniaria: quia tunc maior esset torturæ pœna, quã illa, quæ speratur pro delicto imponi: quod contra omnem esse videtur rationem. Videatur etiam ea de re Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. fin. q. 64. nu. 4. vers. præterea debet iudex vbi id ipsum dicit. Et Simancas lib. de cathol. inst. cap. 65. nu 62. & 63. & Paz in sua prazi tom 1. par. 5. cap. 3. §. 12. à num 32. cum sequentibus, & nouissimè Farinacius tom. 1. tractatu de indicijs & tort. quæst. 38. nu. 6. & quæst. 42. à num. 1. cum sequentibus, vbi argumentum hoc latissimè prosequitur, plures referens casus & causas, in quibus potest aut non potest: nec debet præstari tormentum reis: quæ videri poterunt ibidem. Sed quia vt dicunt Doctores supradicti omnes, hisce in rebus non certa potest tradi regula, omnes in vniuersum obtestor iudices, atque prælatos, vt habeant præoculis, illam quam tradit D. August. & refertur in cap. non afferamus 24. q. 1. vbi ad certum quoddam propositum cum iudicibus agens inquit: cuncta esse pensanda perpenso iudicio, & prout quæque res postulat statuendum: & quod in hisce rebus, nec seueritatis, neque clementiæ gloria est affectanda: Debent † igitur iudices, atque Prælati exactè 16
considerare personarum, criminum, & indiciorum qualitatem, nec leuiter moueri ad extorquendos reos: quum verò non prius id ipsum facere debent, quàm id fieri expressè iura ipsa permittant. Insuper & considerare debent, quod in grauioribus, & atrocioribus criminibus, maiora, & grauiora tormenta, quam in leuioribus, reis sunt adhibenda, quæ est expressa sententia Baldi in l. decuriones, C. de quæstionibus, vbi dicit,
quod † maiora indicia, maioribus 17
tormentis sunt purganda: & quod leuia sola tormentorum comminatione debent elidi. Aduertant prætera iudices atque prælati, quod aliter sunt torquendi serui, quam liberi: fortes, quam timidi: iuuenes quã senes: robusti, quam debiles: humiles quam honesti: nobiles quam ignobiles: religiosi (in casu quo etiã rarissimè torquendi sint) quam sæculare: nam illi clementius, isti durius torqueri debent. De quibus videantur Doctores supra citati, vbi plura, eaque notatu dignissima ad hoc propositum licebit adinuenire, quæ breuitati consulendo facio missa.

Secunda Conclusio.

Tormentum † etiam absque petitione aduersæ partis, ex iudicis officio in defectum probationum rei præstari potest, & in quam pluribus casibus, id ipsum

ipsum iudices facere tenentur precisè. Hanc sententiam tenet Anton. Gomez loco vbi supra nu. 22. & Paz loco etiam vbi supra num. 11. Qui præfatus Antonius Gomez, quamuis dicat contrariam sententiam forsan habere locum quando proceditur per viam accusationis (tūc enim accusatore id non expostulante, non rationi videtur consonum, quod reus torqueatur) ipse tamen indistinctè credit & tenet, quod siue iudex procedat per viam accusationis, siue verò per viam inquisitionis, reus potest (imò & debet) quandoque causa id exigente, & ceteris concurrentibus, absque petitione partis, ex solo iudicis officio extorqueri, id quod & tenet expresse Simancas vbi supra num. 19. & ratio est nam accusatoris negligentia, siue imperitia, Reipublicę damnosa esse non debet. Quo fit cum plurimum Reipub. intersit, ne delicta maneant impunita (vt iam sæpissimè est dictum) iudex ex officio suo absque petitione partis, reum possit pro veritate eruenda extorquere. Quibus omnibus accedit, quod qua ratione iudex ex officio suo in fauorem Reipub. potest contra reum accusatum, nouas quærere probationes, vt habetur expressè in l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. & in l. 2. ff. de adulterijs, § si publico, ita etiam & poterit ex officio suo, parte etiam non petente, eundem reum pro veritate eruenda torquere: aliàs enim faciliter daretur facinorosis ansa delinquendi, & accusatoribus materia præuaricandi, & pretio vel precibus ab accusatione desistendi. Nec rationi consonum videtur, vt omissio partis, Reipublicæ præiudicium pariat, vt habetur in l. transigere, C. de transactionibus. His etiam accedit, quia licèt in libello id ab accusatore expressè non petatur, † petitur saltim implicitè, quando accusator interpellat iudicem, vt sibi iustitiam administret, vbi virtualiter, & implicitè, expostulare accusator videtur, tormentum reo ipsi in defectum probationum exhiberi, & fieri omnia alia sine quibus iustitia administrari non potest. Idem ergo & propter eandem rationem, dicendum est, quando iudex procedit via inquisitionis: nam tunc ipsa infamia, quæ præcessit, & quæ (vt pluries iam diximus) vicem habet accusatoris, quasi implorare officium iudicis videtur, vt deficiente legitima probatione, ipse ex officio suo faciat quidquid expediens sibi videbitur, pertinere ad talis delicti punitionem. Vnde fit, quod tunc etiam iudex ex officio suo, causa id exigente, & nulla parte id petente siue expostulante, reum potest extorquere.

19

ARTICVLVS III.

Vtrum astantibus veris, & legitimis probationibus, reus possit extorqueri?

CIRCA hanc difficultatem est peculiaris opinio, & sententia nonnullorum Iurisconsultorum, qui sequuti Bald. in l. obseruare, C. quorum appellatio. nō recip. nu. 6. dicūt quod etiam † existē- 20
tibus legitimis probationibus, rei extorqueri debent, ad hunc effectū vt si confiteantur, non sit locus appellationi, seu appellare non possint, cum iuxta iuris regulam quæ habetur in l. 2. C. eod. tit. conuictus simul & cōfessus, non auditur † appellās. Hæc 21
doctrina originalis est Baldi loco citato, & in l. 1. n. 9. C. de iuramēto calumn. vbi difficultatem hanc hinc inde arguēdo pro, & contra excitat: ac tandem concludit se credere, quod iudices sic faciendo bene faciant, quando de maleficio plenariā

habent

habent certitudinem, & maximè in atrocibus delictis, in quibus licitum est iura transgredi, vt obuietur, ne per calumniam appelletur: & Baldū multi Iurisperiti præsertim crimina lidæ sequuntur, vt tradit Feller. in sua practica crimin. ca. 31. verb. tormentis mox subijciatur, vbi & hāc sententiam procedere dicit non so-
22 lum de † iure ciuili, verum etiam & de iure canonico, quando scilicet iudici constat delictum verè fuisse commissum, & sententiam proferendam fore iustissimam, & illius executionem per calumniosam appellationem differendam: tunc enim (inquit) benefacit iudex Ecclesiasticus, ad hoc vitandū inconueniens quam maximum, reos torquendo non obstante quod fuerint conuicti. Huic sententiæ adhærere etiam videtur Couarru. in pract. quęst. c. 23. n. 5. vers. huic sanè iudices. vbi in id ipsum ponderat supradictam l. obseruare curabis. C. quorum appell. nō recip. vbi de mente Nauarri in in cap. inter verba 11. quæst. 3. co. rol. 64. ad finem dicit hanc opinionē valde esse æquam, ac licitè posse admitti, quoties iudex ex circunstantijs reum viderit ita esse conuictum, vt iniquè, & per calumniam ad effugiendam sceleris punitionem non velit confiteri. Et licèt ob frequentem iudicum in puniendis criminibus audaciam, sæuitiam, facilitatem, seu potius temeritatem Baldi sententia simpliciter non admittatur ab omnibus, quin verò potius, vt falsa frequenter reputetur præsertim cum iudex non ex alia causa cōuictum reū torquet, quam vt ab eo appellationis suffugium auferat. Nihilominus tamen multi iurisperiti illam approbant, & practicari quandoque (etiamsi rarò) in publicis sceleratorum hominū punitionibus dicunt conuenire, præsertim quando crimina sūt enormia, & grauissima. Qua de re videatur Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 13. nu. 22. & Iul. Clar. lib. 5 senten. §. fin. quæst. 64. n. 7. & Paz in sua praxi tom. 1. p. 5. cā. 3. §. 12. num. 8. & nouissimè Farin. tom. 1. tit. de indicijs, & tortura, quæst. 40. num. 9. vbi prædictam difficultatem luculenter tractat. Sed nihilominus prędicta Baldi sententia non tenetur, quin verò communiter reprobatur à Doctoribus. atque ita in contrarium, sequens statuitur conclusio.

Conclusio.

A Stantibus † veris, & legitimis probationibus: rei nullatenus possunt, aut debent 23
extorqueri, nisi forsan in aliquo raro casu. Hæc conclusio ferè est omniū DD. cōmunis resolutio, de qua videndi sunt Doctores supra citati. Cuius etiam ratio in promptu est,
quia torturæ † remedium, vt com- 24
muniter dicitur, est subsidiariū, hoc est, adinuentum in subsidium, & defectum probationum: ex quo proinde sequitur, quod quando delictum plenè fuerit cōprobatum legitimis probationibus, ipsum non habet locum, nec rei nulla ratione possunt, aut debent extorqueri. Quod torturæ remedium sit subsidiarium, nec adhibendum sit, nisi in casu quo aliter veritas haberi nō potest, tenet expresè Farinacius vbi supra, quæst. 38. num. 4. & quæst. 40. num. 3. & probat illud expresè textus in l. edictum, ff. de quæstionib. Cuius sunt hæc, quæ sequuntur expressa verba. Quęstionem nec semper in omni causa & persona considerari debere arbitror: sed cum capitalia, & atrociora maleficia, nō aliter explorari, & inuestigari possunt, quam per seruorum quæstiones. Facit & ad idē textus, in l. Diuus Pius, ff. eodem titulo. Cuius etiam sunt quæ

sequuntur verba. Sed si aliter veritas inueniri non possit nisi per tormenta, habere licet quæstionem, vt Diuus Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Facit & l quoties eodem titulo ibi, si alijs probationibus veritas illuminari non possit. Per quæ supradicta iura omnes fere Doctores communiter supradictam nostram tenent conclusionem, & dicunt quod vbi delicti legitimæ adsunt probationes, quæ reum conuictum reddant: nullo modo iudex contra ipsum ad torturā potest, aut debet deuenire: quin verò, & multi Doctores dicūt esse fatuum iudicem, qui reum iam conuictum extorquet: & quod qui astantibus legitimis probationibus facit id ipsum, præterquā quod mortaliter peccat (& quidem grauissimè) in syndicatu, & residentia tenebitur ad damna & interesse, vt habetur expressè, in quam pluribus legibus, quas refert Paz vbi supra numero 8. & Anton. Gom. num. 20. & Farinacius vbi supra num 4. omnes enim isti, agendo de tortura præstanda reis, expressè dicunt id tunc & non aliter fieri debere, quando delicta sunt grauia & atrocia, & non alio modo, quam per torturam explorari aut inuestigari possunt. Ex quo planè à contrario sensu colligitur, quod si aliter explorari, aut inuestigari possunt; tortura non habet locum, & multo minus quando legitimis testibus comprobantur, seu possunt comprobari. Quod in tantum est verum, vt dicant multi grauissimi Doctores, de quibus infra sumus dicturi, quod si astantibus veris & legitimis pro-
25 bationibus, † reus de facto torqueatur, & delictum neget: eiusmodi legitimæ probationes statim eliduntur, & eneruantur: ita vt ex eis haudquaquam possit condemnari, quin verò debet absolui, iuxta textum in l. edictum, ff. de quæstio. Sed circa hoc, an propterea legitimæ probationes elidātur & eneruentur, magna est lis, & controuersia inter ipsos iurisperitos; affirmantibus quibusdam, negantibus verò alijs: de qua controuersia, vt nedum omnia simul dicuntur confundantur, dicemus infra. Pro nunc sufficiant superius dicta, & consulantur DD. supra citati, sed maximè Couarru. in pract. quæst. capit. 26. num. 5. vbi ponit quosdam casus speciales, in quibus reus etiam conuictus, potest & debet torqueri: qui videri poterunt ibidem.

ARTICVLVS IV.

Vtrùm non astantibus legitimis indicijs, tormentum reis præstari possit; & an sola indicia in id ipsum sufficiant?

PRO huius articuli intelligentia, ne in æquiuoco laborare videamur, vt etiam paremus viam de ea, quæ in subsequentibus sunt dicenda, dicamus oportet, seu potius in memoriam reducamus, nonnulla, quæ in præcedentibus aliqualiter sunt iam dicta: nempè quid, & quotuplex sit probatio, quid indicium, præsumptio, fictio, coniectura, suspicio: quid argumentum, signum, adminiculum, dubitatio & opinio, & quomodo hæc inter se conueniant aut differant: scire vt possint iudices, atque prælati, qualiter in hisce rebus, ab eisdem sit procedendum. De quibus omnibus sequentia ponuntur notabilia.

Et primo de probatione in communi agendo dico, quod ipsa (vt tradit Mascard. lib. 1. de probatio. concl. 2. num. 1. & sequentibus) variè à Doctoribus diffinitur, seu

seu potius describitur. Nam Accursius in Rubric. C. de probatio. & Azor, & Hostiensis dixerunt: Quod probatio † nihil est omninò aliud, quam rei dubiæ per argumenta ostēsio. Quæ quidem diffinitio licet impugnetur à Baldo, tamen non displicet alijs, quin verò illam defendunt quamplurimi. Et si ea non placet dicere possumus cum Abbate, in eadem Rubric. C. de probat. quem multi sequuntur Doctores; nihil aliud esse probationem, quam extrinsecam rei dubiæ demonstrationem per modos à iure statutos. Alij dicūt cum Gotfredo, probationem esse rei dubię ostensionem, per testes vel instrumenta: & plerumque per indicia, & præsumptiones alij cum Baldo in dictam Rubr. C. de probat. dicunt probationem esse fidem veri, legitimis modis & temporibus factā, causæ cognitori. Hæ communiter afferuntur probationis diffinitiones, seu potius descriptiones in communi, vnusquisq; in suo sensu abundet: etenim ad iudiciariam praxim parum vel nihil referunt diuersæ rerū diffinitiones, siue descriptiones, dū tamen veritas ipsa afferatur, & perspiciatur. Et supradicti omnes non multum inter se differunt, quin verò quilibet teneri optimè potest. Cuius quidem probationis in cōmuni Iurisperiti Doctores, plures † etiam afferūt species, ipsamq; distinguunt diuersis modis: probationem omnem reducendo quidam ad quinque modos, videlicet ad testes, scripturā, iuramentum, confessionē, & oculorū inspectionē: alij verò ad 6. nēpè ad euidentiam facti ad famā, præsumptionem, iusiurandum, testes instrumenta: alij autem ad 7. nempè ad testes, scripturam confessionem, euidentiā facti, iuramentū, præsumptionē & famā. Alij ad nouem probationum species, contentas subsequentibus carminibus quę posuit Hostiēsis.

Aspectus, sculptum, testis, notoria, scriptum:
Iurans, confessus præsumptio, fama probabit.

Sed Baldus in supradictam rubric. C. de prob. probationum species omnes, decem esse voluit; nam primò dicit probari posse rē p instrumenta, secundò per testes, tertiò per confessionem, quartò per iurisiurandum; quintò per rem iudicatam, sextò per rei eiusdem euidentiam, septimò per euidentem opinionem, octauò per rationem naturalem, nonò per rationem coniecturalem, ac tandem decimò & vltimò, per hominis coniecturam. Sed Speculator in titulo de probat. §. videndum, (vt nihil supersit dicendum) probationem omnem in communi ad duodecim probandi modos redegit. Nempè ad testes, confessionem, instrumenta, euidentiam facti, præsumptionem famam, iuramentum libros antiquos literas in lapidibus sculptas, sigillum, denunciationem communem opinionem, & indubitatam indicia. De quibus omnibus videatur latissimè Mascard. loco vbi supra, & Farinac. tractat. de indicijs, & tortura quæst. 36. à num. 1. cum sequentibus latissimè. At non habito respectu ad speciales probandi modos, sed prout ad præsens nostrum attinet propositum, omnis in vniuersum † probatio est duplex, alia plena, alia verò semiplena, iuxta textum in l. 3. §. eiusdem quoque & ibi glossam verbo speciem, ff. de testib. Plena dicitur probatio illa, quæ tantam facit fidem quantam ad finiendam controuersiam sufficit. Semiplena verò, per quam rei gestæ fides aliqua fit iudici, non tamen tanta, vt iure eam debeat inferenda sententia sequi. Multi iuris periti Doctores, probationes species supradictas, adhuc subdiuidunt in alias, atque 28

alias, sed nobis in votis nō est amplius in hisce rebus immorari, vtpotè quæ non ita nostræ professionis sunt propriæ, videatur de hoc Mascard. vbi supra à num. 1. cum sequentibus vsque 17. & Farinac. etiam vbi supra tit. de indicijs, & tortura quæst. 36. à numero 4. vsque 26. latissimè.

Secundò dicamus oportet, quid nam sit indicium? & omissis pluribus, quæ circa hoc à Doctoribus circunferuntur, dico primo, qđ † indi-
29 cium est signum alicuius maleficij commissi, vel alterius rei de qua agitur. Quę difinitio esse videtur Ioannis Andreæ in additionibus ad Speculatorem. tit. de probatio. §. fin. ver. item per indicia dum dixit, indicium est notabile signum maleficij, vel alterius rei ad ipsius veritatem habendam. Sed Baldus in l non hoc C. vnde cognati num. 1. vers. est enim indicium, dixit: Indicium esse coniecturam ortam ex probabilibus sed non necessarijs, à quibus veritas potest abesse, sed non verisimilitudo, quæ quandoque ita iudicantis mentem perstringit, vt cogat iudicis cōscientiam secundum eam iudicare. Quam Baldi diffinitionem, sequitur Felin. in cap. in præsentia de probationib. nu. 8. Sed certè dum Baldus dicit, quod ex indicio quandoque iudicis conscientia cogitur ad sic iudicandum, sumpsisse videtur potius indicium pro præsumptione iuris, quam pro proprio indicio, qđ ex sua natura à præsumptione differt, vt statim dicemus. Qua propter omissis alijs indicij diffinitionibus, quæ hic communiter à Doctoribus circunferuntur, cum ipsum secundum suam propriam etymologiam, ab indicando, siue demonstrando dicatur, iuxta l. qui vas, §. qui furem, ff. de furtis, breuiter dico, quod indicium quantum ad præsens nostrum attinet propositum, est demonstratiuum quoddam adminiculum ad veritatem indagandam, & quoddam signum informans animum iudicis, ad aliquid suspicandum: quæ omnium optima esse videtur definitio, siue descriptio quamuis, & aliæ contemnendæ non sint, quia licèt per diuersa verba, omnes tamen ad eundem tendunt effectum.

Indicij prædicti, Doctores Iurisperiti plures † afferunt diuisiones, & 30
distinctiones. Et primo dicunt, quod indicium aliud est dubitatum, & non plenum, aliud indubitatum & plenum. Quæ distinctio est Baldi in l. ea quidem, C. de accusationibus, num. 8. quem omnes sequuntur cōmuniter scribētes, vt dicit Mascard. lib. 1. de probationib. concl. 15. num. 9. Et indubitatum & plenum esse dicunt: Illud quod ita arctat mentem siue animum iudicis, vt omninò credat id, cuius est indicium, nec se possit in contrarium inclinare. Quod sub alijs verbis dixit Baldus loco vbi supra, asserendo: Indicium indubitatum & plenum, esse demōstrationem rei per signa sufficientia, per quę animus in aliquod tāquam in vero, & proprio existēte quiescit, & plus inuestigare non curat. Indicium verò dubitatum & non plenū, sed semiplenum, esse præsumptionē mouentem animum iudicis, ad aliquid credendum, vel discredēdum: sed nō ita vt in eo iudicātis animus conquiescat. Quorum exempla videre qui voluerit consulat Farinacium titulo de indicijs, & tortura q. 36. n. 50. & quæst. 52. num. etiam 50. & nos aliqua diximus supra q. 7. art. 4. dum ageremus, vtrum indicia ad ineundam particularem inquisitionem sufficiant: & aliqua etiam afferemus infra. Solum generaliter oportet aduertere, quod quando reperitur aliquod indicium à lege approbatum, rectè illud dicitur indubitatum & plenum. Cuius est exem-

exemplum in l. si qui C. de adulteriis,& plura affert Farinac. supradictus in tit. de reo confesso & conuicto,quæst.86.à num.52.cum sequẽtibus. Dico etiam,quod quando cõtra aliquem inquisitum, plura insurgunt dubitata indicia,& non plena, ex eorum multitudine bene resultat vnum indicium indubitatum & plenum: vt dicunt omnes communiter Iurisperiti,sed præsertim Farinac. loco vbi supra dicta quæst. 37. num.41. cum sequentibus. An verò ex ipsis reus tormentis subijci possit,aut propter illa damnari, tractat etiam ibidẽ, & nos dicemus de hoc infra.

Prædictorum indiciorum, † aliã etiam afferunt diuisionem Doctores Iurisperiti, dicendo, quod aliud est proximũ, aliud verò remotum. Proximum dicitur, quo posito criminis ponitur effectus, & quo remoto, illius remouetur effectus. Seu vt alij volunt, quod tangit negotium,& delictum ipsum, & respicit veritatem rei,siue delicti, immediatè per sensum visus, vel auditus:iuxta subiectam materiam. Remotum verò indicium est, quod nõ respicit immediatè veritatẽ rei, aut delicti,& quod non tangit negotiũ, sed eiusdem circunstantias. Qua de re videatur Farinac.loco vbi supra, quæst.36.à n.44. cum sequentibus, & latius quæst. 37.à num.42.non enim per tempus licet hisce in rebus amplius immorari.

Supradicta etiam † indicia, alia sunt leuia,alia grauia:alia verò grauissima. Quod specialiter tradit Iulius Clarus li.5.sentent.§.fin. quæst. 20.num.1.quorum constituens exẽpla,inquit,ea esse indicia leuia, quæ sufficiunt ad capturam,vel etiam ad inquirendum: hoc est ad sumendas informationes super aliquo delicto. Grauia verò, quæ sufficiunt etiam ad transmittendam inquisitionẽ absenti, & ad torquendum ipsum suo tempore. Grauissima autem quę sufficiunt etiam ad condemnandũ. Sed hæc leuium indiciorum, grauium, atque grauissimorum declaratio, & diffinitio,non placet multum aliquibus Iurisperitis, pro eo quod potius respiciat eorundem effectum,quam substãtiam,siue essentiam,& datur, (vt dicunt dialectici) à posteriori, nõ verò à priori: præterquam quod non ita tale constat, an ex solis indicijs (vtcumque grauibus) quispiã possit damnari. Vnde melius esse dicunt dicere: Indicium leue esse illud cui facile, & frequenter contingit veritatem abesse: graue verò, cui non facile, neque frequenter contingit veritatem abesse: grauissimum autem cui frequentissime & fere sẽper cõtingit veritatem adesse. Quod sub alijs † verbis dicunt quidã:indi- 33
ciorum,aliud esse simplex, aliud vrgens,aliud indubitatum:ita vt idem polleant, simplex ac leue, vrgens & graue,indubitatũ,& grauissimũ. Inter quę supradicta indicia dicũt, qđ illa,quæ colliguntur, & sũt probata ex propria rei ipsius confessione grauiora esse censentur alijs, vt tradit Baldus in l. vnica,ff. de confessis, & Mascard.lib.1. de probat.concl.15. num. 13. Videatur etiam hac de re Farinacius vbi supra quæst.36.à nu. 49. vsque 57. vbi in sequenti num. 58.cum sequentibus vsque 63. plures alias affert indiciorũ distinctiones, siue diuisiones, dicendo: Aliud esse necessarium, † aliud credibile, 34
seu vero simile: aliud verò non repugnans. Et præterea,quod indicia alia sunt facti, alia iuris. Et rursus, † alia iuris tantum alia hominis: 35
alia iuris & de iure, & declarat quid horum sit vnum quodque, à quorum tractatione consultò supersedeo breuitati studens, videantur ibidem.

Tertiò dicamus oportet, quid sit

præsumptio: quæ etiam variè à Doctoribus definitur, siue describitur.
36 Quidam enim dicunt, quod † præsumptio est conceptus causatus in mente, ex aliqua probabili coniectura. Alij dicunt præsumptionem esse cognitionem veritatis rei, ex circunstantijs resultantem, seu ratiocinationem veritatis à verisimili sumptã. Quam diffinitionem tradit Bald. in Rubr. de probationib. in principio num. 4. & refert illam Mascard. lib. 1. de probationib. concl. 10. num. 8. & 13. vbi dicit, quod præsumptio semper debet esse proxima veritati: qua etiã ratione verisimilitudo semper appellatur in iure, iuxta cap. constitutus de testam. & addit quod de natura præsumptionis est, semper abhorrere ab irrationabili, & inuerisimili. Sed his omissis pluribusque alijs, quæ hac de re à Doctoribus communiter afferuntur, de quibus videndus est Farinacius vbi supra à n. 67. cum sequẽtib. latissimè, quam maximè, mihi placet illa præsumptionis definitio, siue descriptio, quã adducit Simanc. lib. suo de cathol. instit. tit. 50. qui totus est de præsumptionibus nu. 4. desumpta à præsumptionis eiusdem etymologia. Inquit enim, quod præsumptio dicitur, à propositione, præ, quæ significat ante, & dictione, sumptio: & sic quod præsumptio nihil omninò aliud quã ille conceptus animus, quo ante probationes legitimas aliquid pro vero sumitur. Quam etiam definitionem refert & approbat Menoch. lib. 1. pe præsumptio. quæst. 7. nu. 4. & Mascard. lib. 1. de probat. concl. 10. num. 1. cum sequentibus, vbi etiam refert varias verbi huius præsumere, significationes, quas breuitatis causa facio missas.

37 Huius etiam præsumptionis, † Doctores plures afferunt diuisiones siue differentias, quarum prima & principalis est vt, alia sit iuris, alia hominis: alia etiam iuris & de iure. De quibus videndus est Bald. in Rubr. C. de probatio. num. 4. & in l. ea quidem, C. de accusat. num. 5. & Menoch. lib. 1. de præsumptio. q. 2. n. 3. & 11. & Mascard. lib. 1. de probat. concl. 10. num. 17. cum sequentib. Præsumptio iuris est: Similitudo quædam sufficiens ad rem dubiã de qua creduntur credenda: vt dicit Baldus vbi supra. Seu (vt alij volũt) est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quæ alio non adducto pro veritate habetur. Alij dicũt, † quod præsumptio iuris est, quando 38
lex aliquid presumit, & vlterius non procedit aliquid statuendo: iuxta textum in l. pactum, ff. de pactis, & in l. Quintus Mutius, ff. de donatio. inter vir. & vxor. & in l. 1. C. ad exhibendũ & l. 1. siue possidetis, C. de prob. Tãdẽ dicunt alij, præsumptionem iuris esse, cũ aliquibus positis, verisimiliter & probabiliter, non autem necessariò sequitur qd intendimus. Quod tenet Fabius lib. 5. instit. orat. cap. 9. quæ etiam diffinitio refertur à Menoch. libr. 1. de præsumptio. quæst. 4. num. 1. à qua etiam non multum discedit Baldus in Rubr. C. de probat. dicens, iuris præsumptionem esse applicationem animi legislatoris ad verisimile, onus probandi in aliũ transferens. Supradictæ omnes presumptionis iuris diffinitiones sunt bonæ, tenduntque ad idem: quisque quam voluerit eligere poterit.
Præsumptio † verò hominis, secundum Baldum in l. ea quidem, C. de accusationibus num. 4. est conceptus causatus in mente alicuius ab aliqua probabili coniectura. Alij volunt hominis præsumptionem esse illam, quæ à iure expressa non est, sed iudici committitur, vt inspiciat quid sibi videatur iuxta l. minor 25. annis, ff. de minoribus, & l. verum, ff. de donationibus inter vir & vxor. & l. ob carmen, §. testes, ff. de 39

testi-

testibus. Quæ diffinitio satis placet Menoch. loco vbi supra, quæst. 5. numero 4. cum sequentibus, vbi ponendo differentiam inter præsumptionē hominis, & præsumptionem iuris dicit: Quod iuris præsumptio sic appellatur, pro eo quod à iure siue à lege approbata reperiatur. Hominis vero præsumptio dicitur, quando nullo iure approbata, siue confirmata reperitur. Quod etiam satis placet Baldo, in Rubr. C. de probat. in fine, & in Rubr. de præsumptio. num. 3. quem etiam sequitur Felin. in capit. quanto eod. tit. Non enim (inquit) potuit lex approbare præsumptiones omnes, quas faciunt homines, cum sint multæ, & variæ, atque ex varijs causis soleant exoriri, qua quidem ratione non incongruè dicunt Doctores, esse eas in iudicis arbitrio positas, nec de illis dari posse certam regulam, aut doctrinam. Hoc tñ improbare nitit Sarmiento, li. 1. select. c. 1. n. 9. dicens nullā dari hominis præsumptionem, quæ non ēt nitatur aliqua lege, siue iure, quod probat multis. Sed certè ipsius obiectio nulla est, & ei rñderi pōt, quod quamuis hominis (& maximè iuris prudētis præsūptio) semper regulata esse debeat iure, siue aliqua lege, hoc tñ distat inter præsumptionē iuris, & præsūptionem hominis, q̄ presūptio iuris sit omninò illa, quæ in lege est scripta: hominis verò quæ in lege scripta nō reperitur, etsi a lege & rōne minimè discrepare debeat: quin verò cū eisdē esse debeat regulata. De his omnibus videatur Farin. loco vbi supra, à nu. 86. cū seq. vsq; 100. non enim per tempus licet omnia simul dicere, aut expedit aliorū libros siue membranas transcribere. Quapropter ad præsumptionem iuris, & de iure deueniendo, breuiter, & resolutiuè dico, quod † præsumptio iuris & de iure, secundum Bald. in d. l. ea quidem, de accusat. num. 6. est statuta à iure promulgatus, & in dubia coniectura, per textum in l. cum ostendimus, §. fin. ff. de fideiussoribus, secundum verò Alciatum, in tractatu de præsumptio. par. secunda, numero 3. est dispositio legis aliquid præsumens, & super præsumpto tanquam sibi comperto statuens. Quam definitionem probant Abb. & Felin. in cap. quanto de præsumptio. Itaque vbi lex aliquid præsumit, & super præsumpto nihil statuit, nec vlterius procedit: dicitur iuris præsumptio: at verò vbi præsumit & super præsumpto aliquid statuit, & firmat pedes: tunc quidem dicitur præsumptio iuris, & de iure. Quorum exempla videre, qui voluerit, consulat DD. citatos per Farinac. loco vbi supra à numero 100. cum sequentibus latissimè: nam non vacat per tempus in tam breui compendio tot, ac tanta dicere: quam etiam ob causam missas facio plures alias præsumptionis diuisiones, quas afferunt communiter Iurisperiti DD. subdiuidentes † hominis præsumptionem: In leuem, 41 seu non vehementem, & in grauem & vehementem, quam alij vocant violentam. Et præterea, in temerariam, & probabilem. Iuris etiam & de iure præsumptionem, vt alia sit, quæ sumitur ab humanis principijs, alia quæ sumitur à principijs naturalibus: quæ & propterea vocatur naturæ præsumptio. Item, vt alia sit præsumptio necessaria: alia credibilis seu verisimilis, alia autem non repugnans. Quorum omnium definitiones, seu potius descriptiones, exēpla, iura, necnō & DD. auctoritates, quibus innituntur, probantur & fundantur, videre qui voluerit, consulat Farinac. prędictum loco vbi supra latissimè à nu. 110. vsque ad nu. 134. non enim in his amplius immorari libet.

Quarto breuiter dicamus, oportet quid

quid sit fictio, quid coniectura, dubitatio, argumētū, & alia, de quibus supra diximus. Et dico; Quod fictio
42 † secundū aliquos, nihil est omnino aliud, quā in re certa, contrarij veritatis, pro veritate assumptio, seu eius quod est possibile, contra veritatem, pro veritate assumptio facta iure. Quam diffinitionem tradit Bart. in l. si is qui pro emptore, ff. de vsucapio. vbi singulas eius particulas ponderat, explicat & declarat, sed præsertim verbum illud possibile, asserens, quod super re impossibili, cadere nō potest fictio: iuxta glossā in l. 3. ff. pro socio, & in l. Gallus, §. si eius, ff. de liber. & posth. Qua de re videatur Mascard li. 1. de prob. cōcl. 16. à nu. 1. & sequēt. & Farinac. loco vbi supra, à nu. 135. vsque 144. vbi fictionis prædictæ nouem (nec minus) adducit diffinitiones, quæ omnes cū per diuersa verba ad idem tendant, parum aut nihil refert quod veritas hoc, siue illo modo dicatur, & explicetur. Nec enim (vt dixit Iurisconsultus) in l. omnis diffinitio, ff. de regul. iuris, in iure dari potest aliqua, ita omni ex parte absoluta & exacta, quin ei aliquid addi, vel diminui possit, maximè stando in dialecticorum rigore. Huius etiam fictionis plures afferunt species. DD. Iurisperiti, dicendo quod alia est inductiua, alia priuatiua, alia trāslatiua, seu extensiua. Quarum omnium diffinitiones adducit Farinac. vbi supra à num. 145. vsque 151. & consulto à me prætermittuntur, quia ad præsens nostrum haudquaquā faciunt propositum. Et in sequenti nu. 152.
43 vsque 158. dicit quid † sit coniectura: plures etiam eiusdem afferens diffinitiones, siue descriptiones, inter quas primo loco ponit, quam tradit Bal. in l. ea quidem, C. de accusat. num. 10. dicens: Coniecturam esse acceptionem, siue reputationem veri, ex aliquo sic verisimiliter ordinato: vt (v. g.) cum per circulum hospitij, reputamus tabernam, & meretricem per habitum: iuxta l. apud Labeonem, §. si quis virginem, ff. de iniurijs. Alij dicunt, coniecturam esse, veri opinionem deductam ex aliquo signo probabili: quod certè in idem tendit. Et sic solummodo oportet aduertere, quod coniectura propriè, & in rigore † loquendo, est illa 44
quæ oritur non ex necessarijs, sed ex probabilibus. Etenim si ex necessarijs oriretur, iam non esset res dubia, sed certa: & sic contra rationem & naturam coniecturæ, quæ † sem- 45
per est de re dubia, & quæ se habet ad esse & nō esse: pro quo facit commune illud dictū quod habetur in l. cōtinuus, ff. de verb. oblig. vbi dicitur, quod in claris & expressis, non est opus coniecturis: Dicitur autem coniectura, à verbo coniecto, seu à directione rationis, quæ fit ad indagandam aliquam veritatem. Qua quidem ratione Marcus olim Tullius ad Erennium scribens, appellat statum coniecturalem, cum per aliquas Coniecturas quæritur, an aliquid sit factum, vel nō factū, coniecturæ prędictę etymologiam tradit Fabius Quintilianus, li. 3. instit orat. c. 7. & est bona, ac ideò cōmuniter à Doctoribus approbata. Qui & cōiecturam † diuidunt, in leuem, grauē, 46
& vehementem, siue violentam. Dicunt præterea, aliam esse temerariā, aliam verò probabilem. Quarum omnium diffinitiones, videre qui voluerit consulat, Mascard. lib. 1. de probat. concl. 14. n. 17. cum sequentibus, & Farinacium loco vbi supra, à n. 160. cum sequētibus vsque 171. Qui & in sequenti num. 172. dicit etiam † quid sit suspicio: & de mēte 47
Baldi, in supradicta l. ea quidem, C. de accusat. nu. 3. inquit quod est aliqualis animi applicatio ad aliquid, sed cum titubatione. Quod est dicere; quod quamuis suspicio aliqualiter

ter moueat animum iudicis, siue cu-
iuslibet aliter suspicantis; non tamẽ
in totum remouet dubitationem,
iuxta text. in l. Aquilia, §. si delictum
ad suspicionem iudicis, ff. ad l. Aqui-
liam, & l. absentem, ff. de pœnis. Plu-
ra alia in idem dicit Farinacius, quæ
per tempus referre non licet. Solum-
modo aduerto, suspicionem prædi-
ctam esse quandam probationis spe-
ciem, inducentem animum iudicis
ad aliquid credendum, non tamen
talem, vt certè & fixè eiusdem iudi-
cis animum ad vnam partem incli-
net: quin verò eum ambiguum red-
8 dit. Quo fit, vt suspicio † apud Iuris-
peritos, leue dicatur indicium, cum
ex leui argumento exoriatur. Hac
ratione Iul. Cla. li. 5. sen. §. fin. q. 20.
n. 1. verb. & huiusmodi indicia: dicit
quod quando indicia non sunt mul-
tum vrgentia, suspiciones rectè pos-
sunt appellari. Supradictę suspicionis
DD. Iurisperiti plures etiam afferũt
49 † diuisiones, siue gradus. In quorum
primo ponunt leuem, siue temera-
riam (quæ duo in iure pro nunc re-
putantur.) In secundo vehementẽ,
seu verisimilem. In tertio autem vio
lentam. Quarum primam nempe
temerariam, & leuem esse dicunt
quandam animi passionem, cum prę
cisa extremorum ignorantia, seu vt
rectius loquar, quando iudex, siue
aliquis ex leui indicio, siue argumẽ
to, animum suum inclinat in vnam
partem, sed cum dubitatione alte-
rius. Vehemens autem, seu verisimi-
lis suspicio, dicitur illa: quæ non ex le
uibus indicijs, sed ex fortioribus ori-
tur, ex quibus iudex, siue quiuis a-
lius animum suum in vnam partem
inclinat, cum modica dubitatione in
alteram: quæ & propterea propriè
appellatur opinio: violenta autem su
spicio dicitur ea, Quæ oritur ex vr-
gentibus indicijs, ita vt iudex, seu
quiuis alius, constanter, & sine du-
bitatione vni parti potius, quã alteri
adhæret. De quibus qui plura videre
voluerit consulat Farinac. vbi supra,
à dicto num. 172. vsque 192. nam
propter breuitatem, cui tantopere stu
demus, in hisce rebus amplius immo-
rari non licet.

Ex dictis constat † superque satis 50
quid sit opinio: nam vt præmissum
est, nihil est aliud: Quam vehemens,
seu verisimilis suspicio, & quidam
animi motus, cum hæsitatione ali-
quid eligentis: quod tunc fit in no-
stro proposito, cum ex probabilibus
coniecturis iudex credit aliquid ve-
rum esse, quamuis id non certo sciat.
De qua opinione videatur etiam Fa-
rin. vbi sup. à n. 193 vsq; 196 & in se
quenti 197. dicit de mente Bart. in
rubr. ff. de iuris & facti ignoran. &
in l. de statu suo dubitans, ff. de testa.
quod propriè loquendo non est ali-
quis probationis gradus, sed princi-
pium inuestigationis, certitudinis, &
fidei: nam dubitatio † est, quando 51
iudex ex deductis coram eo, dubitat
modò ad vnam partem, modò ad al-
teram, neq; ad vnam potius quam ad
aliam animum suum applicat, quod
contingit quando probationes sunt
æquales, iuxt. c. in nostra de testib.
vel quando habent aliquid obscuri-
tatis, iux. c. in præsẽtia de prob. Ete-
nim si post dubitationem iudex in-
clinare incipiat potius in vnam par-
tem, quam in aliam: tunc iam cessat
dubitatio, & intrat suspicio: quæ etiã
suspicio, si ex varijs oritur indicijs,
cessat, & intrat opinio. Ex quo planè
sequitur, quod tunc propriè iudex,
siue alius aliquis dubitare dicitur;
quando nulla adest ratio, siue causa,
ex qua magis in vnam partem incli-
netur, quam in alteram, iuxta glo. su
prad. in ru bri. ff. de iuris, & facti igno
rantia, & glos. in dicta l. de statu suo,
dubitans, ff de testa. qua etiam rõne
& dubius dicitur is, qui cum duas
habeat vias, nescit quam illarum eli
gat. De quo videatur Farinac. præ-
dictus

dictus loco vbi sup.n.197.& 198.Et in sequenti n.199. diffiniens quid sit
52 argumentum, † dicit esse aliquid quasi argutè inuentum, longéq; distare ab instrumentis & testibus, iuxta ca. forus, §. argumentum de verbo. signific at. & esse quoddam leue indicium, sed non tam leue, atque suspicio: pro quo citat Iul. Clar. lib. 5.sentent.§.fin.quæst. 20.num. 1. Et argumentum diffiniens de mente Baldi in l.ea quidem, C.de accusa.n. 9 dicit: Quod argumentum est propositio resultans, ex aliquibus existentibus ad aliquod propositum ostendendum, vel concludendum. Sed breuius diffiniri potest (vt idem dicit) dicendo, quod est plurium collatio, ad vnam conclusionem inferendam. Supradicta omnia vera sũt, sed adhuc etiam breuius & melius, diffiniri potest argumentum, dicendo cum Dialecticis, quod argumentum est oratio rei dubiæ faciens fidem.
53 Quod † & diuiditur, in probabile & necessarium: quorum primũ est, quod dumtaxat probabilitatem affert, secundum vero, quod necessitatem inducit & concludit. De quibus videatur Farina. prædictus loco vbi supra à n. 199. vsque 207. In sequenti autem num. 208. diffiniens
54 quid sit signum, † dicit de mente Augustini lib. 2. de Doctrina Christiana, & refertur in cap. signum, de consecrat. dist. 2. Esse illud quod præter species, quas ingerit sensibus, aliquid aliud à se facit in cognitionem venire. Quod quidem signum, aliud est necessarium, aliud vero non necessarium: aliud naturale, aliud non naturale, sed institutum ad aliquid significandum. Quorum exempla non à me referuntur quia peruia, & qui ea videre voluerit consulat Farinac. vbi supra, à nu. 208. vsque 212. qui & in in sequenti 213. dicit: Quod sit ad-
55 miniculum, † nempe, confirmatio alicuius rei probabilis, & distinguitur, in vehemens, & non vehemẽs, Quæ quidem adminicula, licet de se non probent, imperfectam tamen iuuant probationem: de quibus videatur etiam Farinac. vbi supra à dicto num. 213. vsque 217.

Quinto & vltimo etiam breuiter dicamus oportet, in quo omnia supradicta conueniant, siue differant? Et dico primo, esse † controuersiam 56
quam maximam inter Doctores Iurisperitos, circa semiplenam probationem, & indicium, quodnam eorum maius sit: affirmantibus quibusdam, quodlibet indicium semiplena probatione esse minus, & solũ handquaquam esse sufficiens, vt per illud ad torturam deueniatur: negantibus verò alijs: de qua differentia, & controuersia, videatur Farinacius vbi supra à num. 218. cum sequentibus latissimè, vsq; 235. Cuius vera resolutio est: Quod indicium quantumuis graue (loquor de indicio quolibet remoto) semper est minus, & minorem effectum habet, quam semiplena probatio, quæ est vnius testis de visu omni exceptione maioris. Qua in re pro nunc nolo amplius immorari, quia de hoc iterum redibit sermo infra, in particularibus difficultatibus, quæ mouendæ sunt à nobis. Differt † etiam indicium à præ- 57
sumptione & est minus ipsa: Quia præsumptio probat absque eo, quod probetur, & est probatio nõ probata (secundum iuris DD.) at indicium, est probatio quæ non probat, nisi probetur, iuxta l.fin. in principio, ff. de quæstionib. Præterea præsumptio tangit directè factum probandum, indicium verò non tangit illud directè, sed indirectè. Quibus nihilominus non obstantibus, non desunt qui dicant contrarium, & quod indiciũ sit aliquid maius, quam præsumptio. Cuius rei rationem reddunt: Quia præsumptio est cognitio resultans ex pluribus circunstantijs. iuxta cap. ex stu-

studijs, de præsumptionib. at indiciū est quoddam intellectuale veritatis eliciendæ signum, ex aliqua particulari circunstantia, iuxt. l. indicia, C. de rei vindi. Sed certe istæ duæ opiniones facili negocio concordari possunt, dicendo quod prima opinio, procedit in præsumptione iuris, quæ est magis quam indicium, secunda verò in præsumptione hominis, quæ est minus. Vel dici potest, quod prima opinio procedit in indicio leui, & non sufficiente ad torturam: secūda verò, in indicio graui, ad torturam sufficiente. Videatur hac de re Farin. vbi supra à nu. 236. vsque 239 qui & in sequenti 240. dicit, indiciū
58 † differre etiam à suspicione, tanquā causa à causato, quia nempe ex indicijs oritur suspicio, & iudex, siue quilibet alius, ex indicijs in suspicionem venit.

Postmodum verò à nu. 241. cū seq. vsque 263. pergit constituere differentiam, quæ est inter præsumptionem, & probationem & fictionē & suspicionem: & distinguit coniecturam à semiplena probatione, & plura alia dicit, quæ per tempus referre non licet, nec verò expedit vt credo cum iam superque satis id ipsum cōstet ex supradictis: & quia vt latissimè probat idem Farinac. à dicto nu. 263. vsque in finem totius illius quæstionis, supradicta omnia, indicium, præsumptio, & reliqua, de quibus sermonem modò fecimus: in iure & à Doctoribus promiscuè sæpissimè accipiuntur, & vnum pro alio ponitur: vocando indicium præsumptionem, quandoque etiam suspicionem, coniecturam, argumentum, adminiculum, & circunstantiam, & è contra: atque adeò cum ita confundantur, non est cur in constituēda eorundem conuenientia, aut differentia amplius immoremur: maximè cum tot ac tanta supersint dicenda. Prædictis igitur sic præmissis, vt proposito articulo directe fiat satis, sequentes statuo conclusiones.

Prima Conclusio.

Certissimum est † & omni dubio procul, quod non astantibus legitimis indicijs, tormentum reis præstari non potest. Hæc conclusio habetur expressa in l. 1. & l. maritus, & l. vnius, §. in eadem causa, & l. fin. ff. de quæstionibus. & in l. milites, §. oportet, l. cum cognitionaliter, C. eodem titulo, & in c. cum in contemplatione, & ibi glossa, verbo quæstionibus, de regulis iuris. Per quæ iura Doctores omnes communiter hanc tradunt pro generali regula: Quod non astantibus legitimis indicijs, tormentum reis haud quaquam præstari potest. De qua regula videatur Anton. Gomez to. 3. uariar. cap. 13. quod est de tortura reorum, à num. 1. cum sequentib. latissimè, & Iul. Clarus lib. 1. senten. §. fin. quæst. 64. quæ etiam est de tortura reorum, à num. etiam 1. cum sequentib. & Paz in sua praxi to. 1. par. 5. cap. 3. §. 12. quod totum etiam est de tortura reorum, à num. etiam 1. cum sequentib. & Mascar. lib. 3. de probation. conclusio. 1385. à num. 1. cum sequentibus, & omnium nouissimus Farinac. in tractat. de indicijs, & tortura, quæstio. 37. à numero 1. cum sequentibus latissimè, vbi & conclusionem prædictam, præter supradicta iura, probat sequenti speciali ratione. Etenim (inquit) si concessum esset iudicibus, vt non existentibus legitimis, & sufficientibus indicijs, reos possent extorquere: facilè illis esset, atque in ipsorum voluntate & potestate positum, in criminali iudicio è tortura inchoare: quod non est dicendum, cum illud tanquam iniquum, & absurdum omnia iura, tam ciuilia, quam canonica 59

nonica strictè prohibeant, vetent, atque condemnent, vt habetur in l. 1. in principio, ff. de quæstionib. ibi, & non esse à tormentis incipiendum Diuus Augustinus constituit: & in l. maritus, ff. eodem tit. ibi, nec solere à quæstionibus incipere, & in l. milites, § oportet, C. eodem titulo de quæstionib. ibi, oportet autẽ iudices in his criminibus publicorum iudiciorum, ad inuestigationẽ veritatis à tormentis initium non sumere. Idẽ habetur, in c. cum in contemplatione, de reg. iur. Id quod dicit Siman. de cathol. instit. tit. 65. n. 13. Anton. Gom. to. 3. variar. c. 13. nu. 1. & Iul. Clarus loco vbi supra, nu. 9. verb. dixit etiam, vbi tradit pro generali regula in criminali iudicio, haudquaquam esse à tortura incipiendum. Nec solum verum est, non astantib. legitimis indicijs, reos non posse, aut debere torqueri: quin verò vlterius
60 requiritur, † vt de à se commisso delicto constet, alias ad torturam deueniri non potest, etiamsi grauati ipsi sint sufficientibus indicijs. Quod habetur expresse in l. 1. §. itẽ illud, ff. ad Syll. in illis verbis, ibi: non haberi de familia quæstionem. Et tradit illud Bart. in l. fin. col. 1 in fine, vers. & ad euidentiam, ff. de quæstionibus Qua de re, & multis alijs, quæ ante exhibitionem torturæ requiruntur, videatur Iul. Clar. lib. 5. sent. § fin. q. 64. nu. 3. & Farin. vbi supra, q. 38. à nu. 2. cum sequent. latissimè, de quibus nos etiam in sequẽtib. dicemus.
61 Et modò dico, quod † qui iudex, nõ existentibus sufficientibus, & legitimis indicijs, reum aliquẽ extorqueret, in syndicatu ea de re poterit conueniri & grauiter puniri, quod habet verùm, etiã in iudice, à lege, seu ab homine, habente liberum arbitrium, in procedendo, & puniendo maleficia. Nam quamuis in tali casu, ex arbitrio suo ad tormẽta possit procedere, aliqua si extiterint indicia, per quæ ipsius animus in id ipsũ moueatur, & quod ille, qui de aliquo culpatur crimine ad ius & rõnẽ conformiter veniat torquẽdus: arbitriũ † iuris ipsius, non supplet, aut sup- 62
plere potest indiciorum defectũ: & facti quæstio posita est in iudicantis arbitrio, non autem iuris auctoritas, vt habetur in l. ordine, §. 1. ff. ad municipa. Qua de re videatur Farin. loco vbi supra, q. 37. à nu. 71. cum seq. latissimè vsque 95. vbi & prædictæ conclusioni & resolutioni, plures affert ampliationes, dicitq; illam habere † verum etiamsi iudex ipse expres- 63
sum habeat mãdatum, siue arbitriũ torquendi reum absq; indicijs: quod (inquit) nec Princeps ipse mandare potest: & quamuis illud mandet, in eo iudex non illi tenebitur obedire: & hoc etiam dicit procedere in atrocissimis delictis, & etiã in exceptis: nam & in ijs (inquit) iudices iuris dispositionem seruare tenentur ad vnguem. Et quamuis non desint contrarium, qui dicant, proposita tamẽ à nobis conclusio & resolutio est verior atque tenenda, & iuxta veriorẽ sententiam practicanda, & intelligẽda, non solum in vero, siue graui tormento, verum etiam † in leui. Nã li- 64
cet non desint, qui dicant reos nõ astantibus sufficientibus, & legitimis indicijs, grauiter non posse torqueri, posse tamen terreri, siue torqueri leuiter: contrarium tamen est verius: nam tormenti metus torturæ ipsi æquiparatur, & in iure paria sunt, cõfiteri quempiam per torturã, & confiteri torturæ metu, iuxta l. nouissimè, ff. quod cũ falso tuto, vers. quid enim. Qua de re videatur Ant. Gom. to. 3. variar. c. 13 n. 4. vers. itẽ ẽt, vbi aliquibus in contrarium propositis, prædictam nostram tenet sententiã, quod & facit Mascar. lib. 1. de probat. conclus. 352. num. 14. vbi dicit, quod sicut iudex sine præcedentibus indicijs reum non potest torquere, ita

ita nec terrere, quod eſt leuiter torquere: quod inquit ſi faciat, con-
65 feſſio † ſubſequens metu tormentorum extorta, nihil omnino operabitur. Videatur etiam hac de re Farinac. vbi ſupra à num. 96. cum ſequentib. vſque 105. vbi difficultatem hanc, multis adductis Doctorũ auctoritatibus, hinc inde exagitat, difficultat, ſiue difficilem reddit, ſed tandem dicit, quod prædicta noſtra concluſio eſt verior, rationique conformior: quamuis & eãdem poſtea aliquo modo limitare velit nonnullis in caſibus, & loquendo de diuerſis territionis modis, qui videri poterunt ibidem, nec enim vacat per tẽpus omnia dicere. Et in ſequenti nu. 306 cum ſequentibus vſque 110. dicit, concluſionem, & reſolutionem prædictam habere verum, atque procedere, non ſolum in homine libero,
66 † verum etiam & in ſeruo! nam & & iſte (inquit) Farinac. abſque legitimis & ſufficientibus indicijs non poteſt, aut debet torqueri, iuxta gloſſam in l. 1. §. item illud, ff. ad Sillan. & in l. quicunque, verbo interrogatione, C. de ſeruis fugitiuis, & in l. cum probatio, ff. de probatio. quod etiam probat multis Doctorum auctoritatibus, & ampliat hanc doctrinam, vt etiam procedat de conſenſu
67 † eiuſdem rei, nam neque id iudex facere poteſt non præcedentibus legitimis indicijs: & id ipſum ſi faciat, eiuſmodi confeſſio in tortura emanata, nulla (inquit) erit & inualida, ac prorſus nullius momenti, etiamſi ſponte millies fuerit ratificata. Quod probat per gloſſam in l. penult. ff. de quæſtionib. multiſque alijs Doctorũ auctoritatibus. Qua etiam de re videatur idem Farinac. tom. 3. quæſt. 82. à num. 1. cum ſequentibus lautiſſimè, vbi difficultatem hanc ex profeſſo tractat, & Anton. Gom. tom. 3. variarum cap. 13. num. 25. & Maſcard. lib. 1. de probat. concl. 353. nu. 1. & lib. 3. concl. 1185. num. 5. Et idea Farinac. ſupradictus in ſupradicta quæſt. 37. à num. 111. cum ſequentibus lautiſſimè, vſque 149. agit de pœna iudicis reum indebitè torquentis, abſque præcedentibus ſufficientibus & legitimis indicijs: de qua in præſentiarum omninò nihil volo dicere, cum ſit res quę proprium ſuum habebit locum, in alio noſtro libro, cui titulus de delictorum pęnis. Procedamus ad alia.

Secunda Concluſio.

SI indicia fuerint † ſufficientia, 68
& legitima, qualia ea eſſe oportet, propter illa bene rei poſſunt torqueri, dum tamen probentur legitimè. Hæc etiam concluſio communis eſt omnium Doctorum reſolutio, & ferè tradunt eam etiam pro communi & generali regula: quæ & ſatis colligitur ex ſupradictis. Etenim ſi iuxta ſupradictam in præcedenti concluſione poſitam: non aſtãtibus ſufficientibus & legitimis indicijs, rei nullatenus poſsũt extorqueri: à contrario ſenſu (cum teſte Ariſtotel contrariorum eadem ſit diſciplina) bene ſequitur, quod eiſdem exiſtentibus poterũt torqueri: quod tenent omnes Doctores communiter. Solummodo eſt inter nonnullos controuerſia, & differentia, in diffiniendo, & determinando, quænam dicantur, & dici debeant ſufficientia & legitima indicia? Circa quod dico breuiter, ex communiore reſolutione, quod † indicia ad hoc vt dican 69
tur ſufficientia, & legitima ad torturam inferendam, debent eſſe vero ſimilia, & probabilia nõ leuia aut perfunctoria, ſed grauia, aut grauiora & vrgentia, clara, & certa, meridiana luce clariora, in tantum vt iudex non ſolum ſit quaſi certus de delinquente, verum etiam nihil aliud ſibi deeſſe videatur quam propria confeſ-

ſion

dem rei confessio. Haud quidem deficit textus qui præmissa ora in substantia ferè expressè dicat: quin verò id ipsum manifestè probatur per l. 1. in principio, ff. de quæstio. in illis verbis ita vt sola seruorum confessio desse videatur. Quod etiam dicitur, in l. milites, §. oportet, & l. cum cognitionaliter, C. eod. tit. Per quę iura cō ueniunt in id omnes ferè Doctores communiter. Cuius & hanc appositissimam reddunt rationem, quia (inquiunt) cum agitur de tormento præstando alicui reo, consequenter agitur de illius salute: quin verò & de ipsius vita temporali, aut forsan æterna, si neget id quod confiteri tenetur: vnde nec mirum est, quod iura, & Doctores omnes ad reum torquendum tot, ac tanta, adeoque requisita & clara requirant indicia, & vtantur tot pręgnantibus & geminatis verbis, dicendo ea debere esse, verisimilia probabilia, non leuia, sed grauia, seu grauiora, & vrgentia, certa, & clara, & vt dicitur luce meri-
70 diana clariora. Non desunt † qui dicant, hoc haud multum esse verum, & nequaquā obseruari posse in cōmuni praxi, quia ferè nunquam daretur casus, in quo tormentum præstari posset reis: cum vix, aut nullatenus eiusmodi reperiantur indicia, ita clara certa, & manifesta, vt censeri possint, luce meridiana clariora, & nihil omnino desit, nisi sola reorum ipsorum confessio. Qui & addunt, in tali casu non esse quidem locum torturæ, sed condemnationi: nam vbi habentur probationes luce meridiana clariores, reus tāquam conuictus est condemnandus, & non tanquam indiciatus torquendus, iuxta l. fin. & l. aditos, C. de probat. & l. qui sententiam, C. de pœnis. & l. etiam fin. C. de Custod. reor. Sed certe Doctores haudquaquam rectè calluisse monstratur, quæ à nobis in proposita conclusione dicta sunt: non enim dicimus ad præstandum tormentum reis probationes requiri, certas, claras, & luce meridiana clariores: sed indicia quæ in suo genere sint talia, & apta ad plenè persuadendum, licèt non ad plene probandum delictum, & inter hoc & illud latissimū versatur discrimen: cuius differentiæ ratio in promptu est: atque ex ea constat, id quod in conclusione est dictum multum esse ad rationem conformiter, nam vt habetur in l. quæ de tota, ff. de rei vndicat. idem esse debet iuris de parte ad partem, & de toto ad totum: ergo sicuti ad reum condemnandum, requiritur, quod probatio sit certa, & clara, quin vero luce meridiana clarior, iuxta supradictam l. fin C. de probat. & cap. Epiphanium 5. quæst. 6. ita & ad torquendū similiter requiritur vt indicia supradicta in suo genere sint certa, clara & luce meridiana clariora. Addita sunt à me verba illa, in suo
genere, quia non † requiritur vt sint 71
concludentia, sicut & probatio concludens requiritur ad condemnandum: & quod iudex reddatur certus quod reus deliquit: sed sat est vt reddatur quasi certus, non quidem certus in parte: qua quidem ratione semetipsos amplius explicando dicere solent DD. quod ad torquēdum reū, indicia esse debent, non dubia nequé æquiuoca, & quæ multipliciter possint interpretari: bene tamen concludentia: hoc est delictum ex parte inferentia: & cōsequenter dicūt, quod ex ijs, quæ ex accidenti contingunt, haud quandoq; oritur ad torturam sufficiens indicium, multoq; minus ex aliquo actu, qui fit de se bonus. Nam sicut bonum, non præsumitur in malo: ita nec è contra malum de bono, vt habetur in capit. nonnulli, dist. 46. in fine. Qua de re videatur Speculator tit. de præsumptionib. §. species, numero 10. circa finem, & Menoch. consil. 283. num. 5. cum sequen.

quentibus, Mascard. lib. 1. de probationib. concl. 223. num. 3. cum sequẽtibus. Vbi supradicti Auctores multis probant, quod ex verbis dubijs, & obscuris, quæ referri possunt in bonum & malum sensum, & ex factis, quæ etiam referri possunt in delictũ, & nõ delictum, oriri nõ potest sufficiens indicium ad torturã. Videatur etiam hac de re Farin. loco vbi supra quæst. 37 à num. 5. cum sequentib. vsque 9. Qui & in sequenti num. 10. cũ sequentib. vsque 12. excitat quandam difficultatem, an scilicet supra
72 dicta † indicia ad torquendum reũ, necessariò esse debeant proxima delicto, an verò sufficiat quod sint remota? Vbi multis hinc inde petitis tandem, concludit, non necessariò requiri, ipsa vt proxima sint delicto: quin vero etiam sufficere quod sint remota, & contrarium (inquit) dicere, nec est probabile, nec in iure verum. Sequeretur enim (inquit) maximum quoddam absurdum, nempe quod rei nullatenus possent torqueri, nisi quando haberent contra se testes deponentes de visu, super ipso delicto (tunc enim propriè dicuntur deponere super indicio proximo) quod non est dicendum: quin verò quod etiamsi testes deponant super circunstantijs delicti (quæ dicunt indicia remota) si ea sint qualia ante præmissum est, sufficientes erunt, ad hoc vt tormẽtum prꝗstari possit reis, vt ex inimicitia, fuga, fama, iunctis alijs adminiculis, de quibus suo loco dicemus infra quando in particulari fiet sermo de supradictis indicijs.

Tertia Conclusio.

73 Svpradicta † indicia, ad torquendos reos, necdum esse debent qualia in præcedenti conclusione est dictum, verum & eorum singula probata per duos testes contestes, & omni exceptione maiores. Prædicta conclusio est certa, & vera, & quæ magis communiter approbatur à Doctorum & obseruatur in praxi: quamuis non desint qui dicant, ad probanda eiusmodi indicia admitti debere testes etiam non omni exceptione maiores: quin vero infames, & alias inhabiles, iuxta glossam in l. inuiti la 2. verb. sed nec pupillis, ff. de testibus. Sed quidquid de hoc sit, nam de hoc egimus in materia de testibus: quod indicia prædicta probari debeant per duos testes, tradit glossa singularis, & commmuniter recepta in lege fin. verb. vel indicijs, C. famil. ercisc. & ea de re videatur Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 13. num. 18. & Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 22. num. 1. vbi dicunt esse hãc resolutionem commmunem, & indubitatam, nullumque habere contradictorem. Videatur etiam ea de re Mascard. lib. 1. de probat. conclusio. 462. num. 18. & 19. & lib. 2. conclusio. 894. num. 2. & Farinac. vbi supra à num. 13. cum sequentibus, vsque 17. vbi multis ampliationibus conclusionem prꝗdictam illustrat: & in sequenti num. 18. cum sequentibus vsq; 29. probat supradictos duos testes esse debere omni exceptione maiores, etiamsi † indi 74
cia sint remota: quamuis (vt diximus) non desint contrarium qui dicant: ipse tamen huic adhæret sententiæ, propter rationem adductam ab Anton. Gomez loco vbi supra, quia nempe, sicut ad probandum indicium propinquum, testis vnus etiam de visu, debet esse omni exceptione maior: ita etiam & multo magis ad probanda indicia remota, testes esse debent omni exceptione maiores. Quod etiam Mascar. loco vbi supra, nec ab eo discedit Iulius Clarus loco etiam vbi supra, & quꝗst. 64. nu. 13. versic. dixi quoque. Et in

Et in sequenti nu. 30. cum seq. vsque 33. Farinacius prædictus supradictã conclusionem ampliãdo dicit, quod
75 quamuis dici soleat † in criminib. atrocissimis & exceptis non requiri testes omni exceptione maiores, sed inhabiles quandoque admitti (quod tenere videtur Iul. Clarus vbi supra, atque ita dicit seruari in praxi, quod in enormibus & atrocibus delictis, ad torturam deuenitur, etiamsi indicia non sint probata per testes omni exceptione maiores) ipse tamẽ haud credit id ipsum fieri posse, quin verò ad probanda indicia etiam remota, & quælibet adminicula, etiam in atrocissimis, testes esse debere omni exceptione maiores. Nam licèt alias in dictis criminibus testes non integri admittantur: id (inquit) intelligendum est ad principale crimẽ probandum, non tamen ad probandas circunstantias, & adminicula ipsius: quod multis probat. Et in sequenti numero 33. cum sequentibus dicit, & probat, quod ad probanda etiam indicia remota, testes non solum esse debent duo, & omni exceptione maiores: verumetiam & contestes, ita vt singulares non sufficiant: ad quod plures refert Doctorum authoritates, sed precipuè tenet hoc Antonius Gomez tomo 3. variarum cap. 13. numero 18. vbi plures alios DD. adducit in id ipsum concordantes; esseque dicit opinionem communem, & contrariam non esse veram, nec tenendam. De quo & opinione contraria, & veriori huius rei resolutione, videatur Farinacius prædictus, à dicto numero 33. vsque 42. nam non licet per tempus tanta dicere, & aliqua suis proprijs in locis dicentur infra.

Quarta Conclusio.

Ad torquendum † reum, indicia prædicta non solum debent esse talia qualia dictum est, verum & ea esse plura, nec vnum sufficit. Hæc conclusio est expressa Bartoli in l. fin. ff. de quæstio. num. 9. & loquitur de indicijs generalibus, & remotis: nam de proximis, siue propinquis delicto aliud est dicendum, de quo infra. Et Bartolum sequuntur omnes communiter DD. dicentes loquendo de eiusmodi indicijs generalibus, & remotis, ad torquendum † esse debere saltim duo, & ipsorum quodlibet per duos testes contestes probatum, vt dictum est supra. Qua de re videatur Iulius Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 64. nu. 14. versic. sed quæro quot indicia, vbi quamuis prima facie tenere videatur contrarium, & pro contraria sententia communiter allegetur, nostræ tamen reuera adhæret sententiæ. Quod, & facit Farinac. loco vbi supra à num. 43. cum sequentibus vsque 53. vbi relatis circa hoc pluribus DD. opinionibus variè hac in re loquentibus, tãdem huic nostræ adhærere videtur conclusioni, quamuis & in sequenti num. 54. cum sequentibus vsque 61. dicat eam non procedere, nec habere locũ in indicio proximo, & immediato delicto, vt puta quando vnus testis deponit de facto se vidisse Petrum vulnerantem Paulum, seu audiuisse quod mandasset eundem occidere: nam in his casibus cum testis immediatè deponat de delicto per sensum visus, vel auditus dicitur indicium proximum, & semiplenam facit probationem: quod an ad torturam sufficiat non concurrentibus alijs adminiculis, inferius à nobis est dicendum in particularibus articulis, qui ea de re fient, quibus sermo fiet de his

his rebus magis in speciali. Pro nũc dixisse sufficiat, ad torquendum indicia remota, & delicto non immediata, aut prima esse debere non vnũ sed plura, & ipsorum quodlibet probatum per duos testes contestes, vt dictum est supra.

Quinta Conclusio.

78 INdicia in † delictis occultis, & difficilis probationis, ad aliquem torquendum minora sufficiunt, & quamuis non sint ita plenè probata. Hæc conclusio est certa, & manifesta, & quæ vt credo communiter obseruatur in praxi. Nam quamuis hac in re DD. iurisperiti non adeo constanter loquãtur, quin verò quodammodo videantur partiti, atque diuisi: dicentibus quibusdam in delictis prædictis, occultis, ac difficilis probationis, posse iudicem à tortura incipere: asserentibus verò alijs, etiã in ijs indicia esse debere certa, & talia vt vix negari possit delictũ, ac proinde legitima, & sufficiẽtia, prout requiruntur in alijs delictis: & nõnulli addãt vlterius requiri quod torquẽdus sit homo malæ famæ; veritas tamen est, & communior Doctorum resolutio: quod quamuis in delictis prædictis occultis, & difficilis probationis, etiam indicia requirantur ad torturam, quemadmodũ & in alijs: nihilominus minora, atq; leuiora sufficiunt, & ob probationis difficultatem, indicia minora, & leuiora, sufficientia reputãtur, atq; legitima. Qua de re videatur Farinac. vbi sup. à n. 150. cum seq. latissimè. Vbi dicit intelligi debere delicta occulta, &
79 difficilis pobationis, † proditiones, & tractatus omnes, qui secretè fiũt, delicta in nocte, seu aliàs clam commissa: furta, adulteria, simonia, sodomia, venenum, falsa moneta, partus suppositio, & his similia; de quibus agit in tit. de reo confesso, & conuicto, quæstio. 86. num. 35. vbi tractat, an & quando in eiusmodi delictis occultis, & difficilis peobationis, admittatur præsumptiua probatio, & consequenter ad prædicta inquit, quod in mandatario homicida, quando † inter ipsum, & occisum, nulla aderat inimicitia, & 80
eundem offendendi causa, absq; alijs indicijs, mandatarius prædictus potest torqueri ad indicandum mandantem. Nam in isto casu satis legitimum reputatur indicium, quod nemo delinquere præsumitur sine causa. Vnde si occidens causam propriã nõ habeat, necessũ est, vt ad alterius instantiam id fecerit. Ac ideo in hac materia, stante prædicta verisimilitudine, iure optimo absq; alijs indicijs eiusmodi mãdatarius poterit torqueri, in genere interrogando ipsum ad cuius instantiam hominem occiderit; quod tenet etiam glossa in l. Non ideo minus, verb. quoniam, C. de accusatio. & ibi, Bartol. n. 1. Facit text. in l. & si certus, ff. ad Silla. vbi id ipsum expressè habetur. Videatur Farin. vbi sup. n. 154. cum seq. Quod idem fieri posse dicit, in Custode bonorum, quæ si furto fuerint subtracta potest torqueri ex præsumptione iuris qua contra se habet, ad indicãdum fures absq; alijs indicijs, quod probat per Bart. in l. 1. n. 3. C. de officio præfecti, & idem dicit de Custode alicuius ciuitatis, vel loci, deputato ad euitandum damna, furta, seu alia delicta, si in ea ciuitate, vel loco furtum, incendium, aliudve delictum fuerit commissum: nam poterit prædictus Custos in eo casu, absque alijs indicijs torqueri, per supradictum Bart. & text. in l. 1. C. de officio Præfecti, & si furtum factum fuerit in aliquo hospitio, seu caupona, possunt similiter torqueri serui, domestici, & familiares hospitis ipsius, absque alijs indicijs, vt tradit idem Bart. in l. vnica, §. serui n. 5. ff.

I 2 de

81 de furtis. Plures alios casus † refert Farinacius prædictus vbi supra, in quibus pro eo quod delicta sunt occulta, & difficilis probationis deueniri potest ad torturam, etiamsi indicia non sint legitima & sufficientia: qualia communiter esse requirũtur: sed leuiora. Quod etiam fieri di-
82 cit cum reo † qui interrogatus à iudice super delicto pro quo est inquisitus, & carceratus, non ei vult respondere, aut si respondet, non ita præcisè, vt tenetur. In quo quidem casu, non ad habendã eiusdem confessionem super delicto: sed ad habendam responsionem affirmatiuam, vel negatiuam, præcisè, procul dubio absque alijs indicijs potest reus ipse torqueri, quod probat per Bald. in l. accusationem nu. 6. versic. super hoc melius distinguo C. de accusationibus. Quod etiam tenent Ant. Gom. tom. 3. var. c. 12. n. 5. vbi dicit, quod in causis criminalibus tenetur reus iurare de calumnia, & medio iuramento respondere positionibus datis ad instãtiã partis, vel etiam iudici ex officio interrogãti, & si nolit id facere, potest torqueri. Quod etiam dicit Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 45. n. 6. vers. sed pone. & Mascard. lib. 3. de prob. concl. 1385. n. 15. qui & dicunt esse bonam practicam, & sæpe se vidisse ipsam in praxi obseruatam, non solum quando reus nihil omninò respondere vult verumetiam & quando respondet per verba dubia, vt puta dicendo, non scio, vel non recordor; vel non respondet ita præcisè vt tenetur: in quo quidem casu, quamuis petatur sibi dilatio dari ad deliberandũ, an reus velit respondere, vel non respondere, affirmatiuè, vel negatiuè: non debet illi cõcedi: quin verò absque vlla termini in concessione cogi potest ad respondendum, secundum communem, atque practicatam opinionem: de quibus omnibus pluribusque alijs breuitatis gratia omissis videatur prædictus Farinacius à dicto num. 150. vsque 191.

Sexta Conclusio.

Indicia † ad torturam quænam sint sufficientia, & legitima; cum non omni ex parte habeatur in iure determinatum, aut de eo tradi possit certa regula: ferè iudicum arbitrio relinquitur. Hæc conclusio est expressa Bartoli in l. fin. ff. de quæstio. nu. 5. vbi dicit, id ipsum tenere omnes DD communiter per textum in l. 3. §. eiusdem quoque ff. de testibus. Facit & textus in l. de minore §. plurium, ff. de quęstionib. Qua de re videatur Anto. Gom. tom. 3. variar. c. 13. n. 13. vers. finaliter, & resolutiuè dico, & Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 20. num. 1. & Mascar. lib. 1. de prob. conclus. 15. num. 15. & lib. 2. conclus. 859. num. 7. & libro 3 conclusio. 1385. num 16. & 17. & nouissimè Farinac. vbi supra à nu. 192. cũ sequentibus vsque in quæstionis finem, vbi aduertendo dicit, quod quãuis in criminalibus ad torquendum iudici indicia arbitraria esse dicantur, non tamen ita vt eiusdem arbitrium † esse debeat omnino liberũ, 84
& absolutum: quin verò esse debet ratione regulatum, & iuri & æquitati astrictum; quod & generale esse dicit non solum in indiciorum, & torturæ materia, verũetiam in quolibet alio negotio, & causa, in qua iudex à iure siue ab homine habet arbitrium: nam quamuis id ita sit, debet illud semper regulare, & gubernare iuxta terminos iuris, & æquitatis, vt habetur in l. 1. ff. de vsuris, ibi, ita vt legem non offendat, & in cap. cum autem distinctio. 22. & capit. iudicem 3. quæstio. 7. & glossa in l. eas causas, ff. de condi. & demonstrationib. Ex quo sequitur vnum valde notandum, quod si iudex in arbitrandis indicijs, ad torturam sufficientibus, (vt prædictum est) æquitatem

tatem semper sequi debet, quod in dubio inclinare etiam debet in mitiorem partem, & arbitrari vt bonus & æquus iudex; nec noua potest inducere, siue formare indicia (vt aiunt ex sua propria ceruice) & ex illis ad torturã deuenire; quin vero inspicere indicia à iure ipso approbata, aut quæ in iure subsistũt: & quod aliàs non potest, aut debet reum aliquẽ extorquere: quę communis est omniũ DD. resolutio, de qua videãtur Authores supracitati.

ARTICVLVS V.

Vtrùm fama, seu infamia, ad tormentum siue torturam sufficiat?

CIRCA hanc difficultatem non est par omnium Doctorũ consensus, quin verò quam maximè videntur inter se diuisi. Dicunt † enim quidam, famam, seu infamiam ac torturam minimè sufficere. De quorum sententia, & opinione, videatur Felinus in cap. veniens de testib. n. 12. & Alexand. ad Bart. in l. de minore §. plurium n. 30. ff. de quæstionib. & Abb. in c. 1. de depositis. Et ex iunioribus Simãcas, de cath. instit. tit. 65. n. 36. Follerius in sua pract. crimin. verb. dentur capitula quod suffocauit vxorem, & Iul. Clar. lib 5. sent. §. fin. q. 21. n. 1. vero fama sola. Mascardus lib. 2. de prob. conclus. 754 n. 5. & omnium nouissimus Farinac. in tract. de indicijs, & tortura, q. 47. n. 3 & 4 Qui quidem omnes tenent famam seu infamiam minime ad torturam sufficere, & hanc esse dicunt opinionẽ veriorem, æquitati, atque rationi magis conformem, magisque communem. Quorum præcipua rõ est, quia fama † testimonij põdus non habet, sed tantum vim obtinet indicij, seu accusatoris. Et præterea, quia de fama quantumuis publica qui testificantur, de ijs quæ audierunt, non quæ viderunt loquuntur, & vt dicebat Fabius lib. 5. cap. 7. iniuriatorum voces afferunt, quibus in iudicio fides non oportet adhiberi. Videatur hac de re præ omnibus, & specialiter Farinac. vbi supra à n. 6. cum sequentibus latissimè, vbi contra famam, seu potius infamiam, plura dicit, eaque notatu dignissima, ad monstrãdum quod ex ea, aut propter eam, deueniri nunquam possit, aut debeat ad torturam; ni forsan in delictis occultis, & difficilis probationis. Quod in tantum credit esse verum, vt dicat † quod si quis ex sola fama, seu infamia ab aliquo fuerit iudice tortus, & in tortura fateatur delictum, quod commisit, & postea confessionem suam debito tempore ratificauerit: eiusmodi (inquit) confessio (etiam ratificata) haudquaquam nocebit confitenti: quod probare cõtendit multis Doctorum authoritatibus, & ex ijs quæ generaliter dixit ipse in isto tractatu de indicijs, & tortura, q. 37. nu. 110. agendo de confessione per iudicem extorta, non præcedentibus legitimis indicijs. Sed certè quamuis supradictorum DD. opinio, nõ sua probabilitate careat, propter rationes fortes, & innumeras à Farinacio prædicto in eiusdem fauorem adductas, cum sale tamen intellecta, & conditionibus, ac limitationibus inferius dicendis: multo † tamen verior, ac probabilior esse videtur aliorum sententia, dicentium regulariter loquendo, famam, seu infamiam ad torturam sufficere.

Pro cuius resolutione, sequentes statuo conclusiones.

85 86 87 88

Prima Conclusio.

89 SI fama, seu infamia † fuerit vehemens, & non à maleuolis, sed à beneuolis, & fide dignis exorta; & præsertim si ea sit de aliqua persona alias vili, infami, & suspecta, bene sufficit ad torturam. Hæc conclusio (vt credo) est uera, & certa: & vt quod dicitur perspicuum magis fiat, pono exemplum: Fuit (v. g.) in aliquo loco cōmissum aliquod delictum, & est inter omnes, aut saltim pro maiori parte, fama, seu infamia, & quod dicitur publica vox & fama, quod Petrus tale delictum cō misit: eiusmodi infamia sufficiens est, ad hoc vt in quæstionem adducatur, & tormentum eidem præstetur, tunc vel maximè, si eidem infamiæ, aliquod vel leue augeatur indicium. Quo certè existente nullus est, qui dubitare possit, eiusmodi infamiam ad torturam sufficere, cum non sit dubium, quod ipsa etiam sine indicio sufficiat ad indicendam alicui purgationem canonicam. Sic explicata, & declarata conclusio, est certa, & vera, & communis, præsertim de Iure Canonico, quod tenet expressè Gandinus tit. de quæstionibus, nu. 31. prope finem, vers. solutio dic. Cuius rationem reddit, quia de
90 Iure Canonico † fama seu infamia, semiplenam facit probationem, & æquipollet dicto vnius testis, iuxta c. illud de præsumptionib. cum glossa, & c. si quis de purgatione canonica, quod seruare dicit omnes DD. & assessores communiter, licèt per iura ciuilia dici forsan possit contrarium. Quam etiam sententiam, & opinionem stando in Iure Canonico, & Ciuili, teuet expressè Ant. Gom. tom. 3. var. c. 13. nu. 10. vbi agendo de indicijs ad torturam sufficientibus, in tertio loco post alia, de quibus dicemus infra, ponit famam, seu infamiā prædictam, probatque illud, per textum in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæstio. & ibi Glossa ordinaria Bartoli, & communiter DD. Facit inquit ad idem, & textus in l. 3. §. eiusdem, ff. de testib. & ibi glossa & Bar. & etiam communiter DD. Item & l. cum quidam, §. quod dicitur, el secondo, ff. de acquir. vel omitten. hæred. Item & l. Labeo, ff. de supplend. negl. Prælator. & idem dicit tenere DD. iurisperitos, sed præcipuè Iason num. 205. in l. admonendi, ff. de iure iur. & Canonistas in c. illud de præsumptio. & idem inquit, de iure regio disponit, l. 3. tit. 30. par. 7. quæ sic debet intelligi. Cui etiam sententiæ, & opinioni, sic modificatæ, & explicatæ, adhæret. Iul. Clarus lib. 5. sent. §. fi. q. 21. n. 1. vers. fama sola, quamuis ab alijs pro contraria adducatur,
dicendo quod † fama, quæ sit cōtra 91
aliquem quod aliquod maleficium commiserit, sufficiens est indicium ad inquirendum contra eū. Pro quo citat & allegat semetipsum ibidem, qu. 6. circa principium, vbi expressè dicit id ipsum, concurrentibus quibuslibet alijs adminiculis. Vt (v. g.) existente fama, iuncta cum inimicitia, aut iuncta cum fuga rei, vel iuncta cum præcedentibus minis. In quibus omnibus casibus, etiam Farinacius vbi supra à nu. 17. cum seqq. vsque 24. dicit, famam, seu infamiā prædictam, sufficere ad torturam. Addendo in sequenti num. 25. cum sequentibus vsque 27. quod ipsa ortum habere debet à personis honestis, & fide dignis, quod probat multorum Doctorum authoritatibus, & talis si sit, ex ea oritur dicit plenum indicium ad torturam, maximè si fuerit vehemens, prout à nobis in conclusione est dictum. Quod & amplius probat in sequenti numero 28. cum sequentibus vsque 34. vbi aliquas constituit assertiones, ex quibus colligi possit, quando

92 do fama † sit dicenda vehemens: aut non vehemens: nam & hoc inquit non absolutè esse debet positum in solo iudicum arbitrio, quin verò regulatum iure. Et in sequentibus agit latissimè de eadem fama, seu infamia, præsertim in criminalibus, quãdo faciat, aut non faciat indicium ad torturam; & etiam ad inquirendum & ad capturam, de quibus non vacat per tempus in præsentiarum dicere, neq; necessarium est (vt credo) cum à nobis supra proprijs in locis, superque satis fuerint dicta, videantur ibidem. Solummodo aduerto ad maiorem propositæ nostræ conclusionis explicationem, quod fama, seu infamia prædicta (vt dictum est) necdum esse debet vehemens, & à beneuolis & fide dignis, non vero à maleuolis exorta; verumetiam esse debet de persona alias vili, & suspecta, prauæ conditionis & famæ: quod multum aduertit, & commendat Siman. de cath. inst. tit. 65. n. 37. vbi hac de re agẽdo, & plurimis hinc inde adductis ex diuersis authoribus pro fama & cõtra famã, seu potius circa eiusdẽ valorem: tandẽ cõcludendo dicit, ꝙ ad hoc, vt propter famam quispiã torqueri possit, hæc omnia simul requiruntur: quod reus sit vilis, & infamatus, existat, & quod fama sit exorta, non à maleuolis, & leuibus hominibus, sed ab honestis, & fide dignis: & postremò quod fama per idoneos testes sit rectè comprobata: nec sat (inquit) est, quod testes dicant eam esse publicam vocem & famam, nisi etiam rationem reddant, qua id necessario concludant. In quo conuenire dicit cum Bartolo omnes communiter iurisperiti, in l. de minore, §. plurium ff. de quæstionib. quæ quidem valde sunt notanda, ac memoriæ commendanda. Sed quia isthæc maiori indigent explicatione, pro illis sequentẽ statuo conclusionem.

Secunda Conclusio.

INfamia † ad hoc, vt ad præstandum reo tormentum sufficiat, multis esse debet conditionibus, & qualitatibus exornata. Pro huius cõclusionis intelligẽtia, præmitto de mente Bartoli in l. fi. ff. de quæstionibus, quod circa indicium sufficientis infamiæ ad præstandam torturam reis, plurimum semper est iudicium arbitrio tribuendum. Cum tamen eiusmodi arbitrium non omnino esse debeat liberum, & absolutum, quin verò (vt supradictum est) iure atque ratione regulatum: idque adeò sit difficile, vt dicat Grammaticus Iurisperitus consil. 42. num. 8. & cum eo multi alij, toto tempore vitæ suæ nunquam vidisse processũ in quo repererit famam publicam legitimè fuisse probatam. Vt non in re tanti ponderis, ac momenti errare contingat, breuiter & resolutiuè dico: q̃d ad probationem famæ seu infamiæ, & ad hoc vt ex ea reus rectè, & legitimè possit torqueri; sequentia necessario debent concurrere. 93

Primo quod testes † illam probantes ad minus sint duo, iuxta glossam in l. 3. §. eiusdem, ff. de testibus, quam approbat Bart. & omnes communiter iurisperiti, in l. de minore, §. plurium, num. 19. ff de quæstionib. & Abb. in cap. vestra de cohabit. clericor. nu. 7. Salicet. in l. ea quidem, C. de accusa. n. 115. Qua de re videatur Foller. in sua pract. crimin. num. 37. propè finem, verb. dentur capitula, quod suffocauit vxorem, & Iulius Clarus lib. 5. sent. §. fin. q. 6. num. 12. vers. sciendum est autem. Masc. lib. 2. de probatio concl. 749. num. 1. & Nauar. tractatu de fama, & infamia ad cap. non sunt audiendi 2. q. 3. nu. 11. & 12. & nouissimè Farinac. vbi supra n. 208. vbi in sequenti 209. dicit, in tantum ad hoc duos testes re- 94

quiri, & vnum non sufficere, vt testis vnus deponens super fama, contestem non habens, suspectus de falso potest haberi, ex rationibus considoratis per Nattam consil. 672. nu. 40. & alios quos ibi allegat, quod multum est notandum.

95 Secundò requiritur, † quod huiusmodi testes probantes, & deponentes de fama, sint spectatæ fidei, integræ, & optimæ opinionis, & quod dicitur omni exceptione maiores, per textum in c. qualiter, & quãdo de accusatio. quod etiam tradit Felinus in c. cum oporteat eodem titu. num. 6. & Decius in c. 1. de appellatio. num. 37. Gandinus in rubricam, qui ad famæ probat. possint, & debeant de iure admitti, num. 13. Simanc. de cath instit. tit. 65. num. 37. Masc. lib. 2. de prob. concl. 749. num. 37. vbi propterea dicit, mulierculas non esse testes idoneos ad probandam famam, seu infamiã: quod etiam dicit Farin. loco vbi supra nu. 210. licet non desint contrarium qui dicant, & alij qui addãt eiusmodi requisitum vt supradicti testes ad probandam famam seu infamiam omni esse debent exceptione maiores, adeo esse necessarium, vt ista qualitas testium super ea deponentium, articulari debeat, & probari: licet etiam non desint contrarium qui dicant: de qua differentia, & controuersia, videatur prædictus Farinac. à dicto num. 210. vsque 215. vb concludendo dicit, quod quamuis id ipsum verum habeat de iure communi, secus est autem de consuetudine: nam de consuetudine id ipsum non est in praxi.

96 Tertiò requiritur, vt testes † deponentes super fama, reddant rationem sui dicti, etiam non interrogati, debentque exprimere causas, indicia, & coniecturas, ex quibus exorta est infamia, & aliter non probant: quod tenet Alexand. ad Bartol. in l. de minore, §. plurium, ff. de quæstio. num. 19. & plures alij DD. citati per Farinacium loco vbi supra à numero 216. vsque 218. Qua etiam de re videatur Simancas de cathol. institu. tit. 65. numero 37. vbi ad hoc propositum dicit, non esse satis, vt testes dicant esse publicam famam, nisi etiam rationem reddant, qua id necessariò concludant, vt supra diximus. Videatur etiam Iulius Clarus loco vbi supra quæstio. 6. numero 13. versic. Illud tamen, vbi dicit, hanc esse opinionem communem, quod etiam dicit Mascard. lib. 2. de probatio. conclusio 749. num. 11. 12. & 15. & lib. 3. concl. 1369 num. 8.

Quartò requiritur, vt testes † super fama deponentes, sciant quid sit fama: etenim si interrogantur, quid sit fama, & respondeant se nescire, nihil probant. Quod Iulius Clarus loco vbi supra num 18. vers. Postremo scias, esse dicit opinionem communem: idque probat aliquib. Doctorum authoritatibus, quod & facit latissimè supradictus Farinacius loco vbi supra à num. 219. vsque 227. pluribus rationibus, & iuribus amplando eiusmodi requisitum. Videatur ibidem. 97

Quintò requirit. † vt testes deponentes super publica voce, & fama, deponant super ea specificè, in illis particularibus capitulis, quibus fama fuerit articulata. Item & quod nominent authores, & eos, à quibus eiusmodi fama ortum habuit, & dicant se id ipsum audiuisse à maiore parte populi; aliter enim non probant. De quibus tribus requisitis videatur Farin. de prad. loco vbi sup. à n. 228. latissimè vsq. 276 vbi cõcludẽdo dicit, supradicta omnia requisita multũ residere in iudicis arbitrio, q. non ad vnã probationis speciẽ tantũ animũ suum applicare debet, sed ad plures, iuxta id quod habetur in l. 3., 98

§. idem

§. idem Diuus, ff. de testib. & super omnia inspicere quod arbitrium suum non sit liberum, & absolutum sed regulatum ratione, & regulis iuris, vt iam semel & iterum dictum est supra.

ARTICVLVS VI.

Vtrum semiplena probatio, ad tormentum, siue torturam sufficiat? & idem quæritur, de alijs indicijs proximis, propinquis, siue immediatis delicto?

IAM cõstat ex supradictis in huius quæstionis artic. 1. & 1. notabili, quid sit semiplenna probatio, & quod ea inducitur per depositionem vnius testis fidedigni, & omni exceptione maioris, deponentis de visu, quod tradit etiam Antonius Gomez lib. 3. variar. c. 12. num. 2. vers. aduertendum tamen est, ibi, aliud est semiplena probatio. Vbi
99 inquit eam esse quando † vnus testis fidedignus, & omni exceptione maior, deponit de facto delicto ipso per visum: vel alium sensum corporeum, taliter quod concludat: cum quo consentit Menoch. lib. 1. de presumptio. quæst. 89. num. 7. & ea de re videantur quæ dicit Farinac. loco vbi supra de indicijs, & tortura, quæst. 36. artic. 224. cum sequentibus vsque 230. Quo præmisso, atque præsupposito tanquam certo, & indubitato, quæritur nunc, an prædicta semiplena probatio habita cõtra reum, ad præstandum eidem tormentum, siue torturam sufficiat? simul explicabitur id ipsum de alijs indicijs non ita proximis propinquis, siue immediatis delicto, quamuis ea non sint plura, sed dumtaxat vnum.

Sed antequam prædictis difficultatibus respondeam, præmittere oportet, esse quorumdam Iurisconsultorum placitum, semiplenam † pro- 100
bationem prædictam, & vnum testem deponentem de visu, seu aliàs immediatè de delicto, indicium haudquaquã facere ad torturam, nisi simul etiam concurrente fama, seu alio adminiculo. Hanc sententiam tenet Marsil. in pract. §. diligenter, num. 5. & consil. 74. num. 11. & Iason in l. admonendi ff. de iureiurando n. 186. in fine, vers. decimo prædicta regula, & alij de quibus videatur Farinac. vbi supra q. 37. nu. 55. quin verò nonnulli etiam DD. addunt, & dicunt testimonium vnius testis vtcũque fidedigni, & omni exceptione maioris: ad torturam minimè sufficere, quando persona, contra quam testificatur est etiam bonę famę, & in suo quoque gradu omni exceptione maior; imò verò quod in tali casu, vltra testimonium testis fidedigni, & omni exceptione maioris necessum est, vt contra eandem personam alia etiam indicia comprobentur, ad hoc vt præualet testimonium vnius testis etiam fidedigni. De qua controuersia videatur Simãcas de cath. inst. tit. 65. num. 23. & Farinac. vbi supra quæst. 37. num. 55. & 57. Sed his nihilominus non obstantibus, pro resolutione propositi articuli, sequentes statuuntur cõclusiones.

Prima Conclusio.

CErtissimum est, † quod semi- 101
plena probatio, quæ habetur per testimonium vnius testis fidedigni, & omni exceptione maioris, sufficit ad torquendum reũ. Hęc conclusio habetur expressa in l. 3. C. ad l. Iul. maiestatis verb. conuictus, & in l. 1. ff. de quæstio. & in l. fin. verb. indicijs, C. famil. ercisciundæ. est intelligenda est cum limitationibus appositis, nempè quod testis

sit fidedignus, omnique exceptione maior sine vlla prorsus macula, quã tumuis minima, & quod dicitur vndique inuulnerabilis, nam alias secus omninò erit dicendum. Sic conclusionem istam explicant omnes DD. communiter, per textum in l. 1. §. idem Cornelio, & in l. maritus, & ibi glossa verbo illicitè, ff. de quæst. Qua de re videatur Anto. Gom. loco vbi supra cap. 13. nu. 7. & Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 21. num. 2. vers. vnus testis, & Masc. lib. 2. de prob. cõncl. 894. num. 6. & lib. 3. conclus. 1360. num. 5. & Menoch. lib. 1. de præsumptio. q. 89. num. 6. 7. & 8. & 12. & Farinac. loco vbi supra à num. 58. vsque 69. Vbi de mente aliorum multorum DD. dicit, quod adhoc vt eiusmodi testis deponens de visu ad torturam sufficiat: esse omninò debet, vt prædictum est in conclusione, & quod aliàs non erit sufficiens, etiam si deponat cum tortura. Vnde Iul. Clarus acriter reprehendit iudices, qui reos de facili torquent ex depositione testis inhabilis, & non omni exceptione maioris, ita qualificati vt præmissum est. Quod intelligendum esse dicunt Do
102 ctores omnes supradicti, † etiam in criminibus exceptis & læsæ Maiestatis. A qua generali regula solummodo excipiunt, delicta occulta, & difficilis probationis, in quibus dicunt (quod vnus testis de visu, sufficiens facit indicium ad torturam, etiamsi is non sit omni exceptione maior, id quod tradunt pro generali regula) nempè quod in delictis occultis, & difficilis probationis, admittuntur etiam testes inhabiles, & non omni exceptione maiores. Quod præsertim verum esse dicunt, si simul quolibet aliud adminiculum concurrat, & persona torquenda leuis sit vitæ, & malæ famæ. De quibus omnibus videatur Farinacius vbi supra latissimè, vbi & addendo in sequenti num. 70. dicit, supradicta omnia esse intelligenda, hac lege vt testis deponens de visu indicium faciat ad torturam, si deponat directè & immediatè de visu, & delicto ipso: non verò de auditu, aut de indicio ad delictum: ita quod testificari debet testis, & dicere, ego vidi Petrum (v.g.) Paulum cum gladio occidisse. Nec dixisse sufficiet, vidi Petrum cum gladio euaginato com Paulo rixantem: nam cum tale non sit delictum, sed indicium ad ipsum: non vnius tantum testis testimonio, sed duorum debet comprobari: vt diximus supra q. 7. agendo de inquisitione in art. 4. qui est de indicijs.

Secunda Conclusio.

INdicia valde † proxima delicto, 103
ipsumque inferentia, quamuis non immediatè attingant illud, etiam sufficiunt ad torturam, absq; alijs adminiculis. Hæc conclusio est expressa Iulij Clari lib. 5. sent. §. fin. quæst. 64. num. 14. vers. Sed quæro quot indicia requirantur, ad hoc vt quis possit torqueri? vbi pluribus relatis circa hoc Doctorum opinionibus: an vnum indicium ad torturam sufficiat, an verò requiratur quod sint plura: & facta distinctione de indicio proximo maleficio, & de remoto à facto: de mente Bartoli in l. fin. ff. de quæstionibus numero 6. & aliorum multorum dicit, quod quando indiciũ est maleficio proximum, vnum dumtaxat ad torturam sufficit. Si verò
non † sit proximũ, sed remotũ: tunc 104
(inquit) vnum non sufficit, sed plura requiruntur. De indicio proximo exemplum adducit Bartolus, in cõfessione extraiudiciali, & re furata penes aliquem reperta: quod etiam tenet Anto. Gom. tom. 3. variar cap. 13. num. 8. agendo de prædicta confessio-

fessione extraiudiciali, vbi inquit, quod si reus confessus est crimen extra iudicium, eiusmodi confessio sufficiens est indicium ad torturam: quod probat per glossam singularē, & vnicam in l. capite quinto, ff. ad l. Iul. Maiest. de adulr. Sed de hoc aliàs infra in particulari articulo qui hac de re fiet. De conclusione etiam prædicta videatur etiam Farinac. loco vbi supra quæstione 37. à nu. 46. cum sequentibus, vsque 58. vbi plura alia adducit exempla, in quibus reus ex vnico indicio proximo torqueri potest, etiam non concurrentibus alijs adminiculis, quamuis non immediatè tangat delictum ipsum. Quod fieri posse dicit in omnibus indicijs indubitatis, de quibus ipse agit q. 36. num. 39. vsque 43. & ponit exemplum in eo, qui visus est rixare cum alio, eundemque admenare, quamuis non percutere: etenim si ille alius postea reperiatur occisus, eiusmodi (inquit) indicium delicto adeò proximum, sufficiens est ad illum torquendum: quod probat multorum Doctorum auctoritatibus. Cuius etiam rei exempla plura alia cum possem adducere, breuitatis gratia omitto, vt procedamus ad alia.

In calce huius articuli aduertere libuit non deesse qui dicant (quidquid sit de iure)
105 quod † de consuetudine, per vnum indicium indistinctè, siue proximum, siue remotum, procedi posse ad torturam, cum alijs adminiculis: vt puta fuga, fama, inimicitia, minis, & similibus, quod tenere videtur Iul. Clar. vbi supra, q. 21. artic. 1. Sed hac de re speciales à nobis infra proponendi sunt articu-
106 li. Hic † de criminis socio quæri solet à Doctoribus, ipsius dictum indicium, an faciat ad torturam, & in criminali iudicio debeat admitti? Sed ea de re nos iam supra latissimum fecimus sermonem, q. 17. de testibus art. 4. videantur quæ diximus ibidem, & Simancas de cathol. inst. tit. 65. nu. 26. Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 12. nu. 14. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 21. num. 2. vers. debes autem scire, Mascard. lib. 3. de probat. concl. 1311. num. 1. & Farinac. tract. de indicijs & tortura q. 43. à nu. 1. cum sequentib. latissimè.

ARTICVLVS VII.

Vtrum extraiudicialis confessio, vel coram iudice incompetente emanata, ad torturam sufficiat?

Prima Conclusio.

EXTRAIVDICIALIS † confessio, quamuis non plenè probet, ac proinde neque ad condemnandum sufficiat: probat tamen semiplenè, & sufficit ad torturam. Hæc conclusio quoad primam partem communis est omniū Doctorum resolutio, de qua videatur Speculator titu. de confessis, §. nunc videndum, vers. si quidem quis confitetur crimen extra iudicium, & Bart. in l. si confessus, ff. de custod. reorum num. 3. Abbas in cap. olim de rescriptis num. 9. & Felin. ibidem num. 2. Videatur etiam ea de re Iul. Clarus lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 55. num. 1. vbi dicit esse opinionem communem: quod etiam dicit Mascard. lib. 1. de probat. concl. 497. à num. 1. cum sequentib. & conclus. 350. nu. 1. & concl. 347. num. 8. quod etiam tenet Farinacius tract. de reo confesso, & conuicto, quæst. 82. à num. 1. cum sequentibus, vbi id ipsum tradit pro generali regula: quamuis & eidem aliquas postmodum apponat limitationes, quæ videri poterunt ibidem. Quantum verò attinet ad secundam partem, quod prædicta extraiudicialis cōfessio ad torturam suffi-

sufficiat, habetur expressè à Glossa in l.capite quinto, verb. accusatori, vers.item & quod, & ibi Bart. ff.de adulterijs, & latius in l.quoniam, vers. veritas est, ff.de ijs qui notantur infa. & Bald. in l.vnica num.20. C. de confessis Abba.& Felin.in supradicto capit. olim de rescriptis, alter nu.9. in fine, vers. sed vbi confessio, alius verò num.2. vers. fallit primo. Videatur etiam ea de re Ant. Gom. tom.3.variar.cap.13.num.8. latissimè, vbi hanc esse dicit sententiam, & opinionem communem, quod etiam dicit Iulius Clar. vbi supra, quæst.55.nu.2.vers.verum est quod extraiudicialis confessio ad torturam sufficit, pro quo allegat se ipsū q.21. nu.31. vers. confessio extraiudicialis, contra confitentem facit sufficiens indicium ad torturam. Videatur ea de re Mascard. lib. 1. de probatio.concl.349 num.1.& concl. 350.num.2.& concl.497. nu.1.cum sequentibus, vbi etiam hanc dicit esse opinionem communem,& prædictam extraiudicialem confessionem semiplenam facere probationem, quod & probat multis Doctorum auctoritatibus. Et idem facit Farinac. vbi supra in dicta quæstio.82.à num.23. cum sequentibus, vbi ampliando suprapositam nostram conclusionem de mente multorum Doctorum dicit,eam procedere non solum in confessione extraiudiciali

108 maioris, verum etiam † & minoris, quæ si verisimilis sit facit contra ipsum indicium ad torturam, etiam emanata sine auctoritate curatoris: quod etiam tenet Anton. Gom.loco vbi supra,cap.13. num.8. vers.quod notabiliter extende, licèt non desint contrarium qui dicant, & quod aduersus extraiudicialem confessionē detur minori restitutio, sicut aduersus iudicialem, pro quo faciunt deducta per eundem Anton. Gom.eodem 3.tom.cap.1. de delictis.

Ampliat secundò Farinacius prędictam nostram conclusionem, quam posuit pro generali regula, ad hoc vt procedat etiam in hoc, quod sicut extraiudicialis confessio indicium facit ad torturam,cōtra reum, qui extraiudicialiter confessus est delictum: ita etiam † & confessio 109
extraiudicialis accusatoris,qui dixerit accusatum non esse delinquentem, facit indicium pro ipso de sua innocentia. Quod probat aliquorum Doctorum auctoritatibus, sed præcipuè Mascardi lib.1. de probat. concl.497. num. 4. Non desunt qui velint limitare regulam generalem prædictam, ad hoc vt non procedat quando eiusmodi extraiudicialis confessio fuerit reuocata: in tali enim casu ex ea non oriri dicunt indicium ad torturam. Sed contrarium est verius, atque dicendum, & tenendum, quod tenet Farinac. supra dictus loco vbi supra num.28.de mente Bosij,tit.de confessis numero 55. vers. veritas est in oppositum, quod probat hac potissima ratione. Etenim si confessus extraiudicialiter delictum, perseuerat in iudicio in sua confessione, iam non est opus tortura, sed condemnatione. Et in sequenti num. 29. idem Farinacius prædictam conclusionem, & generalem regulam limitando,seu potius declarando, dicit eam esse intelligendam † hac lege,& pacto,vt eius- 110
modi extraiudicialis confessio facta fuerit particulariter de aliquo speciali delicto,vt quod(v.g.)reus dixerit, ego in tali loco occidi talem hominem, aut feci hoc, vel illud furtum:non autem si in genere,siue generice dixerit, occidi quendam hominem:feci quoddam furtum: nam eiusmodi confessio generica, incerta, & sine certo loco & tempore facta,non (inquit) sufficeret ad torturam. Et ratio differentiæ est, nam sicut in confessione delictorum libe-

ta, quæ ſecluſis tormentis in iudicio fit, ad hoc vt ipſa plenè probet, neceſſarium eſt vt ſit liquida & certa, & quod conſtet de perſona, & delicto, aliàs enim nihil probat: ita & in confeſſione extraiudiciali, ad hoc vt per ipſam deueniri poſſit ad torturam, neceſſum eſt quod ſit certa & liquida, & contineat delictum, & perſonam ſpecificam: aliàs enim nō eiuſmodi operabitur effectum. Multas alias huic generali regulæ limitationes proponit Farinacius prædictus, quas per tempus referre non licèt, vi
111 deantur ibidem. Facta † tamē vt prę miſſum eſt, ſemiplenā facit probationem, eſtque vehemens, & ſufficiens indicium ad torturam, ſi ipſa duobus fuerit teſtibus comprobata, ad modum quo de alijs indicijs dictū eſt ſupra. Qua de re videantur Doctores ſuperius citati, ſed præſertim Farinac. à num. 44. vſque 47. vbi multis agit qualiter eiuſmodi extraindicialis confeſſio debet probari.

112 Circa hanc extraiudicialem † cōfeſſionem dicunt quidam, quod ipſa adeò eſt ſufficiens ad torturam, vt ſi propterea reus in tormento poſitus delictum confiteatur, non ſit neceſſaria poſtea ratificatio, aut perſeuerantia. Nā (inquiunt) ſufficit illa extraiudicialis confeſſio, quæ prę ceſſit, vt poſtea plenè probet confeſſio in tormentis ſubſecuta, quò reus ſine aliquo alio diffinitiuè condemnetur: nam licèt regulariter loquendo, neceſſum ſit vt poſt confeſſionē factam in tormentis ratione aliquorum indiciorum, ſubſequatur eiuſdem rei ratificatio, & libera, & ſpontanea confeſſio: in hoc caſu tamen tenent non id eſſe neceſſarium, propter ſpontaneam confeſſionem extraiudicialem quæ præceſſit. Sed
113 hæc † ſententia communiter reprobatur & merito. Imò verò dico, quod etiam tunc eſt neceſſum vt reus ipſe tortus ratificet (vt poſtea dicemus) nam non ſine cauſa diſcedendum eſt à iure communi, iuxta quod confeſſio quæcunque facta in tormento ex quibuſcunque indicijs, requirit perſeuerantiam, & ratificationem, nec prædicta extraiudicialis confeſſio maiorem vllum habet effectum, quam quod ſit ſufficiens ad tormentum. Maius certè atque vehementius indicium eſt, teſtimonium vnius teſtis de viſu fidedigni & omni exceptione maioris, cum ſemiplenam facit probationem, & tamen tormentum propterea, ſeu medio ipſo exhibitum, nō excludit ratificationem, & rei ipſius liberam, & ſpontaneam confeſſionem: ergo neque extraiudicialis confeſſio illam excludit. Hoc itaque eſt firmiter tenendum, atque ſequendum.

Secunda Concluſio.

Confeſſio † facta, ſiue emanata coram iudice incompetente, quamuis non etiam plenè probet, neque ad condemnandum ſufficiat: probat tamen ſemiplenè, & ſufficit ad torturam modo libera & ſpontanea ſit. Hæc concluſio quoad primam partem eſt omnium DD. communis, in cap. at ſi clerici de iudicijs, conſtatque expreſsè ex eodem capitulo in illis verbis: ſicut enim ſententia à non ſuo iudice lata non tenet, ita nec cōfeſſio coram ipſo facta eſt valida. Et ratio eſt, nam illa generalis regula, qua dicunt qđ confeſſio proceſſus validat nullitatem, non intelligenda eſt nec locum habet, quādo nullitas procedit ex defectu iuriſdictionis. Qua de re videatur Ant. Gom. tom. 3. variar. capit. 12. quod eſt de probatione delictorum num. 8. propè finem, verſ. neque obſtat, & Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 55. num. 1. verſ. præterea etiam, & Maſcard. libr. 1. de prob. concl. 252. num. 1. & Farinac. vbi ſupra, quæſt. 114

81. à

81. à num. 188. cum sequentib. Quoad secundam verò partem, nempe quod prædicta confessio coram iudice incompetente facta, si sit libera & spontanea ad torturam sufficiat; vimque habeat confessionis extraiudicialis, & confitens cogi possit ad ratificandum coram iudice competente: fuit doctrina originalis Innocentij in supradicto cap. at si clerici de iudicijs, & in cap. per inquisitionem de electione, quem omnes cōmuniter sequuntur DD. Sed specialiter videatur hac de re Anto. Gom. tom. 3. variar. capit. 13. quod est de tortura reorum num. 8. & Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 21. num. 32. vers. sed hic quero, vbi dicit esse hāc opinionem communem. Quod etiam dicit Mascard. lib. 1. de probat. concl. 352. num. 1. & Farinac. vbi supra à num. 206. cum sequentib. latissimè vbi id ipsum tradit pro generali regula, eidem addendo aliquas ampliationes, & postea ponendo nonnullas limitationes: quæ oēs rediguntur ad hoc vt procedat prædicta regula, ea lege vt eiusmodi cōfessio sit libera, & spōtanea, & quod non alias per confitentem fuerit reuocata: quamuis hoc vltimum, licèt multi Iurisperiti dicant haudquaquam multum sibi placere, quin verò contrariæ sententię adhęret cum Decimo in l. magistratibus num. 10. vers. sed aduertendum est, ff. de iurisd. omn. iudicum: & alijs dicentibus contrariam Baldi opinionē omninò esse falsam, quia (inquiunt) si reus non reuocaret confessionē coram iudice competente, sed eam ratificaret: iam non esset opus tortura, sed condemnatione. Vnde conclusio intelligenda est vt iacet. Qua de re videatur Iul. Clar. loco vbi supra, num. 33. vers. sed quid si reus, vbi reprobata opinione Baldi, dicit cōtrariam esse veriorem, & obseruari in communi praxi, nam aliàs quilibet reus de facili confessionem suam reuocaret, & fieret fraus iustitiæ. Verū est tamen (inquit) quod si reus reuocando suam confessionem, simul ostenderet fuisse factam per errorem: in tali casu eiusmodi reuocatio prodesse ei deberet, quemadmodum si probasset factam non fuisse sponte, & liberè, sed metu tormentorum emanatam, coram eodem iudice incompetente. Videatur etiam ea de re Mascard. lib. 1. de probat. concl. 352. num. 2. vbi dicit etiam, quod iudex competens potest cogere confessum ad perseuerandū, & confirmandam suam confessionem coram ipso, nisi doceat (vt prædictum est) de errore, & reuocationis causa. Videatur etiam Farinac vbi supra à dicto nu. 206. vsque 219.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm fuga prætensi delinquentis, indicium faciat ad torturam?

Prima Conclusio.

QVAMVIS † fuga prætensi delinquentis, non plenè probet contra fugiētem: probat tamen semiplenè & indiciū facit ad torturam, maximè coniuncta cum quibuscunque alijs adminiculis. Hæc conclusio quoad primam partem, probatur per textum in l. lege Cornelia & ibi Bart. num. 1. ff. ad Sillanian. & l. 1. §. sin autem post commissum, C. de raptorib. virginū, & l. raptores, & ibi etiā Bart. C. de Episcop. & Clericis, & habetur in authent. de exhibendis reis, collat. 5. §. susceptio. Per quæ iura id tradunt pro generali regula omnes communiter scribentes, dicentes quod ex sola fuga rei sequi non potest condemnatio. Qua de re videatur Felinus in cap. nullus de præsumptionib. nu. 1. vers. regula quod 115

fuga,

fuga,& Mascard.lib.1.de probatio. concl.498.nu.1. & Farinac tract.de indicijs,& tortura, quæst. 48. à nu. 61.cum sequentibus.Quoad secundam verò partem, nempè quod fuga prædicta licèt non plenam: & faciat probationem, facit tamen semiplenam:& suffi iens indicium ad torturum: est ferè communis sententia Iurisconsultorum, licèt non desint contrarium qui dicant, & colligitur satis ex tex.in §. igitur ne latente eo,authent.de exhibendis, & introducendis reis, & ex tex. in l. in eos,ff.de custodia reorum,& in l.impuberibu,§.impuberibus, ff. de suspectis tutoribus,& l.3.§. si ad diem ff.de re militari. Per quæ iura conclusionem prædictam tenet Bartol. & multi Doctores in l.quis sit fugitiuus, § sicuti, ff de edil.edicto, & in l.lege Cornelia, ff. ad Silanian.& Bald.in l.voluntatis num. 11 C. de fideicōmis.hæred. Qua de re videatur Simancas de cathol. inst.tit 65. num.28.& Anton.Gom.tom.3.variar.cap.13.de tortura reorum, nu. 10.& Iul Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 21.num.18.vers fuga delinquentis, vbi dicit,quod licèt multi DD. contrariam opinionem teneant, ab hac cōmuni practica nullatenus est recedendum. Quod etiam dicit Mascard. libr. 2. de probat. concl. 819. num.4.& concl.831.num.9 Sed intelligenda est conclusio de eo, qui post commissum aliquod delictum aufugit antequam accusetur: nam non ab re contra ipsum præsumitur quod illud commiserit: estque vehemens, & vrgentissimum indiciũ ad torturam proinde sufficiens. Secus est autem de illo, qui accusatus fugit: nã eiusmodi fuga non est vehemēs,& sufficiens indiciũ ad torturã, nec vim habet semiplenæ probationis,cum ex alia causa possit procedere.Qua de re videatur Farinac. loco vbi supr.,in dicta quæst.48.à.num. 1.cum sequentibus latissimè, vbi opiniones, & sententias prædictas doctissimè discutit. Sed cum à nobis proposita sit communior, in nu. 8. pro illa generalem constituit regulam, quam & in sequentibus multis ampliationibus extendit, atque illustrat, vt procedat † & locum habeat non solum in fugiente extra ciuitatem, aut locum, in quo habitat, 116
verum etiam in latitante,& ponente se in occulto in eadem ciuitate, vel loco. Item & in præparante se ad fugam,licèt nondum aufugerit, dum tamen per aliqua signa euidentia constet quod fugere volebat: nam iuxta sententiam Baldi in l pignoris causa,C. de pignorantia actione,fuga in promptu idem omninò operatur,quod fuga in effectu. Alias etiã ampliationes tradit ad supradictam generalem regulam, vsque ad num. 26. sed postea in sequenti num. 27. cum sequentibus, pro eadem ponit nonnullas limitationes, quarum est prima atque potissima, ea quam modo diximus,nempe vt intelligenda sit & procedat in eo,qui fugit ante formatam inquisitionem,seu porrectam accusationem:secus † autem 117
si postea. Et ratio discriminis est, nam in primo casu vehemens est indicium, quod fuga causetur ex propria criminis conscientia:in secundo autem non ita:nam potest procedere ex timore molestiarum & vexationum, quæ ex inquisitione siue accusatione semper proficiscuntur, quas non omnes subire volunt, etiamsi innocentes sint, vt dicit Bartol.per text.in l.1. nu.1. ff. de bonis eorum. Reliquas regulæ prædictæ limitationes, consulto facio missas, vt videantur ibidem, cum per tempus nō liceat tot ac tanta dicere. Non tamē possum præterire quod supradicta nostra conclusio & regula, locum non habet nec sufficiēs est indicium ad torturam, in eo qui ante vel postquam

quam inquiratur, & accusetur aufu-
118 git,† propter nimiam iudicis sæuitiam, vtpotè qui communiter sit reputatus crudelis, aut si illum particulariter, & specialiter fuisset minatus, quod male tractaret: nam in tali casu fuga non facit indicium ad torturam contra fugientem, quia existimatur discessisse ex iusta, & rationabili causa. Quod tradit Farinac. supradictus num. 47. & in sequenti num. 48. cum sequentib. vsque 55. id ipsum dicit de illo, qui fugit, & post fugam sponte in carceribus se constituisset: nam per reuersionem fugæ purgatur indicium iuxt. Bart. in l. quis sit fugitiuus per illum textũ §. 1. ff. de ædilitio edicto, & in sequẽtibus num. 56. & 57. limitat vlterius supradictam generalem regulam, & conclusionem à nobis propositam,
119 vt non procedat † contra hominem alias bonæ famæ, conditionis, & vitę nec in eo, qui fugit vt vadat ad superiorem: nam is non dicitur fugere, neque ex tali fuga oritur sufficiens indicium ad torturam, quia eiusmodi itineris arreptio vim habet appellationis, vt tradit Baldus in l. sed etsi per Prætorem, per illum textum, §. fin. ff. de quibus causis. Sed vt hæc omnia planiora fiant sequens secunda statuitur conclusio.

Secunda Conclusio.

120 Fvga prædicta, † cum non sit proximum, sed remotum indicium non est sufficiens ad torturam, nisi fuerit adminiculata aliqua alia coniectura, vel indicio, & probata per duos testes contestes qui plenè concludant. Hæc conclusio est certa & manifesta, nec vllo modo contraria primæ superius positæ: quin verò eiusdem explicatiua, & modificatiua, qua & concordari possunt contrariæ hac de re opiniones, quæ esse videntur inter Doctores Iurisperitos, de quibus mentionem fecimus supra, ita vt prima opinio non sit intelligenda absolutè, & simpliciter, quod fuga prætensi delinquentis vehemens, atque sufficiẽs sit indicium ad torturam, semiplenamque faciat probationem: sed coniuncta cum aliquo alio adminiculo siue indicio, vt purà cum fama, inimicitia seu aliquo simili, per textum in l. vnica, C. de raptor. virg. & in l. lege Cornelia, ff. ad Sillanian. neque id dicere alienum vllo esse modo videtur à ratione, cum (vt præmissum est) supradicta † fuga non sit indicium proximum sed remotum: de quibus communiter dicitur, quod nec semiplenè probant, neque indicium faciunt ad torturam, nisi simul coniungantur cum alijs adminiculis, seu indicijs, sed tantum faciunt aliqualem præsumptionem & suspicionem. Quod verò fuga prædicta probari debeat per duos testes contestes & concludentes de ipsa, communis est omnium resolutio, & generali regula superius posita pro omnibus in vniuersum indicijs. 121

ARTICVLVS IX.

Vtrum inimicitia alicuius, qui reperiatur occisus, & minæ, sufficiens faciant indicium ad torturam?

DVAE simul à nobis in præsentiarum absoluendæ erunt difficultates, quia quam maximè sunt inter se connexæ, & vt nõ tot multiplicentur articuli. Prima erit de inimicitia, secunda verò de minis. Et circa inimicitiam oportet aduertere, † quod variè ea à Doctoribus distinguitur. Alia enim est capitalis, alia verò non capitalis: seu (vt alij volunt) alia est grauis, alia leuis: & quænam hæc, vel illa dicatur, non ab ipsis vnanimiter diffinitur, atque 122

atque determinatur. Qua de re videatur Farinac. tract. de indicijs, & tortura, quæst. 49. à n. 1. cum sequentibus latissimè, vsque ad nu. 84. vbi ad id ipsum mõstrãdũ haud minus, quam viginti affert conclusiones. Qua tanta prolixitate prætermissa, melius visũ fuit vt breuiter atq; resolutiuè dicamus cũ Ant. Gom. to. 3. variarum cap. 12. nu. 14. propè medium, vers. intellige tamen agẽdo de inimicitia, ob quam quis iure repelli debet afferẽdo testimonio: id ipsum † esse intelligẽdum quando inimicitiæ sunt graues, quarum statuẽs exẽplum subdit, vtpotè quia præcessit inter eos aliqua iniuria realis, seu verbalis, aut aliqualis super aliqua causa capitali, vel ciuili omnium bonorũ aut maioris partis: secus est autem si inimicitiæ sint leues, quod tamen
124 † iudicis arbitrio relinquitur, cũ hac in re certa regula non possit dari. Quod probat multis iuribus, sed præ sertim de mente Bartoli in l. 3. §. fin. ff. de testibus, & ibi Doctores communiter, & idem Bartol. in l. 3. §. fin. ff. de adimen. legat. & Innocentius, Abbas. in c. cum. oporteat de accusation. & Bald. in authent. si testis productus dicatur, C. de testib. num. 4. & in cap. veniens iureiurando. in fine, & ibi alij Doctores communiter. Quod etiam dicit Iulius Clarus de eodem agendo libr. 5. senten. §. fin. quæst. 24. num. 5. vers. item quæro an nquid inimicus repellatur à testificando in causis criminalibus? Et respondet quod sic, si inimicitia fuerit capitalis, & grauis, alias verò minimè. Nam leuis (inquit) inimicitia testem non repellit à testificando. Et infra quæ autem dicatur inimicitia capitalis, & grauis, quæ verò non: iudicis (inquit) relinquitur arbitrio, ita enim tenẽt omnes Doctores, & in hoc residentes, vt dicit Felinus in capit. repellantur de accusation. num. 3. Et hoc idem concludendo dicit Farinac. vbi sup. Licèt enim (vt diximus) non minus, quam viginti ad hanc rem explicandam adducat conclusiones, in vltima tamen dicit, quod extra illos casus, qui à iure sunt comprobati, & Doctoribus communiter recepti, multum iudicis arbitrio, tribuitur, an & quando quis dicatur inimicus, & quando etiam inimicitia reputetur capitalis vel non: & in isto (inquit) casu iudex regulabit suum arbitrium iuxta facti & personarum qualitatem, & alias circumstantias, vt tradit Glossa, & Doctores communiter in capit. cum oporteat de accusatio. & Felinus, in capit. repellantur, eodem tit. num. 3. Hoc igitur præmisso, atque supposito, prædictis difficultatibus respondetur per duas sequentes conclusiones.

Prima Conclusio.

INimicitia † si sit capitalis, & grauis indicium facit ad torturam, nõ verò si sit leuis, neque ipsa sola, sed coniũcta cũ aliquo alio adminiculo, siue indicio. Hæc conclusio si explicata communis est omnium Doctorum resolutio. Nam quamuis Speculator tit. de præsumptionib. §. species, quem aliqui sequuntur DD. dicat inimicitiam, si ea sit capitalis, & grauis, per se solam ad torturã sufficere, contrarium tamen est verius, & quod communiter tenetur, & obseruatur in praxi atque ita Antonius Gomez loco vbi supra capit. 13. num. 11. vers. quintum indicium, dicit quod quintum indicium ad torturam est inimicitia non sola, sed coniuncta cum alijs adminiculis. Nam (inquit) si quis est alterius † inimicus, & minatus est ei, vel fecit aliqua præparamẽta, vt emere arma, aut visus fuit transire armatus per locum vbi erat offen- 125 126

offensus, tempore quò commissum fuit delictum, vel fortè paulo ante abstulit de domo sua res magis pretiosas: & postea ille alter reperiatur occisus, vel offensus, præsumitur quod prædictus inimicus eius fecit, & commisit illud delictum, & est sufficiens indicium ad torturam, quod probat per text. in l. 1. §. præterea, ff. de quæstionib. & textum in l. 1. §. eiusdem, ff. de testib. & expresse tenet hanc sententiam Bartol. in l. fin. ff. de quæstionib. col. 3. & alij Doctores relati per supradictum Antoniũ Gomez, quibus memoratis inquit. Ex quo infertur singulariter, quod sola inimicitia nõ videtur sufficere, ad hoc vt præsumatur quis mortuus, vel offensus ab inimico, & possit torqueri, sed cum ea requiritur aliquod aliud adminiculum, licèt contrarium teneat Speculator. Verum est tamen quod postea se limitando ac concordare volens prædictas contrarias (vt videtur) opiniones, addit quod dici potest cum distinctione, quod si inimicitia sit maxima & ex graui aliqua causa producta, & causata, sufficiens erit indicium ad torturam: si verò leuis, & ex leui causa, vel occasione orta, tunc (inquit) sola inimicitia non erit sufficiens indicium ad torturam quod rectus, & prudens arbitrabitur iudex, quia (inquit) in hac ardua, & periculosa materia torturæ, ista est doctrina, & generalis regula, quod attenta qualitate facti, & personæ, & ex varijs circunstantijs arbitrari debet iudex, an debeant imponere torturam, vel non, quod totũ eius relinquitur arbitrio, per tex. expressum in l. de minore, §. plurium, ff. de quæstionibus, & textum in l. 3. §. eiusdem, ff. de testibus, & textus in l. 1. §. expilatores, ff. de effractoribus, vbi hoc ipsum tenent omnes Doctores communiter, & Bart. in l. fin. ff. de quæstionibus,

numero 4. Hæc supradictus Antonius Gomez, cum quo consentit etiã Iulius Clarus lib. 5 sententiarum §. fin. quæst. 21. num. 30. vers. inimicitia vigens inter offensũ, & eũ, qui de delicto suspectus. Et idẽ omnino dicit Farin. loco vbi supra, à nu. 88. cũ sequentibus latissimè, vbi in primis dicit, & ponit pro generali regula,
quod inimicitia † aduersus inimi- 127
cum haud modicam præsumptionẽ facit: nam cum inimicus de inimico semper cogitet malum, lex etiam de eodem inimico omne præsumit malum, quod probat per l. inimicitia, ff. de ijs, quibus vt indignis, & l. 1. §. præterea, ff. de quæstionibus, & l. 3. §. non solum, ff. de adim. legat. & cap. repellantur, cap. cum oporteat de accusationib. Ex qua (inquit) præsumptione ex inimicitia resultante, sufficiens oritur indicium ad torturam, secundum Bartol. in l. 1. §. cum quis, ff. de quæstionibus, quod ampliando procedere dicit hanc regulam,
etiãsi inimicitia † processerit 118
ex culpa, & facto eiusdem offensi, & etiamsi offensus prius alium alia vice offenderit: nam adhuc inimicitia orta ex antiqua offensa eius, qui de noua offensione inculpatur, contra inculpatum indicium faciat ad torturam. Plures alias ampliationes adducit ad prædictam generalem regulam, & deinde pro suo more nonnullas etiam ponit limitationes, & modificationes, quarum sunt præci-
puæ, † quod inimicitia prædicta sit 129
capitalis, aut grauis. Item & quod ea sola non ad torturam sufficiat, sed necessario esse debeat coniuncta cũ alio adminiculo siue indicio (vt dictum est.) Item vt post inimicitiam, non fuerit subsecuta pax, reconciliatio, ac iniuriæ remissio: tunc enim (inquit) inimicitiam non indicium facit ad torturam, si delictum non de recenti post reconciliationem fuit commissum, vt tradit Innocentius,

&

& Doctores communiter in capit. cum oporteat de accusationibus. Secus autem si de recenti: nam offensus de recenti reconciliatus, adhuc præsumitur iratus, & quod velit nocendo se vlcisci, argumento textus in capit. 2.3.quæstio.5. Ad quod propositum plura dicit, eaque notatu dignissima, vsque numerum 113. & iterum in numero 114. limitat prædictam generalem regulam, vt non procedat, quando offensus plures habebat inimicos: in hoc enim casu cum propter inimicorum pluralitatem, præsumptio, quæ esse poterat contra vnum incerta reddatur, & dubia, contra nullum habebit effectum, argumento textus in capite in præsentia de probationibus, & in l.neque natales, C.eodem titulo Ad hoc propositum etiam dicit plura quam maximè notatu digna, vsque ad numerum 125. Et in sequenti numero 126. vsque in finem dicit, id quod ex se satis erat dictum,
130 nempe † probandam esse huiusmodi inimicitiam, ad hoc vt indicium faciat ad torturam: nam in dubio quis præsumitur amicus, & non inimicus: vt habetur in authentico de testibus, §. si quis verò dicat odiosum, collat.7. & in l.ratione, § cum quidam. ff. ad l.Iul. Nec solum inimicitia probanda est in genere, verum etiam & in specie qualitas, & causa eiusdem inimicitiæ, & testes super ea deponentes nihil probant, nisi reddant causam, quod probat multorum Doctorum auctoritatibus, sed præcipuè Mascardi lib.1.de probationib.concl.19. nu.2. & lib.3. concl. 691. nu. 1. & 3. & Baiardi in additionib. ad Iul. Clar. q. 24. nu. 41.

Secunda Conclusio.

Minæ † etiam faciunt indicium ad torturam contra minantem, delicto secuto in personam, contra quam fuerunt illatæ, concurrente simul alio adminiculo siue indicio, & quod minator sit homo potens, ac solitus minas in executione ponere. Hæc conclusio sit explicata (vt credo) est omnium Doctorum communis resolutio, & de ea videndus est Ant.Gomez tom. 3.variar.cap.13.num.11. propè medium, & Iulius Clar.lib.5. sent.§. fin.q.21.num.37. & nouissimè Farinac.loco vbi supra, q.50. à nu.1.cum sequentib.vbi prædictam conclusionem probat de mente Gandini in tit.de præsumptio.& indicijs nu.23. vbi dicit, quod si inculpatus de crimine, occiso, seu vulnerato, paulo ante maleficium commissum fuerit minatus, tales minæ, licèt non plenum inferant præiudicium, faciunt tamen præsumptionem contra illas proferentem, & indicium inducunt ad torturam, per l quidam, l.etiam, & l. fin.ff. de probatio. & l.nec professio cum ibi notatis, C.de testamentis. Nam animus & voluntas cuiusque, non solum ex rebus & factis declaratur, iuxta legem si tantum, §. ei qui, ff.de ædili. edicto. verum etiã & ex verbis, quia non est credendũ, quod quis verbo exprimat id, quod prius mente non cogitauit, iuxta l. Labeo, ff. de supellectil. lega. vnde præcedentibus minis & secuto delicto, contra minantem est præsumptio, & grauè oritur indicium ad torturam. Idem dicit Foller.in sua practica crimin. verbo item quod sororem venenauit, nu.6.& idem dicunt plures Doctores allegati per Farin, loco vbi supra, vbi etiam huic generali regulæ plures affert ampliationes, & casus in quibus verificatur &

quam maximè habet locum, vsq; ad n. m. 8 & in sequenti num. 9. cum sequentib. eandem multis modis limitat sed præcipuè dicendo, quod non semper minæ contra minantem sufficiens faciunt indicium ad torturam, sed tunc solum quando mina-
132 tor † fuerit persona potens, malæ famæ & vitæ, ac solitus minas exequi, & in executione ponere. Quo circa in hoc casu quam maximè attendenda est personæ qualitas, iuxta textum in l. metum, & ibi glossa, & Doctores, C. quod metus causa. Limitat iterum eandem generalem regulam, vt non procedat quando occisus vltra minantem, alium etiam haberet inimicum, nam tunc minæ nõ facerent indicium contra ipsum solum. Plures alias adducit limitationes, & sublimitationes, quas ego breuitatis gratia omitto. Dicere tamen non preteribo supradictam conclusionem nostram, ac generalem regulam, quam maximè proce-
133 dere † in minis deliberatè illatis, sedato animo, & ex interuallo, post receptam iniuriam siue offensam: nam secus est de prolatis in continenti, seu alias per iracundiam, nam eiusmodi minæ haudquaquam indiciũ faciunt ad torturam. Sæpè enim præ iracundia quam plurima proferuntur verba, quæ nec ponuntur, nec vnquam intentio fuit ea ponendi in executione. Est enim lingua instrumentum lubricum, & velox, & verba seu minæ quæ ab iracũdo proferuntur, non semper debent intelligi, quod fient, aut saltim, quod propria auctoritate fient, sed per viam iustitiæ. Qua de re videantur Anton. Gom. & Iul. Clar. vbi supra, & Farinac. supradictus à num. 27. cum sequentibus latissimè vbi addit eiusmodi minas solas, non indicium facere ad torturam, nisi fuerint adminiculatæ, & simul cum eis aliqua lis concurrat suspicio aut præsumptio. Item † & esse debet proba- 134
tæ, quia non præsumuntur, nisi probentur concludenter per duos testes: quamuis non sit necessariò requisitum, quod eiusmodi testes sint contests, sed sufficiunt singulares.

ARTICVLVS X.

Vtrum indicium oriatur ad torturam ex depositione mandatarij contra mandantem, & testis dicentis, se falsum dixisse de mandato alterius?

Prima Conclusio.

EX depositione † mandatarij cõ 135
tra mandantem, non alio adminiculo concurrente, non sufficiens oritur indicium ad torturã. Hęc conclusio quàm maximam habet similitudinem cum illa, quam apposuimus supra quæst. 17. de testib. art. 4. agendo de dicto socij criminis, quando, & qualiter indicium faciat ad torturam: & pro eiusdem maiori intelligentia præmittendum est, quod quando apparet de propria causa, ex qua quispiã motus est, aut moueri potuit ad delinquendum, occidendum, seu vulnerandũ aliquẽ nõ ius hẽt iudex delinquentẽ de mãdatoribus interrogãdi, vt latissimè probat. Farinac. tit. de indicijs, & tortura, q. 43. à n. 50. cum sequentibus: at verò vbi nõ apparet prædicta causa, qua quis delictum commisit hominẽ occidit, siue vulnerauit, tũc delinquens optimè potest à iudice de mandatoribus interrogari, & in id ipsum torqueri, vt dixit ibidem Farinac. loco vbi supra, q. 37. à num. 154. cum sequentibus. Quandoque etiam solet contingere, quod licèt appareat causa, ob quam quispiam alium occidit, siue vulnerauit concurrunt etiam simul aliqua indicia,

quod

quod ad occidendum, siue vulnerãdum non defuerunt consultores, per suasiones, auxiliatores & similes, in quo quidem casu deliquens de illis potest interrogari, atque in id ipsum torqueri vt dicit ac probat Farinacius supradictus loco vbi supra, quæst. 43. num. 51. & 52. & 107. agẽdo de criminum socijs. Difficultas igitur posset exoriri, an in eiusmodi causa quando delinquens dicit se deliquisse, occidisse, siue vulnerasse aliquem de mandato alterius, eiusmodi inculpatio cõtra illum alium, an sufficiens faciat indicium ad torturam? Cui difficultati respondetur negatiuè, & dicit nostra conclusio, quod non, non concurrente simul in id ipsum aliquo alio adminiculo. Quæ conclusio sic explicata (vt credo) est communis omnium resolutio, & eam tenet expreßè Bald. consil. 429. volum. 3. vbi dicit, quod mandatarius, seu mandatarij dictum, quamuis sufficiat ad iudicis instructionem, non tamen sufficit ad condemnationem, nec facit probationem: & Baldum sic dicentẽ sequuntur innumeri DD. Iurisperiti relati per Farinacium loco vbi supra, quæst. 44. num. 2. qui vnanimi
136 consensu dicunt mandatarij † dictum non facere etiam semiplenam probationem, ac proinde nec sufficere ad torturam. Licet enim (inquiunt) mandatum computari poßit inter delicta occulta, ac difficilis probationis: non tamen inde sequitur, quod eiusmodi mandatarius sit testis integer, & omni exceptione maior, & consequenter sine alijs adminiculis, non faciat indicium ad torturam, iuxta id, quod latißimè, ac rectißimè dicit, & probat Farinac. prædictus in dict. quæst. 43. num. 75. & latius num. 147. agendo de dicto socij criminis. Qua de re videatur Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 21. num. 12. verſ. & ex hanc conclusione infertur, vbi dicit q̃d solum dictum mandatarij indicium non facit ad torturam contra mandantem, nisi alia simul adminicula cum eo cõcurrant, quam esse dicit opinionem cõem. Et licèt non desint qui dicant testibus † deponentibus de mandato & commissione sibi facta esse 137
credendum, etiam quoad plenam probationem: eiusmodi dictum procedet forsan in ciuilibus, non autem in criminalibus. Item & procedet in casu quo mandatum non continet aliquid criminosum, & turpe, ex quo mandatarius illud acceptando efficiatur etiam criminosus, & infamis. Etenim si mandatum contineat aliquid quod in se est delictum; cum illud acceptando mandatarius efficiatur criminosus & infamis, planè proinde sequitur, quod sit à ferendo testimonio repellendus, & quod nullam proinde faciat probationem, nec verò indicium ad torturam. Quod credo esse verum non solum in eo, qui mandatum acceptauit, & executioni illud mandauit, verum indistinctè in illo, qui solummodo acceptauit, siue executioni illud mandauerit, siue non (quidquid nonnulli iurisperiti in contrarium dicant cum Bald. vbi supra) nã alias † contrarium si diceretur, & admitteretur, sequeretur quoddam maximum absurdum, nempè quod posi- 138
tum esset in potestate cuiuslibet hominis lacerare, atq; destruere eum, quem forsan occulto odio habet, ipsum inculpando, quod dederit sibi mandatum ad occidendum, vel vulnerandum aliquem, quod non est dicendũ. Videatur hac de re Iul. Clar. vbi sup. cuius quidem verba pro eo, quod notabilißima sunt in præsentiarum libuit referre, & sunt quę sequũntur. Et ex hac cõclusione infertur quod solũ dictũ mãdatarij nõ facit indiciũ ad torturã cõtra mãdãtẽ, nisi alias cõcurrãt, q̃ est cõis opinio, & in-

& infra. Reperio tamen Bald.lib 3. cons. 409. distinguentem quod aut talis mandatarius non suscepit mandatum,& tunc facit indicium ad torturam,aut verò suscepit illud, & nō faciet sufficiens indicium: & Bosius tit.de indicijs num. 154. dicit quod ita obseruatur. Mihi tamen placet communis opinio, vt in nullo casu faciat indicium ad torturam, nisi aliqua alia præsumptio, vel saltim suspicio concurrat contra eum qui nominatur pro mandante,aliàs esset in facultate cuiuslibet scelesti, facere quod quilibet vir probus subijceretur tormentis, quod esset impium & absurdum. Verba sunt valde notanda, ac memoriæ commendanda. Et intelligenda est conclusio,& ampliãda, vt procedat etiam in crimine læsæ maiestatis, & alijs exceptis: nam licèt in ijs admittatur dictum socij criminis (vt diximus supra, dū ageremus de testib.q.17.art.4.)non tamen nisi simul cōcurrentibus alijs adminiculis,& idem omninò dicendum est in proposito de mandatario,
139 etiamsi mandatarij † sint duo:quod non indicium faciunt ad torturam contra nominatum mandantem, nisi etiam simul alia concurrant. Circa hoc vltimum Iurisperitos aliqua ex parte contrarios inuenio. Dicunt enim nonnulli, quod sicut secundum magis communem, atque seruatam opinionem, duo criminis socij indicium faciunt ad torturam, idem omninò dicendum sit de mandatarijs prædictis, cum sit certa, & firmissima regula,quod in illis casibus,in quibus dictum socij criminis indicium facit ad torturam contra nominatum, in eisdem & mandatarij dictum indicium faciat contra mandantem. Sed alij contrarium volunt. Pro quorum opinionum concordia dici potest cum Farinacio loco vbi supra,q.44. num.9. quod aut sumus in casu, in quo reus de mandante potuit interrogari, aut non. Si sic,in tali casu duorum mandatariorum dictum circa idem mandatum, si sint contestes, & non singulares, sufficiēs erit indicium ad torturam, quia vnius dictum coadiuuatur ex dicto alterius. In secundo verò casu non ita,vt latius dicit idem Farinac. q.43.à nu.41. cum seq. De his omnibus videatur idem Farinac. in d.q. 44.à dicto nu. 9. cum seq. latissimè, vsque in finem, vbi ad hoc propositum reperire licebit multa, eaque notatu dignissima. Sed pro nunc dicta sufficiant.

Secunda Conclusio.

EX depositione † testis dicentis, se falsum deposuisse de 140
mãdato alterius, aut prece vel præmio id ipsum fecisse,nisi concurrentibus etiam alijs adminiculis, nō sufficiens oritur indicium ad torturam. Hæc etiam conclusio est omnium communis resolutio, aut saltim communior, verior,atque tenenda, licèt non desint contrarium qui dicant. Pro cuius intelligentia præmitto, nonnullos Iurisperitos in ea esse opinione, & sententia, vt dicant
in odium † corrumpentis testes,corruptos plenè etiam probare contra corrumpētem: ad quod probandum addunt textum in cap.1.in principio si de inuestitura inter dominum & vassallos lis oriatur in vsibus feudorum,vbi dicitur:Qui etiamsi veritatem celare voluerint, fortè amore vel precio,vel alia qualibet ex causa, à Comite vel populo iurare compellantur, quod ex ea causa falsitatem non dicent, nec vera scientes tacebunt.Quo loco testes corrupti ad ve- 141
ritatem celandam,admittuntur† cō- 142
tra illum,qui eos corruperat, dummodo iurent per id non se veritatem celaturos. Quod idem habetur in cap.fin. de testib. cogend. vbi Summus Pontifex ad instãtiam Archiepisc.

ipisc.

pisc. Rauennatis, mandat compelli testes, qui pecunia corrupti iuramento promiserant, se non reuelaturos coniurationem factam contra eundem Archiepiscopum, ad se examinandum pro veritate super dicta cōspiratione contra conspiratores & subornatores. Per quæ iura multi DD. huic adhærent sententiæ, & opinioni, de qua videatur Farinac. loco vbi supra q. 45. num. 6. & 7. Sed his nihilominus non obstantibus cōtra-
143 rium † verius esse dicit, & supradictā nostram conclusionem rationabiliorem, ac iuri magis conformem. Quā respondendo omnibus in contrariū adductis probat ibidem à nu. 1. cum sequentibus, sed maximè per textum in cap. sicut nobis de testibus: vbi dicitur non esse aliquatenus admittendum testimonium eorum, qui se corruptos dicunt falsitatem perhibuisse: quod etiam probat multis adductis Doctorum authoritatibus: & hac sequenti ratione præstantissima, concludenti, atque efficacissima. Ea est, quia adhoc vt vnus testis etiam immediatè deponens super delicto, indicium faciat ad torturam, esse debet fidedignus, & omni exceptione maior, & vt dicunt iurisperiti inuulnerabilis; sed testis qui profitetur se prece, pretio, vel præmio falsum dixisse, non solum non est talis, quin verò vndique est inhabilis, & plures, atque innumeros patitur defectus, cum sit infamis, periurus, ac se fateatur criminis socium: ergo ex ipsius depositione, nisi alia adminicula simul concurrant, nullo modo sufficiens oritur indicium ad
144 torturam. Nec solum dictum † testis corrupti contra corrumpentem, indicium non facit ad torturam, verumetiam neque ad inquirendum, vt satis colligitur ex præallegato, cap. sicut nobis de testib. quando dicitur, quod testibus asserentibus se corruptos falsum dixisse non est aliquatenus credendum, pro eo quod sunt periuri. Vbi ponderandum venit verbum aliquatenus, quod idem omninò importat quod nullatenus, seu nullo modo, vt notat Archidiacon. in c. quoniam de immunit. Eccles. & in cap. statutum de rescriptis in 6 & cap. 2. de Decimis etiam in 6. Ex quo infertur quod si prædictis testibus pretio corruptis & periuris, nullatenus siue nullo modo est credendum, quod ipsorum dictum nec dum ad torturam non sufficiat, verumetiam neque ad inquirendum,
quin † verò neque ad capturam, vt 145
multis Doctorum authoritatibus probat supradictus Farinac. loco vbi supra nu. 12. cum sequentibus vsque 29. propositam conclusionem, & generalem regulam ampliando. Id quod & esse dicit intelligendum, etiamsi huiusmodi testis falsus, & corruptus cum tortura deponat, & etiamsi ipsi duo ac plures sint, (quidquid nonnulli in cōtrarium dicant) nam hoc est mag s certum, & satis colligitur ex præallegato, cap. sicut nobis de testibus, vbi supradictus Pontifex, non in singulari, sed in plurali loquitur, & dicit eiusmodi testibus falsis, & corruptis, nullatenus esse credendum. Videatur Farinac. vbi supra. vbi & à num. 29. cum sequentibus prædictæ generali regulę aliquas adducit limitationes: quarum est præcipua, atque potissima, quæ à nobis posita est in conclusione: vt nempe ex depositione eiusmo-
di testis corrupti † indicium suffi- 146
ciens non exoriatur ad torturam, nisi simul cum ipsa alia etiam concurrant adminicula, quod est certum, & tenendum. Et etiam requiritur, vt cum depositione eiusmodi testis corrupti, concurrant simul omnia illa, quæ concurrere debent adhoc, vt fides fiat socio criminis: de quibus multa diximus supra quæst. 17. artic. 4. & videatur de his

Farinac. quæst. 43. à num. 131. cum sequentibus. Nam in omni casu, quo dictum socij criminis indicium non faciat ad torturam contra nominatum, nec etiam dictum testis corrupti indicium faciet contra corrumpentem, cum vix, aut nullatenus dari possit vlla diuersitatis ratio inter vnum, & alium casum: quod idem dicit Farinac. de mandatario, q. 44. numero 24.

SVMMARIVM.

147 *Assertio vulnerati, seu offensi infirmi, et maximè in articulo mortis facit indicium ad torturā contra vulnerantem.*

Contraria opinio verior, num. 148.

149 *Assertio vulnerati, licet offensi, etiam constituti in articulo mortis, nisi cum ea simul alia adminicula concurrant, non facit indicium ad torturam.*

Facit tamen nihilominus aliquam præsumptionem, & indicium sufficiens ad capturam, nu. 150.

Et ad sumēdam de delicto informationem, nu. 151.

152 *Practica obseruata in curia Romana pro excipiendo dicto vulnerati.*

153 *Exculpatio vulnerati, siue offensi in mortis articulo constituti prodest inquisito, ita vt per eam auferantur omnia indicia contra ipsum, etiam vrgentia, distingue num. 158.*

Etiamsi exculpans prius eundē exculpatum inculpasset. 154.

Limita quando exculpatio fieret extra mortis articulum. 155.

Et quando de delicto commisso, aliàs plenè constaret, nu. 156.

157 *In hominis potestate non esse debet facere de crimine non crimen.*

159 *Mendacium in iudicio prolatum, iuncto quouis alio adminiculo, sufficit ad torturam.*

Quando maximè consistit circa qualitates, & circunstantias substantiales delicti, seu ad delictū pertinentes, psumque inferentes, numero 160. & mendacium probari debet per duos testes, numero 161.

162 *Variatio facit indicium coniūcta cum alio adminiculo.*

163 *Vacillatio, titubatio, trepidatio, tremor, timor, pallor, & alia similia signa faciunt indicium ad torturam: maximè coniuncta cum aliqua variatione, numero 165.*

164 *Constantia, & audacia rei in respondendo, ostendunt eius innocentiam.*

Et hoc positum in iudicis arbitrio, num. 166.

167 *Indicium facit ad torturā, quando ex domo, in qua repertum fuit cadauer hominis occisi, qui palliaus, & cum gladio euaginato, & sanguinolento exierit, visus fuerit fugere.*

168 *Armorum delatio, maximè prohibitorum, concurrentibus alijs adminiculis, sufficiens facit indicium ad torturam.*

169 *Conuersatio cum malis, & facinorosis hominibus assuetis ad capitalia perpetranda delicta, facit indicium ad torturam.*

Etiam contra alios prætensos homines, & participes, si probentur, quod soliti sunt conuersari cum principali delinquente, & inquirūtur tanquam socij, numero 170.

171 *Indicium sufficiens ad torturam oritur contra eum qui statim aliquo commisso delicto adiu curiā ad perquirendum, & sollicitandum [illegible] ad ipsum id [illegible] non spectet, concurrente quouis alio adminiculo.*

Qui ex officio tenetur denunciare, & si nullum oriatur indicium si tacet, & tardè denunciat, cui & quando possit torqueri, numero 172.

173 *Homicidium factum in domo alicuius præsumitur ab his, qui habitant in domo perpetratum, & à vicinis damnum, & furtum numero 176*

174 *Dominus domus, in qua quis reperitur mortuus concurrente alio adminiculo potest torqueri.*

Et omnes habitantes in domo tanquam testes informati torqueri possunt nu. 175.

177 *Indicium oritur ad torturam contra eum, qui tempore maleficij, vel postea incontinenti inuentus est in loco commissi delicti aliove illi valde propinquo.*

Concurrentibus tamen alijs adminiculis, nu. 178.

179 *Causa delinquendi facit indicium ad torturam contra delinquentē, concurrentibus alijs adminiculis causæ delinquendi enumerãtur, & declarantur, nu. 180.*

181 *Indicium sufficiens contra eum oritur in cuius aspectu accisi hominis cadauer sanguinem emittit, concurrente aliquo adminiculo.*

Quod indicium est incertissimũ cum proueniat ex causis remotis, & incognitis, nu. 182.

183 *Acclamatio sine vociferatio concurrentibus alijs adminiculis facit indicium ad torturam, sed per duos testes comprobari debet numero 184*

185 *Physiognomia, & malum nomen concurrentibus adminiculis faciunt indicium ad torturam.*

Quæ operentur ut quem præsumi delinquentem in genere, non autem in specie, nu. 186.

187 *Denunciatio officialis non facit indicium ad torturam.*

188 *Omnes, qui à iure, siue ex priuilegio non sunt prohibiti regulariter loquendo indistinctè possunt torqueri.*

189 *Clerici, & Monachi existentibus legitimis indicijs, semiplenave probatione, bene, possunt torqueri.*

190 *Indicia si sit urgentia faciunt notorium, quod succedit loco diffamationis.*

191 *Clerici, ut torqueantur indicia debet esse clariora, & urgentiora.*

Nec debeat torqueri per laicos, si id fieri potest, nu. 192.

Et mitius quam laici debent torqueri propter excommunicationis periculum, 193.

194 *Minores quatuordecim annorum, & senes decrepiti de iure communi non possunt torqueri.*

195 *Milites nobiles, ciuitatum decuriones, Doctores, & Aduocati, & in aliqua magna dignitate constituti, iure, & regulariter non possunt torqueri.*

Intellige de militibus antiquis nam nostri temporis milites de facto torquentur, nu. 196.

197 *Nobiles de consuetudine in multis locis torquentur.*

Decuriones de facto torquentur non solum finito officio, sed eo durante nu. 198.

199 *Doctores, & aduocati de facto, & de consuetudine torquentur.*

200 *Existentes in magna dignitate nõ torquentur.*

Nec tanquam rei, nec tanquam testes nu. 201.

202 *Mulieres pregnantes non possunt torqueri, nec post partum infra 40. dies, nec lactantes ibid nec in criminibus exceptis nu. 211.*

203 *Persona viles Republicæ torqueri an possint?*

204 *Muti, & Surdi à natura non possunt torqueri.*

205 *Epi-*

inno-

Quoad

Quoad pœnam ordinariam, non tamen quoad extraordinariam, numero 306.

307 *Fortuna inferri potest in multis casibus ad aliquas qualitate habendas, & delicta aggrauante socios que, siue complices, mandatores, consultores, fautores, aut receptatores de exgendos.*

Et in huiusmodi casib. tortura debet esse moderata, nu. 308.

ARTICVLVS XI.

Vtrum indicium sufficiens oriatur ad torturam, ex inculpatione querelantis, siue offensi, etiam existentis in articulo mortis?

IN hoc Articulo tractabitur simul de exculpatione eiusdem, an proficiat aliquid, vel non proficiat.

Et circa primam difficultatem iurisperitos inuenio partitos, & ea de re duas esse extremas opiniones. Prima
147 est asserentium, dictum † vulnerati, siue offensi infirmi, & maximè in articulo mortis constituti, indicium facere ad torturam contra offendentē, siue vulnerantem. De qua sententia, & opinione, videatur Farinac. titulo de indicijs, & tortura à nu. 1. vsq; ad 6. vbi eidem adducit sequentes limitationes, & modificationes. Prima, quod inculpatio prædicta, sit facta in articulo mortis. Secunda cum iuramento. Tertia, quod inculpans sit in plenitudine sui intellectus. Quarta, quod sit bonæ famæ. Quinta, quod delictum non possit per alios probari. Sexta, quod fuerit commissum de die, & nō de nocte, seu aliàs, ita quod delinquens potuerit ab offenso videri: ac tandē septima, & vltima, quod non suo dicto aliæ contradicant circumstantiæ. Quibus omnibus concurrentibus, dicit tenere hanc sententiam quam plures DD. quos refert ibidem, eandemque probare contendere multis iuribus, & rationibus, sed maximè ex text. in l. si quis in graui, §. si quis moriens, ff. ad Sillanian. à contrario sensu, in illis verbis: Si quis moriens dixisset à seruo vim mortis sibi illatam esse, dicendum est non esse credendum Domino, si moriens hoc dixit, nisi id potuerit etiam comprobari. Ex quo textu ponderando illa verba, si moriens hoc dixit, à contrario sensu inferunt DD. prædicti de mente Vlpiani, quod si non est credendum domino asserenti sibi vim illatam fuisse à seruo, quando eiusmodi assertio facta est ab eo moriente, & in statu mortis constituti, quia in eo casu cum non præsumatur sanæ mētis, & sinceri intellectus, mirum non est, quod eius dicto non stetur, iuxta l. hac consultissima, §. at cum humana fragilitas, C. qui testam. fac. poss. & l. iubemus, C. de testam. ergo si talis assertio facta sit ab infirmo non moriente, aut saltim existente in plenitudine sui intellectus, proculdubio probationem faciet contra vim inferentem. Facit & ad idem apositissima ratio, & ea est, quia constitutus in mortis articulo non præsumitur mentiri, & quilibet præsumitur memor salutis æternæ, præsertim cum laborat in extremis, nec contra ipsum esse potest aliqua mendacij præsumptio. Vt enim docet rerum omnium experientia magistra, si vnquam ab hominibus veritas haberi potest, maximè cū laborant in extremis, & in mortis articulo sunt constituti, & iā iam ex hoc sæculo recessuri: cum etiā certo speratur, quod anima statim separanda sit à corpore. Si igitur morituri non præsumuntur mentiri, aut velle diuinam maiestatem offendere: satis (vt videtur) colligitur, fidem esse faciendam dicto, & as-

sertioni vulnerati, & offensi existentis tali articulo,& quod ipsum, sufficiens faciat indicium ad torturam. Hæc sunt, quæ pro hac opinione solent,& possunt adduci.

Sed alia est aliorum opinio, con-
148 trarium omninò † dicētium, de qua videatur Farinacius supradictus vbi supra à num.7.cum sequentibus vsque 16. Cuius sententiæ, & opinionis potissimum, ac præcipuum est fundamentum,supradicta lex si quis in graui, §.si quis moriens, ff. ad Sillanian.non quidem intellecta à contrario sensu(vt volunt DD. contrariæ opiniones) sed vt iacet, cuius verba Bart.& Bald. ibidem in summario nondunt pro generali regula,nēpè quod assertio vulnerati interfecti, siue offensi,non probat: nisi vulnus, mors, aut offensa, aliter probetur illata. Quod etiam tenere dicit Farin. innumeros alios authores, quos ibidem refert: vnde pro hac sententia quia melior videtur, ac longe probabilior, primam sequentem statuo conclusionem.

Prima Conclusio.

149 Assertio † vulnerati,siue offensi,etiā constituti in mortis articulo, nisi cum ea simul alia adminicula concurrant: indicium sufficiens non facit ad torturā. Cuius conclusionis veritas, satis colligitur ex præallegatis verbis, in dicta l. si quis in graui,§.si quis moriens,ff. ad Sillanianum:postquam expresseè ibidem dicitur, etiam Domino contra seruum non esse credendum, nisi quod dixit aliunde potuerit probare, & (vt dicitur) in expressis nō est locus coniecturis. De hac conclusione videatur Farinacius, vbi supra. Videatur etiam Antonius Gomez tomo 3. variarum,cap. 3.numero 16. vbi dicit illam. Non solum esse verissimam, verum & vocat eam opinionem communem, à qua neque in iudicando, neque in consulēdo vllo modo est recedendum.Idem omninò dicit Couarruu. lib. 2. variar.resolut.cap 13. nu.8.& Iul. Clarus lib.5.sent.§.fi.quęst.21.n.14. verbo assertio vulnerati, & Mascard.li. 1.de probat.concl.144.num. 1. cum sequentibus, & num. 9. in fine, & lib.3 concl.1129.à n. 1. vsque ad 11. vbi & dicit esse hanc sententiam & opinionem communem. Quæ & cōfirmari potest hac apositissima ratione, & argumento adducto de ciuilibus ad criminalia. Nam sicuti in ciuilibus ex solo suo dicto, & propria sua authoritate nemo alium constituere potest, nummorum aliquorum debitorem, iuxta legē rationis exemplo,C.de iure fisci li.10.ita nec ex solo suo dicto, potest quispiā aliū constituere pænæ alicuius debitorē, quod fieret si solum vulnerati, seu offensi dictum sufficiens esse posset indicium ad torturam. Multa alia ad hoc propositum possem adducere, quæ breuitati consulendo facio missa. Sed ad maiorem propositæ conclusionis intelligentiam, dico cū Farinacio vbi supra n. 16. prope finem, quod quamuis nostra opinio & sententia sit verior, communior, & probabilior: nihilominus tamen quia reuera aliqui possūt dari casus, in quibus inculpatio querelātis, siue offensi, indicium faciat ad torturā, quamuis inquam pluribus alijs non ita sit: dicendum est, ac iure optimo sustineri potest, quod harum vtraque opinio, tam affirmatiua, quam negatiua est probabilis,stando in proprijs cuiusque fundamentis, prout ipse eas hinc inde probabiles reddit, atque defendit à num.17.cum sequētibus vsq. 56. Sed stando in proposita nostra conclusione, negari haud quaquam potest, quod licet assertio vulnerati, & offensi pra dicta contra vulnerantem siue offensorem, indicium

ciom sufficiens non faciat ad
150 torturã; facit tamen nihilominus † aliquã præsumptionem, & indicium sufficiens ad capturam: vt multis probat idem Farinacius, & Couarru. li. 2. var. resol. cap. 13. num. 8. & Anto. Gomez tom. 3. var. cap. 13. num. 16. prope medium, vers. & similiter, cuius rei rationem reddit, quia (inquit) ad capturam sufficit qualibet summaria cognitio, & simplex iudicis informatio. Quod etiã dicit Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin quæst. 21. num. 14. vers. assertio vulnerati, etiam ad medium, & esse hanc opinionem communem. Cum quibus consentit etiã Mascard. lib. 3. de prob. concl. 1129. à num 23. cum sequentibus: nec solum supradicta inculpatio querelantis & offensi indicium facit ad capturam (vt dictum est) præsertim in articulo mortis constituti, verumetiam, & ad inquirendum, & dico inquirendum, non ad formandam, & transmittendam inquisitionem con-
151 tra aliquem, licèt bene † ad sumendas super ea re aliquas informationes: de quo videatur Farinac. vbi supra à num. 21. cum sequentibus, vbi hac distinctione præmissa, concordare contendit diuersas circa hoc Doctorum opiniones: Pro cuius maiori declaratione in num. 34. adducit stylum & procedendi modum, qui in prædicto casu à doctissimis iudicibus in Romana vrbe solet obseruari,
152 quem (inquit) obseruaret, & ipse si fuisset iudex. Practica † est hæc: quod accepta per Notario medio iuramento depositione, & inculpatione vulnerati per eorundem visitati, statim ac curiæ vulnus est denunciatum: tunc iudex ex tali assertione (siue vulneratus moriatur, siue nõ) dat mandatum contra inculpatum de eodem capiendo, iuxta id quod dictum est, & si capiatur non est (inquit) opus formare, aut transmittere inquisitionem: nam loco inquisitionis interrogatur, & examinatur per iudicem ipse reus: si vero non capiatur (quia aufugit) facta relatione per executores de ipsius fuga, aut latitatione (quæ satis in proposito casu dicitur apparere, si per executores diligenter eum perquirentes non inuenitur) iudex ex dicto vulnerati, iuncta fuga, format contra eum inquisitionem, & eum monitum, & citatum (iuxta stylum) non comparentem condemnat, vt latius dicit ipse in tom. 1. tit. de inquisitione, quæst. 11. Ex quo apparet sat's clarè, quod ex sola vulnerati assertione non proceditur contra inculpatum ad formandam & transmittẽdam inquisitionem, nisi simul concurrẽte inimicitia, aut alio aliquo adminiculo, siue adminiculis, vt nos etiam diximus in conclusione: de quo videatur idem Farinacius numero 35. vbi dicit, quod concurrentibus prædictis adminiculis, ex dicto vulnerati existentis in mortis articulo indicium oritur ad torturam; non solum est communis opinio, verum & generalis regula, quam nullus est, qui neget, sine negare possit. Sermone habito de inculpatione querelantis, siue offensi, superest vt dicamus de eiusdem exculpatione. De quo fit secũda conclusio.

Secunda Conclusio.

Exculpatio † vulnerati, siue offensi, in mortis articulo constituti, in tantum prodest inquisito, vt per eam auferantur omnia indicia contra ipsum etiam vrgentia, nec torqueri potest, etiamsi aliàs ex prædictis indicijs, sine tali exculpatione torquendus fuisset. Hęc etiam conclusio est expressa Farinacij loco vbi supra à num. 104. cum sequentibus, & probat eam de mente B-l-di in supradicta l. si quis in grau. §. 153

si quis

si quis moriēs, ff ad Sillanian. vbi dicit, quod licèt dicto offensi non credatur in odium offendentis; creditur tamen in eiusdem fauorē, quod etiam tenent alij grauissimi authores, relati per prædictum Farinac. loco vbi supra. Sed hac de re videatur specialiter Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 13. num. 17. ad finem, vers. sic. si verò delictum, & Iul. Clar. lib. 5. sentent §. fin. quæst. 52. num. 5. vers. potest etiam hæc negatiua probari; vbi dicit, quod per confessionē, & dictum ipsius offensi, licèt delictum contra aliquem non probetur nec faciat indicium ad torturam: è conuerso tamen, dictum defuncti, exculpantis imputatum de homicidio, tollit omnia indicia, quæ sunt cōtra ipsum, ita vt ex eis torqueri non possit, quæ (inquit) est communis opinio. Et procedit prædicta conclusio, etiamsi † exculpans prius eundē
154 exculpatum inculpasset, nam adhuc primum ipsius dictum non potest exculpato nocere, licèt fuisset solemne, & iuratum: quod tradunt Doctores vnanimiter: & hac de re videndus est Mascard. lib. 3. de probatio. conclus. 1130. numero 12. vbi dicit, hanc conclusionem intelligendam esse de exculpatione facta in articulo mortis, per eū qui prius viuens, aliquē veluti testis, aut veluti socius criminis inculpauerat: in quo quidem casu exculpatio tollit omnē præcedentem inculpationem, quia non est verosimile quod in hoc puncto quis voluerit mentiri suam grauando conscientiā. Secus autem † est de exculpatione
155 facta ab offenso non in articulo mortis existēte, vt si quis vulneratus, iniuriam, aut damnum aliquod passus, porrexisset querelam contra aliquē, dicendo se ab eo fuisse offensum, & postea per aliquos dies prædictam suam inculpationem reuocando, dixisset illum reuera non fuisse culpabilem, quia de veritate est magis certior factus, & à propria conscientia premitur id ipsum dicere: quod sæpissimè contingit de facto, in tali enim casu, nisi exculpans, siue inculpatus aliunde apertè probauerit errorē primæ inculpationis, quā ex dicto exculpantis, non propterea excusabitur à tortura inculpatus: nā eiusmodi exculpatio præsumitur procurata, & facta in fraudem fisci, ac ideo non est attendēda. Eo præsertim, quia (vt habetur in l. qui falsa, ff. de testibus, & l. eos, ff. de falsis) dicenti varia, & contraria nullatenus est credēdum, quod multum est notandum, ac memoriæ commendandum. Intelligenda est etiam supradicta conclusio, vt non etiam procedat in casu, quod de delicto † commisso aliàs plenè con- 156
stet, nam tunc exculpatio prædicta nihil proderit exculpato, vt dicunt omnes communiter Doctores, & ea de re videatur specialiter Antonius Gomez tom. 3 variar. cap. 13. numero 17. Iulius Clarus lib. 5. sententiarum §. finali quæst. 52. numero 6. vt sicul. Quam tamen intellige, vt procedat, quando res est dubia, secus autem si appareat de veritate in contrarium. Quod etiam dicit Mascardus li. 3. de probatio. conclus. 1130. à numero 5. cum sequentibus vsque ad 10. & Farinacius vbi supra à numero 110. cum sequentibus. Cuius quidē resolutionis ratio est, quia nō esse
† debet positū in potestate hominis, 157
facere de crimine nō crimen, vt dicit Bart. in l. transigere, C. de transactio. in fine, & quia eiusmodi exculpatio nihil esse videtur omninò aliud, quā quædam partis remissio, vt dicunt Doctores, & habetur in l. 2. ff. ad Sillanian. quæ certè remissio licèt valeat in præiudicium remittentis & hæredum, non tamen valet in præiudicium Reipub. Circa id quod in prædicta conclusione diximus (nempe per exculpationem prędictam auferri omnia indicia etiam vrgentia) est

est aliqualis differentia, & controuersia inter Doctores. Licèt enim id ipsum multi dicant, & quod in tali casu indicia etiam vrgentia tolluntur, haud tamen desunt qui sentiant, & teneant contrarium. Qua de re videatur Couarruu. lib. 2 variar. resolut. cap. 13. post num. 8. & Iul. Clarus, & Mascardus, & Farinacius locis superius citatis. Sed à num. 113. vsque 119. Sed intimè omnibus pensatis, ac plenè consideratis, eiusmodi differentia sic facili negotio potest
58 con ordari, dicendo, † quod per exculpationem prædictam (vt dictum est in conclusione) auferuntur omnia indicia etiam vrgentia, & quæ aliàs sufficiunt ad torturam: sed cum hoc stat vt esse possint aliqua indicia ita vrgentia, & (vt sic loquamur) plusquam ad torturam sufficientia, quæ per eandem exculpationem haudquaquam tolluntur. Vt si (v.g.) fuisset vnus testis de visu omni exceptione maior, qui solus (vt supradiximus) secundum communem sententiam indicium facit ad torturam, & cum eius dicto concurrerent simul alia indicia, nempe fuga, minæ, inimicitia, fama, aut quid simile: quo quidem casu reus esset grauatus indicijs, non solum vrgentibus, & ad torturam sufficientibus, sed vrgentissimis, & plusquam sufficientibus: dico, quod in tali casu prædicta indicia vrgentissima, & plusquam sufficientia, non tollerentur per exculpationem alterius factam, bene tamen alia etiamsi essent vrgentia, & ad torturam sufficientia.

ARTICVLVS XII.

De alijs indicijs ad torturam sufficientibus.

PRÆTER ea, quæ superius dicta sunt, & alia plura indicia ad torturam sufficientia, quæ traduntur à DD. omissis alijs, quæ esse videntur magis vrgentia, explicabuntur per sequentes conclusiones.

Prima Conclusio.

EX † mendacio in iudicio prolato, iuncto quouis alio adminiculo, sufficiens oritur indiciũ ad torturam. Circa veritatem huius conclusionis, non vnanimiter conueniunt omnes DD. Licèt enim omnes dicant, ex mendacio cõtra reum maximam exoriri præsumptionem, quod originaliter voluit Bartol. in l. fin. nu. 3. ff. de quæstionib. an verò ex hac præsumptione sufficiens oriatur indicium ad torturam, variè à Doctoribus controuertitur. Quidam enim affirmant, alij verò negant, & nonnulli media procedentes via dicunt, id totum esse positum, ac relictum in iudicum arbitrio, qui in huiusmodi casu considerare debent personæ qualitatem, & rem, super qua est mendacium à numero 5. talis sit, vt in ea re verisimiliter cadere potuerit obliuio, & an mendacium sit circa substantialia negotij, nec ne? De qua controuersia, & differentia videatur Iulius Clarus, lib. 5. sent. §. fin. quæstio. 21. numero 39. & latissimè Farinac. vbi supra quæstio. 52. à numero 1 cum sequentibus latissimè. Sed meo quidem videri, quamuis inter supradictos DD. differentia sit, an mendacium per se solum sit sufficiens indicium ad torturam; non tamen est, aut esse po-

test 159

est controuersia, an mendaciũ prædictum sufficiat ad id ipsum, coniunctum cum alio adminiculo, vt dictum est in conclusione, & sic ipsa remanet firma, & in omni opinione receptissima, de qua videatur Follerius in sua pract. crim. ver. item quod sororem venenauit, numero 29. & Iulius Clarus, libro 5. sentent. §. fin. quæstio. 21. numero 39. verbo mendacium, & Mascard. lib. 1. de proba. conclusio. 140. num. 1. & 2. & lib. 2. conclusio. 531. numero 20. & Farin. vbi supra. Sed intelligenda est, quã-
160 do † mendacium consistit circa qualitates, & circunstantias substantiales delicti, seu ad delictum pertinentes, ipsumque inferentes, non vero aliàs. Item & mẽdacium prędictum
161 † debet concludenter probari per duos testes, aut per propriam confessionem eius, qui illud dixit: de quo videatur prædictus Farinacius à dicto numero 1. vsque 17. & quod dictum est de mendacio, intelligẽdum pari modo est de variatione. Nam de ea promiscuè loquuntur, & DD. quod dicunt de vno dicunt etiam de alio, quamuis & sine variatione reperiri possit mendacium: tunc nempe quando de eo reus conuincitur per testes, & adhuc ipse pertinaciter in suo dicto persistit. Dico itaque,
162 quod variatio † similiter, atque mendacium indicium facit ad torturam, coniuncta cum quouis alio adminiculo, ex communi Doctorum resolutione, non solum quando emanauerit in examine ante torturam, verum etiam & potiori ratione in ipsa, concurrentibus circunstantijs, quæ superius dictæ sunt de mendacio. Videantur DD. superius citati: sed præsertim Farinacius loco vbi supra latissimè à nu. 18. vsque 38.

Secunda Conclusio.

Vacillatio, titubatio, † trepidatio, tremor, timor, pallor, & 163
alia similia signa, indicium faciunt contra reum ad torturam. Pro huius conclusionis intelligentia dico, quod vacilatio, & titubatio multum differt à variatione, de qua modò diximus: nam variare quis dicitur, quando primo dicit vnum, deinde vero aliud, siue contrarium, nullam diuersitatis sui dicti causam, siue rationem assignans: at vacillare dicitur, qui dubitando & tremendo loquitur, & deponit cum nimio timore loquendo, sudando, & trepidando: Quo fit vt dari possit vacillatio, & titubatio sine variatione, & è contra variatio sine vacillatione, & titubatione. Sic conclusione explicata, originaliter est excepta ex Bartolo in l. de minore, §. plurium, ff. de quæstionibus, numero secundo, vbi probat eam per textum ibi; qua quis constantia, qua trepidatione quid dicere. Et in substantia dicit, quod vbi alia indicia non reperiuntur, ex hoc solum quod reus coram iudice trepidè loquitur, pauendo & vacillando, sufficiens oritur indicium ad torturam, quod idem tenet in l. fin. numero secundo. ff. de quæstionibus, vbi ait, quod ex sermonibus, ex voce & trepidatione, potest iudex contra reum præsumptionem sumere, & exinde etiam ad torturã procedere. Idq; multũ ad rationem conformiter, nã iuxta illud Ouidij Poetæ multũ difficile est crimen nõ prodere vultu; atque ex vultu cognoscitur, dolor, siue alacritas cordis, & culpa siue innocentia rei, nec negari vllo modo potest quin erubescere, pallere, & incõstanter loqui: signa sint malæ conscientię. Videatur hac de re Farinac. vbi supra à numero 39 cum sequentibus

tibus latiſſimè vſque 49. vbi ad hoc
propoſitum dicit multa eaque nota-
tu digniſſima. Sed inter alia, quod
164 ſicut † inconſtantia, vacillatio & tre
pidatio, præſumere facit contra reũ:
ita & contra conſtantia alacritas, &
in reſpondendo audacia, quam ma-
ximè rei innocentiam demonſtrat.
165 Intelligenda eſt tamen † ſupradicta
concluſio, de vacillatione & trepida-
tione non ſola, ſed coniuncta cum
aliqua variatione. Qua quidem in
re dicunt omnes Doctores commu-
166 niter multum eſſe † poſitum in iudi-
cis arbitrio, qui & prudenter conſi
derare debet, quod homines nobiles
de proprio honore, ſoliciti, dum ſe in
carceribus conſpiciunt, nil aliud ita
cogitant niſi quam labem carceratio
ipſa illis ſit allatura, & qualis de ipſis
futura ſit omnium opinio. Vnde nec
mirum eſt quod perditis ferè ſenſi-
bus delirent, ac ſemiſtulti fiant, at-
que extra propoſitũ obloquantur. Fa
cit ad hoc propoſitum quam maxi-
me quod dicit Iulius Clarus lib. 5.
ſentent. §. fin. quæſt. 21. numero 39.
verſic. Cæterum, vbi ait quod multi
à natura ſua adeò ſunt timidi, vt cũ
ad præſentiam iudicum ducuntur,
ita turbẽtur, vt neſciãt omninò quid
dicant, etiamſi innocentiſſimi ſint.
Quare ſolam trepidationem, aut
vacillationem, nõ concurrente etiam
alio adminiculo ſiue præſumptione;
minimè credit ſufficiens eſſe indiciũ
ad torturam: & Clarum hoc dicen-
tem ſequuntur omnes Doctores
communiter. Qua de re vi-
deatur etiam Simancas
de Cathol. inſtitut.
quæſtio. 35. nu
mero 33.
vbi
& ad idem propoſitum
dicit plura, eaque
notatu di-
gniſſi-
ma.

Tertia Concluſio.

SI ex aliqua † domo, in qua fuit 167
repertum cadauer hominis ali-
cuius occiſi, exierit quiſpiam
pallidus, & cum gladio ſanguino-
lento euaginatus, viſuſque fuerit fu-
gere, ſufficiẽs contra eundem oritur
indicium ad torturam. Hanc con-
cluſionem tenet expreſsè Farinac.
vbi ſupra numero 50. cum ſequenti-
bus latiſſimè vſque 68. probatque il-
lam multis Doctorum authoritati-
bus, & necdum probare contendit
eiuſmodi indicium ex ſe ſolo eſſe ſuf
ficiens ad torturam, verumetiam &
ad condemnationem, iuxta multorũ
Doctorum opinionem: & procedere
dicit prędictã concluſionem, non ſo-
lũ quando quis viſus eſt exire ex do-
mo, in qua repertus fuit homo mor-
tuus, verumetiam ſi exierit ex alio
loco illi vicino, continuo, aut conti-
guo, & ſecundum aliquos ex eo ſo-
lummodo, quod ipſius enſis, ſiue gla-
dius ſanguine reperiatur aſperſus, &
madefactus: ad hoc propoſitum plu-
ra dicit quæ breuitatis gratia facio
miſſa. Videatur de concluſione præ-
dicta Iulius Clarus loco vbi ſupra
in dicta quæſt. 21. numero 40. verſic.
ſi aliquis, vbi dicit eam obſeruari in
communi praxi. Videatur etiam
Maſcard. lib. 2. de probatio. concluſ.
867. num. 26.

Quarta concluſio.

DElatio † etiam armorum, & 168
maximè prohibitorum, ma-
lam facit præſumptionem, &
concurrentibus alijs adminiculis fa-
cit ſufficiens indicium ad torturam.
Hæc etiam concluſio eſt ſupradicti
Farinacij loco vbi ſupra à numero
69. vſque 84. vbi probat eam mul-
tis Doctorum authoritatibus, aſſe-
rentium armorum deportationem,

& maximè prohibitorum: malam facere præsumptionem, & indicare maleuolum animum. Qua etiam de re videatur Mascard.lib.1. de probationib.conclu.90.nu.1.& concl 128. nu.2.cum sequent.Et procedit etiam conclusio in deferente non arma prohibita,inconsueta tamen, atque inusitata: quæ ante delictum, siue homicidium fuerit probatum portare non consueuisse.Item,& in deferente arma euaginata, seu eadem visus est acuisse. Hæc & his similia, aliis cócurrentibus adminiculis,iuxta cómunem Doctorum sententiam, sufficiēs faciunt indicium ad torturam. Videatur Farinacius vbi supra.

Quinta Conclusio.

169 Etiam oritur † sufficiens indicium ad torturam, concurrentibus alijs adminiculis, ex conuersatione cum malis,& facinorosis hominibus, assuetis ad capitalia perpetranda delicta, ita quod si alicubi sit homicidiū commissum, & Petrus aut Paulus, quibus illud imputatur, probentur quod cóuersari soliti sunt cum homicidiarijs, ex eiusmodi conuersatione sufficiens oritur indicium ad torturam, concurrentibus etiam alijs adminiculis. Hæc conclusio est etiam Farinacij vbi supra à numero 85.vsque 92. quam probat argumento textus in l.3.§ nullus putat, ff. de excusat.tutor.& l.si plures.§. quamuis,& §.si parens,ff.de administr.tutorum,& ibi Bart. Facit & l. 1. C. si mancip.ita fuerit aliena. & l. item apud Labeonem, §. item adduxisse, ff. de iniurijs, & l. nullus, §. 1. ff. de act. emp. Cuius & ratio est, nam ex mala conuersatione, bonus efficitur malus, & vitiosus, iuxta l. ædiles, §. Pedius ff.,de ædilit. edicto, & vt habetur in cap.tecolentes de statu Monach.similis similem quærit.& iuxta Philosopum,talis qualis quisque est, talium consortio delectatur. Et vt dicitur in capit. sæpe 18. quæstione 1. malorum consortia sæpe etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos, qui ex natura sua ad vicia proni sūt. Et in cap. innotuit, de electione habetur, quod societas cum qua quis versatur hominem indicat. Salomō etiam Prouerb.13.inquit,qui cum sapientibus graditur,sapiens erit: stultorum amicus,similis efficietur illis. Et ibidem cap. 22. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum furioso, ne fortè discas semitas eius,& sumas scandalum animę tuę: Ac demum Propheta Regius Psalmo 17.ait:cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Ex quib. omnibus DD.communiter iurisperiti dicunt, ex mala conuersatione indicium oriri,& malam pręsumptionem delicti, de quo quis imputatur, cum qua cócurrentibus alijs iudex deuenire potest ad torturam, non solum contra principalem imputatum: verum-etiam & contra alios † prætensos ho- 170 mines, & participes, si probentur, quod soliti sunt conuersari cum principali delinquente, & inquiruntur tanquam socij, & participes delicti per eosdem cómissi,quia habent contra se præsumptionem, & indicium participationis, & scientiæ delicti eiusdem, per generalem regulam, quod conuersans cum aliquo præsumitur scire facta ipsius.per cap.quęrendum 2. quæst. 2. cap. cum oporteat de accusationib.& l.2.versic.detegit, & ibi glossa C. vbi de crimine agi oport.qua de re videatur Farinacius vbi supra, & Mascard.lib.1.de probatio.conclus.451. num. 2. cum sequentibus,& lib.2 conclus. 1002. numero 2. & conclusio. 1003. numero 66.

Sexta

Sexta Conclusio.

171 Etiam est sufficiens † indicium ad torturã, contra eum, qui statim commisso aliquo delicto, vadit ad curiam ad perquirendum, & solicitãdum, vt in eo procedatur, si id inquirere, & solicitare ad ipsum non spectat, concurrente quocunque alio adminiculo. Hæc etiam conclusio est Farinacij loco vbi supra à numero 93. vsque 97. quam & probat per l. vnius facinoris, §. seruo qui vltro, ff. de quæst. vbi habetur, quod qui alicui negocio se ingerit suspectus est. Facit. & ad idem, l. quę omnia, ff. de Procuratoribus, & l. fin. & ibi glossa ff. de iure immunit. & l. vxori, §. qui se ff. ad l. falcid. Probat id ipsum authoritate multorũ DD. dicentium id ipsum sępe sæpius contigisse, dum iudicum fungerentur munere. De quo specialiter videndus est Antonius Gomez tom. 3. variar. capit. 13. numero 14. vbi refert hunc casum de facto sibi in hac Ciuitate Salmanticensi contigisse. Et intelligenda est conclusio, nõ solum in eo, qui vadit ad curiam, & solicitat vt perquiratur delinquens: verum & in eo, qui prius curiæ sponte denunciat malefactorem, vt puta homicidam, nã & iste suspectus est, se

172 cus † aũt si tenebatur, nam tunc nullum contra ipsum oritur indicium, quin vero oriretur ex contrario facto, si taceret, & non denunciaret, cũ id ipsum facere teneretur: vt puta si in ipsius domo, agro, aut vinea aliquis homo reperiretur occisus. Et id intelligendum est de denunciante tardè, postquam cadauer iam incepit marcescere, & olere. In quo quidem casu contra dominum domus, agri, seu vineæ, vehemens atque violentum exoriretur indicium ad torturam sufficiens, videatur Farinacius vbi supra numero 97. vbi dicit contra huiusmodi duplex exoriri indicium. Primò quia homicidium † factum in domo alicuius, 173 factum præsumitur ab his qui habitant in domo, vt statim dicemus. Secundo taciturnitas domini non denunciantis homicidium, aut tardè illud denunciantis: quæ duo indicia ad torturam sufficiunt, etiamsi ille sit bonæ famæ. Nam vbi plura concurrunt indicia licet leuia, faciunt vnum vehemens, & vrgens, ad torturam sufficiens.

Septima Conclusio.

Etiam † oritur indicium contra 174 dominum domus, in qua reperitur aliquis mortuus, concurrente simul alio adminiculo siue præsumptione. Hæc conclusio est etiam Farinacij loco vbi supra, à numero 98. cum sequentibus vsque 119. quã & probat multis Doctorum authoritatibus: asserentium quod delictũ in aliqua domo commissum, homicidiumue inuentum ibidem, præsumitur factum per dominum & existentes in domo. Et vxor domi mortua reperta, occisa præsumitur ab ipsius viro: sicque iure optimo ipse potest torqueri, & omnes eius domestici similiter. Quidam dicunt ad hoc simul debere concurrere, quod torquendi sint malæ famæ; sed alij in contrarium asserunt, quod etiamsi sint bonæ famæ torquendi sunt: si non † tanquam rei principalis delicti 175 in domo commissi, tanquam testes verisimiliter de eodem informati. Qua quidem ratione prædictis duobus simul concurrentibus indicijs, etiamsi dominus domus sit bonæ famæ, & similiter eius domestici torquendi proculdubio sunt, propter rationem superius dictam, & generalem regulam de ca-

sibus, in quibus plura simul concurrunt indicia, quæ licet sint leuia, aut non multum vrgentia ad torturam sufficiunt; & maximè concurrente alia præsumptione, siue adminiculo. Et proportionabiliter dico esse faciendum id ipsum, quando mortuus aliquis reperitur in via, siue prope domum alicuius, dummodo dominus domus sit homo malæ famæ, & solitus similia committere: maximè concurrente quolibet alio adminiculo, suspicione, siue præsumptione. Et idem dico de homicidio,
176 † damno, furto, & generaliter quolibet alio delicto: nam si si nescitor à quò fuerit commissum, præsumitur commissum à vicinis, argumento textus in l. dominus horreorum, ff. locati, quod tradit Bartol. in l. si quis ita à testamento. §. fin. ff. de fide instrument. Quibus de rebus videatur Farinacius vbi supra à numero 120. cum sequentibus latissimè vsq; 132. & Mascar. lib. 2. de probationib. conclus. 831. numero 13. & concl. 867. numero 23. vbi ad hoc propositum reperire licebit multa, eaque notatu dignissima, quæ breuitatis causa facio missa.

Octaua Conclusio.

177 ETiam oritur † indicium contra eum, qui tempore maleficij, vel incontinenti post, inuentus est in loco maleficij, seu alio illi valde propinquo. Hæc conclusio est Farinacij loco vbi supra, à numero 133. cum sequentibus vsque 137. vbi probat eam multis Doctorum authoritatibus. Sed intelligenda est concurrentibus simul alijs adminiculis, nempe vt vltra inuentionem prædictam, inueniatur et insolita armorũ delatio, & quod eiusmodi homo sit malæ famæ, & solitus talia committere, seu aliquod aliud concurrat indicium. Nam sola inuentio in loco maleficij de se, non facit contra inuentum sufficiens indicium ad torturam, sed solum præsumptionem ad capturam, & ad inquirendum contra eum: Et idem est dicendum de eo, qui paulò ante patratum delictum, visus est transire, aut deambulare in via, & loco, vbi postea commissum est maleficium, vt putà homicidium: nam si ignoretur occisor, præsumitur quod ille sit: secundum Bartolum in l. fin. numero 3. ad finem, ff. de quæstionibus. Qua de re videatur Farinacius vbi supra à numero 138. cum sequentibus vsque 143. & Mascardus libro 1. de probationib. conclusio. 98. numero 15. & conclusio. 131. numero 45. & lib. 2. conclusio. 838. numero 10 Sed intelligendum † id est, concurrentibus alijs adminiculis (vt dictum est supra) nempe insolita armorum delatio, & quod sit simul homo malæ famæ, ac solitus talia committere: 178
nam ex eo solum, quòd pertransierit, aut deambulauerit per locum, vbi fuit maleficium commissum, non sufficiens oritur indicium ad torturam, sed solummodo præsumptio quædam ad capturam, & ad aliquã inquisitionem faciendam.

Nona Conclusio.

ETiam oritur indicium † ad torturam concurrentibus alijs, ex causa delicti: nam qui causam delinquendi habuit, is præsumitur deliquisse. Hæc conclusio est etiam supradicti Farinacij loco vbi supra à numero 144. cum sequentibus vsque 153. quam probat aliquorum DD. authoritatibus, eamque explicando dicit, quod in criminalibus causis duæ insunt circunstantiæ: prima, quisnam hoc, vel illud delictum fecerit: secunda, causa propter quã illud fecerit. Etenim si quis repertus fuerit interfectus, & ignoratur à 179

quo

quo; is præsumendus est illum interfecisse, qui causam interficiendi habuit. Vnde quando delinquens ignoratur, iudex prudens debet illum per causas inquirere, quæ quidem causæ non solum indicant propositum, verumetiam interdum & reum: & ad dignoscendum causas,
180 ex quibus quis ad † delinquendum potest moueri: supposito quid sit causa, (nempe illud ex quo, seu propter quod aliquid fit) eandem duplicem esse dicit, alteram impulsiuam, aliam verò ratiocinatiuam. Impulsiua est ea, quæ sine aliqua cogitatione per quandam animi affectionem hominem ad delinquendum hortatur, vt puta amor, iracundia, ægritudo, violentia, & his similia, quibus animus ita videtur affectus, vt cum rem perspicere non potuerit cum cura, & consilio, hominem ad delinquendum impellat, potius impetu quodam, quam cogi ratione. Ratiocinatiua verò causa est, diligens & considerata delinquendi cogitatio, vt si propter amicitiam, propter vindictam, propter odium, propter spē, propter dolorem, propter metum, propter gloriam, propter honorem, propter dominationem, propter pecuniam, propter lucrum, propter commodum, propter incommodū, propter libidinem, & his similia. Quibus omnibus suppositis dicit cōclusio, indicium exoriri ex delicti causa, nam qui causam delinquendi habuit, concurrentibus alijs præsumitur deliquisse. Et procedit conclusio etiam vna existente causa, dum tamen delinquens putasset cau
181 sam adesse, vt si quis per mortem Petri in ipsius hæreditatem credebat ipsum succedere, & tñ nō reuera de iure succedebat, quia forte alius erat illi proximior: præsumptio esse potest Petro mortuo, quod illum occidit is, qui eiusmodi successionem spe rabat. Et multo magis procedit conclusio, quando inquisitus de sui natura fuerit inclinatus in illam causam propter quam deliquisse imputatur, vt in causa amoris, si probetur illum esse nimis luxuriosum, & libidinosum: in causa honoris, si probetur esse ambitiosum: in causa odij, si probetur esse vindicatiuum: in causa pecuniæ, si probetur, eum nimis esse auarum; & tunc maius oritur indicium, quando non apparet alium similem causam habuisse delinquendi. Intelligenda tamen sunt prædicta omnia, concurrentibus simul alijs adminiculis, & dummodo causæ delicti in processu probatę appareant in specie, non autem in genere: nam testes deponentes in genere, non verò in specie; in eiusmodi causis nihil probant, & causæ debent esse graues, non verò leues; & grauiores requiruntur ad indicandum vnum delictum, quam aliud: quia de re videatur Farinacius vbi supra, & Mascard. lib. 2. de probat. conclus. 904. num. 21. vbi dicit, eiusmodi causas esse debere verisimiles.

Decima Conclusio.

Etiam oritur † indicium ad torturam sufficiens, contra eum in cuius aspectu occisi hominis cadauer sāguinem emittit, & maximè concurrente quocunque alio adminiculo. Hæc conclusio est etiam Farinacij supradicti loco vbi supra, à n. 154. vsq; 156. & probat eam multorum Doctorū auctoritatibus, & testimonijs, asserentibus id ipsum multories contigisse, & tribuentib. illud cuidam miraculo, alijs verò causis aliquibus naturalibus occultis. Sed quidquid de hoc sit, ex eo quod compertum habetur experientia omnium rerum magistra, dicunt Doctores communiter oriri exinde sufficiens indicium ad torturam, maximè concurrentibus quibusli- 181

bet alijs adminiculis. Qua de re videatur etiam Antonius Gomez, to. 3. variar. cap. 13. num. 15. vers. saluo meliori iudicio, vbi relatis multis casibus, & Doctorum opinionibus circa hoc, concludendo dicit, eiusmodi indicium per se solum non esse sufficiens, nisi concurrentibus simul alijs adminiculis, cum sit in se incertissi-
182 mum † proueniens ex causis nobis incognitis, & valde remotis. Quocirca licet indicia indicibus sint arbitraria, intelligendum id est, quando iure probantur ex aliqua extrinseca, & cognita nobis causa, sine praesumptione, & cum tale non sit indicium prędictum, in eiusmodi casu nō alijs concurrentibus sanctius (inquit) est nocentē impunitum relinquere, quā innocentem damnare. Vt habetur in l. absentem, ff. de poenis. Videatur etiam circa hoc Mascardus, lib. 2. de probation. concl. 867. num. 24.

Vndecima Conclusio.

183 ETiam oritur indicium † ex acclamatione, siue vociferatione, & concurrētibus alijs erit sufficiens ad torturam. Nam si mulier (v. g.) aut quiuis alius in aliqua domo auditus fuerit clamare, vociferare, & auxiliū implorare, ex eo nascitur indicium, quod vim patiatur, super aliquo vulnere, percussione, aut stupro, seu alio quopiam simili. Haec etiam conclusio est Farinacij vbi supra, à num. 157. vsque 162. & probat eam aliquibus Doctorum auctoritatibus, sed praecipuè Mascardi lib. 1. de probat. concl. 23. num. 2. vbi dicit, quod facta praedicta vociferatione, siue acclamatione, si quis statim visus fuerit exire de domo, in qua exauditę fuerint huiusmodi voces, & fugere, contra fugientem indicium oritur ad torturam concurrentibus alijs: vt dictum est in conclusione, nam cum eiusmodi indicium sit remotum à delicto, per se ipsum solum non sufficit, nisi alia etiam simul cōcurrant, quae & per † duos testes de- 184
bent comprobari, vt diximus supra, agendo de indicijs remotis. Videatur Mascard. vbi supra, quo loco agit etiam in casu prędicto qualiter testes debeant examinari, & deponere, rationem concludentem reddendo suę depositionis.

Duodecima Conclusio.

TAndem oritur † etiam indicium ex mala phisiognomia, & malo nomine alicuius, 185
quod concurrentibus alijs in aliquo casu sufficiens esse poterit ad torturam. Haec etiam conclusio est Farinac. loco vbi sup. n. 165. & 166. & probat eam aliquorum DD. auctoritatibus: asserentium in hisce rebus multum prodesse, aut obesse bonum, aut malum nomen, bonaʒ, aut mala physiognomia: quin verò addunt, quod vbi plures de aliquo delicto suspecti veniunt torquendi, incipiendū ab eo est, qui malū habet nomen, cū turpe nomē indiciū faciat iniquitatis, vt dicit Io. Andr. in c. cū in cōtemplatione de regul. iur. per text. in l. facta, & ibi gl §. si verò nominis, ff. ad Trebellian. Ex quo text. colligunt DD. procurare debere quemlibet pulcrum habere nomen, & de physiognomia etiam dicunt, quod sicut bona prodest, ita & mala nocet: quia facit praesumi quē proclinem esse ad scelera & delicta committenda. Sed intelligenda est conclusio, concurrentibus simul alijs adminiculis (vt dictum est) nam licet malum nomen, & mala phisiognomia † praesu- 186
mere faciant quempiam esse delinquētē in genere, non tamē in specie, & super aliquo speciali delicto, de quo specialiter inquiritur: nisi concurrēte simul alio aliquo adminiculo. Absurdū enim esset dicere quod

ex

ex solo malo nomine, aut mala physiognomia, non alijs concurrentibus, posset quis tormentis subijci.

187 Nonnulli numerare † solent inter indicia ad torturam sufficientia, denunciationem publici officialis, etiã concurrentibus alijs adminiculis: sed re vera prædicta publici officialis denunciatio, quamuis sufficiat ad inquirendum, non tamen sufficit ad torturam: vt latè probat Mascard. lib. 1. de probat. concl. 605. num. 4. qua etiam de re videatur Farinac. loco vbi supra latissimè à num. 165. cum sequentib. vsque 187.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum omnes homines indistinctè possint torqueri?

Prima Conclusio.

188 COMMVNITER † & regulariter loquendo, omnes qui à iure siue ex priuilegio non sunt prohibiti, indistinctè possunt torqueri. Hæc conclusio habetur expressa in l. 1. iuncta Glossa ff. de quæstion. & est communis opinio. De qua videatur Ant. Gom. tom. 3. var. cap. 13. num. 3. & Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 64. num. 15. verb. vbi subsint legitima indicia, & Paz to. 1. par. 5. cap. 13. §. 12. num 41. & 43. & nouissimè Farin. tract. de indicijs, & tortura, q. 41. nu. 1. vbi probat eam multis DD. auctoritatibus: & dicit esse generalem regulam, à qua tamè multi etiam iure, siue ex priuilegio reperiuntur excepti, & prohibiti sunt torqueri. De quibus vt particularis habeatur notitia, scirique possit qui nam possint, aut non possint torqueri, & qualiter in hisce rebus procedendum sit de iure, & de consuetudine, & quid obseruetur in communi praxi; sequentes ponuntur conclusiones.

Secunda Conclusio.

QVamuis nonnulli dicant † 189 Clericos, & Monachos non posse torqueri, contrarium tamen est verius, id quod obseruatur in communi praxi. De veritate huius conclusionis, & de controuersia, quæ est inter Iurisper. DD. circa hoc an clerici possint torqueri: videatur Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 64. num. 24. vers. sed an clerici possint de iure torqueri, vbi respondet quod sic: & dicit esse opinionem cõmunem, pro qua allegat Abb. in ca. cum in contemplatione de reg. iur. Videatur etiam Bernar. Diaz de Lugo, & ipsius Comment. Salze. in sua pract. crim. cap. 25. quod est de tortura à nu. 1. cum seq. & Paz in praxi tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 12. num. 49. vbi pro hac sententia, & opinione citat etiam Bosium tit. de indicijs, & tort. num. 102. cum seq. vbi resoluit, clericos bene posse torqueri, iuxt. text. in cap. 1. de deposito. & eam esse dicit opinionem communem. Item & videatur Simanc. de catho. inst. tit. 65. à nu. 47. cum seq. & nouissimè Farinac. vbi supra à num. 2. cum seq. vbi latissimè tractat, ac discutit, differentiam quæ est inter DD. circa hoc, an clerici possint torqueri absque eo quod vltra legitima indicia ad torturam requisita insuper sint diffamati, seu (vt alij volunt) aliàs sint infames, quod tenere visus est olim Abb. antiquus in supradicto c. 1. de deposito, verb. vt audiuimus, in quã ẽt sententiam inclinare videntur Iul. Clar. & Bern. Diaz de Lugo locis superius citatis. Sed hac in re quãuis prædicta sententia benigna sit, vt tñ inquit Simanc. loco vbi supra, & Salze. in commento ad prædictam practicam Bern. Diaz de Lugo, ea tamen nullo iure, aut sufficienti ratione fundatur, quia nullibi legitur, quod clerici

hoc

hoc sint priuilegio muniti, torqueri
vt non possint legitimis existentibus
indicijs, semiplenaue probatione, abs
que eo, quod insuper sint diffamati.
Quapropter in hoc nullatenus vide-
tur recedendum à regulis iuris, &
communi Doctorum doctrina rece
ptissima: qua dicitur quod legitimis
existentibus indicijs, semiplenaue
probatione, habita ex dicto vnius te
stis fidedigni, omnique exceptione
maioris, quilibet reus, qui alias iure
non reperiatur prohibitus, tormen-
tis possit subijci. Sed præterea proba
tur idipsum, quia licet infamia ad
torquendum reum necessaria sit (vt
volunt Doctores contrariæ opinio-
nis) hæc certè (vt videtur) sufficien-
tissimè oritur ex semiplena probatio
ne prædicta, alijsue indicijs, quæ cle
ricum suspectum, atque infamatum
reddunt. Vt enim habetur in capit.
cum olim de verb. significat. indicia
190 † & maximè si ipsa sint vrgentia, ef-
ficiunt notorium, & vt dicit ibi Ab-
bas notorium succedit loco diffama-
tionis: quin verò & regulariter lo-
quendo, iuxta l. 1. §. 2. & 5. & l. final.
ff. de quæstionib. indicia plus operan
tur, quam diffamatio ipsa: vnde
diffamatio per se sola indicium non
facit ad torturam, quod tamen
facit semiplena probatio, & indi-
cia ipsa si sint vrgentia, & sufficien-
tia. Vt tradunt omnes commu-
niter Doctores in cap. veniens de te-
stibus, & in multis alijs locis. Pro-
pter omnes has rationes, & causas su
prædictus Salzedo loco vbi supra,
constantissimè tenet infamiam vltra
indicia aut semiplenam probationẽ
non esse necessariò requisitam, ad
hoc vt clerici possit torqueri: quod
etiam dicit probat Simancas loco
vbi supra num. 48. Quibus & pecu-
liaris alia ratiò accedit, quia sicuti re
spectu pœnæ ordinariæ vt ea impo-
natur, non necessarium est, quod cle
ricus sit suspectus vel infamatus de
crimine: quin verò sufficit vt crimen
ipsum legitimè testibus comprobe-
tur: ita neque ad imponendam tortu
ram id ipsum necessarium est, sed
sat erit, vt adsit semiplena probatio,
aut vrgentia, & sufficientia indicia.

Propter supradicta omnia dicit
prædictus Salzedo, opinionem con-
trariam non esse seruandam in pra-
ctica, verum licet sit quod sicut dicit
Abbas in cap. licèt de testib. notab.
1. ad imponendam † torturam, cla- 191
riora, & vrgentiora esse debent indi-
cia cõtra clericum, quam contra lai
cum, quod omnes DD. vnanimi con
sensu recipiunt. Hoc itaque præmis-
so tanquam certo, remanet satis pro-
bata atque corroborata supradicta
conclusio. Circa quam duo solum-
modo se se offerunt notanda ex com
muni omnium Doctorum resolutio
ne pro prædicta clericorum tortura.
Primo quod clerici (& idem est iudi
cium de Monachis & religiosis, cũ
& ipsi in fauorabilibus intelligendi
veniant in clericorum nomine) non
sunt † torquendi per laicos (etiam ad
iussum Prælati) propter indecẽtiam
ni forsan in aliquo raro casu: quo iu
sta exigente causa cum eiusmodi
clerici sunt torquendi, non adsunt
alij clerici, qui id facere possint, sci-
ant aut velint. Secundò † quod ijdẽ 192
clerici, siue religiosi, non sæpè sed ra
rò, nec seuerè ac rigidè, sed mitius
quam laici sunt torquendi: tum pro-
pter dignitatis execellentiam, cui
summa semper, & vbique reueren-
tia debetur: tum etiam propter excõ
municationis periculum, si fortè mo
dus tormenti & quæstionis excèda-
tur. Qua de re videantur Doctores
omnes supracitati proprijs in locis,
vbi ad hoc propositum reperire lice-
bit multa, eaque notatu dignissima.

Tertia Conclusio.

MInores 14. † annorum, & se 193
nes decrepiti, stando in com
muni iure prohibiti sunt
tor-

torqueri. Hæc conclusio quoad minores habetur expressa in l. de minore, ff. de quæstionib. Cuius sunt quæ sequuntur verba, de minore 14. annorum, quæstio habenda non est. Facit ad idem textus, in l. 1. §. occisorũ, vers. impuberi, ff. ad Sillanian. & text. in l. ex libero, §. 1. ff. de quæstioni. Quoad vero senes & decrepitos habetur id ipsũ, in l. si quis in graui, ff. ad Sillanianum, & de vtrisque videatur Anto. Gom. tom. 3. variar. capit. 13. num. 3. & Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 64. num. 21. vers. quæro numquid minores 14. annorum possint torquere, & num. 22. vers. non etiam debet iudex senes decrepitos tormentis subijcere. Videatur etiam Paz in sua praxi, tom. 1. p. 5. cap. 1. §. 22. num. 45. & 46. & Farinac. loco vbi supra, quæst. 41. à num. 16. vsque 29. vbi probat conclusionem prædictam ex supradictis iuribus, & multis Doctorum auctoritatibus, eidem apponendo aliquas limitationes, declarationes, & modificationes, quas cum per tempus referre non liceat, sciens & prudens missas facio, vt videantur ibidem.

Quarta Conclusio.

195 Etiam milites; † nobiles & ciuitatum Decuriones, Doctores, & aduocati, & qui in aliqua sunt magna dignitate constituti, stãdo in iure communi, & nisi in certis quibusdam casibus, regulariter loquendo non possunt torqueri. Hæc conclusio, quoad milites, probatur per textum in l. milites, C. de quæstionibus cuius sunt sequẽtia verba. Milites nec tormentis, nec plebeiorum pœnis, in causis criminalibus subiungi concedimus, vbi glossa & oẽs Doctores communiter dicunt, per hanc legem non solum milites prohibitos esse torqueri, verum etiã & omnes descendentes ex eis. Facit, & ad idem text. in l. 3. §. 1. ff. de re militari, vbi id ipsum dicunt omnes DD. communiter. Qua de re videatur Anton. Gomez & Paz loco vbi supra, & Iul. Clar. loco etiam vbi supra num. 18. & Farinac. etiam vbi supra, à num. 30. cum sequentibus vsque 36. vbi probat hoc ipsum multis Doctorum auctoritatibus. Sed procedere id dicit non quidem in militibus nostri temporis, † sed in 196
militibus antiquis, & quod nomine militum non quicunque intelligendi veniunt, sed equites, vt etiam inquit Iul. Clar. vbi supra: & Capitanei siue ductores aliorum militum, nam priuati milites non eiusmodi priuilegio gaudent: quin verò torqueri possunt, & de facto quotidie torquentur, & etiam de consuetudine & ipsi equites, Capitanei, & aliorum militum ductores (vt sentit Farinacius loco vbi supra) indiscriminatim, & absque vllo prorsus priuilegio & prorogatiua: quod probat multis Doctorum auctoritatibus.

Quoad verò nobiles etiam probatur prædicta conclusio, per text. in l. nullus ibi, vel generis, C. ad l. Iul. maiest. & iure nostro regio habetur id ipsum determinatum, in l. 2. tit. 30. pract. 7. & l. 24. tit. 21. p. 2. & l. 4. & 5. tit. de los hijos dalgo, nouæ recopil. & l. 31. tit. 7. li. 2. recopil. Qua de re videantur Ant. Gom. & Paz loco vbi supra, & Couar. lib. 2. variar. cap. 9. num. 4. Tiraq. de nobilitate cap. 20. num. 133. & de pœn. temp. consil. 31. num. 15. & Iul. Clar. loco etiam vbi supra, num. 19. & Farinac. à num. 74. vsque 77. vbi prædictam conclusionem limitando dicit eam † non seruari multis locis de 197
consuetudine, quæ quidem consuetudo, an probanda vel improbanda sit aliorum esto iudicium. Solummodo aduertere licet id, quod dicit Iul. Clar. & de mente ipsius Farinacius loco vbi supra, quod hodiernis

nis temporibus propter indigna, & vilia aliquorum nobilium matrimonia, nobilitatis flos adeò videtur esse corruptus, vt vix alicubi dici possit aliquem bene esse nobilem, & nobilitatis prædictę gaudere debere priuilegio. Sed vtcunque illud sit, nobiles propter præsumptionem magnam, quam pro se habent delicti cuiuslibet exclusiuam, iuxta glossam in cap. illud dist. 4. meo quidem iudicio haud debent passim torqueri: quin verò ad eosdem torquendos grauiora, & vrgentiora requiruntur indicia, quam requirantur contra alias personas non nobiles: vt propter similitudinem rationis dicit Farinacius de Clericis, & Doctoribus, loco vbi supra, à nu. 8. cum sequentib. & à nu. 47. cum sequent. & etiam nu. 77.

Quoad Ciuitatum verò Decuriones, quod & ipsi, eorumque filij, & nepotes torqueri non possint, probatur per text in l. fin. C. de Decurionib. lib. 10. & text. in l. Diuo Marco in fine, C. de quæstio. & l. Decuriones, C. eod. tit. Per quæ iura tenent hoc expresse quam plures DD citati per Farinac. loco vbi supra à num. 57. cum sequentibus vsque 69. vbi multis ampliat prædictam resolutionem, vt procedat etiam in Decurionibus nostri temporis, & declarat quinam dicantur, & propriè dici debeant Decuriones: nempè Ciuitatum gubernatores, vulgò dicti, *Regidores o Veinte y quatros, Consiliarios, Priores, siue ancianos*, qui in vrbe Romę dicuntur Conseruatores. Sed postea eandem limitando dicit, quod quamuis id verum sit de iure,
198 contrarium tamen † seruatur de consuetudine. Et quamuis nonnulli dicant, eiusmodi consuetudinem non valere, nec esse seruandam: ipse tamen dicit quod siue valeat, siue non valeat de iure, supradicti tamen Decuriones, Priores, & ciuitatum consiliarij, de facto quotidie indistinctè capiuntur, & torquentur, non solum finito sui Decurionatus officio, verum etiam & eo durante, si delicti qualitas id exposcit, quod et dicit Iul. Clar. loco vbi sup. n. 20.

Quantum verò attinet ad Doctores, & aduocatos, quod & ipsi torqueri minimè debeant probatur argumento ex text. in d. l. milites, C. de de quæstionib. confirmatque illud Farinac. loco vbi supra à nu. 37. vsque 56. multis adductis DD. auctoritatibus, asserentium militum priuilegia ex similitudine rationis, ad DD. & aduocatos etiam extendi debere: nam sicuti ex militibus magna in repub. exoritur vtilitas, ita etiam ex DD. & aduocatis prædictis, cum & ipsi in mundo veluti luminaria quædam dicantur splendescere, iuxta cap. 1. de reliquijs & vener. Sanct. & solis radij appellentur, iuxta cap. si quis 1. quæst. 7. & nobiles communiter reputentur, secundum Bald. & DD. communiter, in l. prouidendum, C. de postulando. Et extendit Farinac. prædictam resolutionē ad hoc vt procedat, non solum in Doctoribus actu legentibus, & aduocatis certi collegij, seu ordinis, & cum dignitate, prout in vrbe sunt aduocati consistoriales, verum etiam in DD. actu non legentibus, & aduocatis non collegiatis, quos pariter nō posse iure torqueri, probat multis DD. auctoritatibus, in id ipsum afferendo plura, quæ breuitatis gratia facio missa: nam postea omnia ipsa limitat afferendo & dicendo, quod quidquid sit de iure, contrarium † 199
tamen seruatur de facto, & consuetudine. Quam quidem consuetudinem, licèt quam plures DD. dicant eam minimè esse validam, aut in praxi seruandam: ipse tamen concludit, quod siue valeat, siue non, ita de facto seruatur, & indistinctè torquentur DD. & aduocati, cum delicti

cti qualitas id ipsum exposcit. Videatur etiam hac de re Iul. Clar. vbi supra, num. 16. vbi mentione facta prędictæ consuetudinis, inquit, quod ea nō sibi placet, neque in Ducatu Mediolanensi obseruatur.

200 Quoad vero illos † qui ī aliqua magna dignitate sunt constituti, quod & ipsi non possint torqueri, probat Farinac. vbi supra, à num. 70. cum sequentib. vsque 73. per text. in l. nullus, ibi, aut dignitatis defensione, C. ad l. Iul. maiest. item per text. in l. seueram, indagationem C. de dignit. lib. 12. Cuius sunt quæ sequūtur verba: Seueram indagationem per tormenta, quærendi à clarissimo homine submouemus. Per quas leges Doctores communiter dicunt, eiusmodi viros in magna aliqua dignitate constitutos, qui quibusdam in locis dicuntur iustissimi, & clarissimi, nō debere tormentis subijci. Qua de re videatur Anto. Gom. tom. 3. variar. cap. 13. num. 3. post medium, vers. item reperitur prohibitus ille, qui est positus in magna dignitate, vbi notat & ponderat, per text. in dict. l. seueram, non omnem dignitatem à tortura excusare, sed eam tantum, quę magna sit, & hominē reddat clarissimum. Videatur etiam hac de re Iul. Clar. loco vbi supra, nu. 17. vers. item quæro numquid personæ positæ in dignitate possint torqueri? Vbi

201 respondet † quod non, nec tanquam rei contra se ipsos, nec tanquam testes contra alios. Quam esse dicit opinionem communem ex Bosio in tit. de tortura testium, numero 7. & quod Senatus Mediolanensis expressè iussit abstinendum esse à tortura contra quendam, eo quod esset feudatarius, licèt prius ordinasset illum esse torquendum.

Quinta Conclusio.

MVlieres † prægnantes, & qui vtiles sunt Reipublicæ, surdi & muti à natura, Episcopi, infirmi & valetudinarij, stando in iure communi, non etiam possūt, aut debent torqueri. Hæc conclusio est etiam supradicti Farinacij loco vbi supra, à num. 78. cum sequentibus, vsque 99. Et quantum attinet ad mulieres prægnantes, quod propter partus periculum torqueri minimè possint, probat per text. in l. prægnantes, ff. de pœnis, & multis Doctorum auctoritatibus: sed præsertim tenet id ipsum Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 13. num. 3. vers. item reperitur torqueri prohibita mulier prægnans, quod extendit & declarat vt seruetur, & torqueri non possint etiam post partum, infra tempus, in quo est debilis ad torturam: quia alias faciliter posset sequi mors quod dicit de mente Bartoli & Doctorum communiter, & quod id relinquitur iudicium arbitrio. Id ipsum tenet Iulius Clarus loco vbi supra, num. 22. & extendit illud ad hoc vt mulier prædicta post partum torqueri non possit, nisi elapsis 40. purgationis diebus: & quod idem obseruari debet in lactantibus. Qua ratione Mediolanensis Senatus in facti contingentia, iussit mulierem, quandam adductam in testem non esset torquendā, quia puerū lactabat. 202

Quoad verò personas † illas, quæ vtiles sunt Reipub. quod torqueri nō possint, etiamsi contra ipsas legitima præcedant indicia, probat dictus Farinacius num. 88. argumento deducto ex text. ī l. ad bestias, ff. de pęnis, ex nonnullis Doctorum auctoritatibus, quamuis postea dubitet de eiusmodi resolutione, & an seruandum sit id ipsum, ni forsan in casu, quo ex tortura sequeretur mors, 203

vel

vel taliter reus excruciaretur, vt in aliquo membro debilitaretur, ita vt omninò inutilis efficeretur Reipublicæ.

204 Quantum verò attinet † ad mutos, & surdos à natura, probat id ipsum à num.89.cum sequentibus aliquibus DD. auctoritatibus, quod torqueri minimè possint, cum etiam non possint damnari, nisi ex dictis testium. Quod etiam dicit Ant. Gomez to. 3. variar. cap 1. de delictis, num.69. vbi inquit, quod cum mutus & surdus à natura, non possit ex sua confessione signis declarata condemnari: sed opus sit testium attestatione, & probatione: vt dicit Bal. & Iurisp. DD. non debet etiam ei dari tormentum ad habendam eiusmodi confessionem: per regulam quod frustra quæritur siue expectatur illud, cuius euentus nihil operatur, l. hæc stipulatio, §. diuus, ff. vt legat.nom.cau.& l.ad probationem, C.de probatio.

205 Quantum vero spectat ad † Episcopos, quod etiam ipsi minimè possint torqueri, probat Farinac. prædictus vbi supra nu.92. ea ratione qua nu. 70. dixit in dignitate constitutos non posse, aut debere torqueri, multo ergo minus Episcopi, qui dignitatum culmen tenent: iuxt.cap venerabili de præbendis, & licèt per peram quandoque factum fuerit, vt Episcopus quidam tormento fuerit subiectus, & in tortura persistens ab obiecto crimine absolutus, communis tamen (inquit) sententia est quod Episcopi nullatenus sunt torquendi, etiamsi indicia contra eos vrgentissima, & verissima fuerint, licèt possint

206 † ex eiusmodi vrgentissimis, & grauissimis indicijs, alijsve præsumptionibus, in pœnam extraordinariam damnari, iuxta ea, quæ tradit Anto. Gom.tom.3 variar.cap.13.num.28.

207 Quantum vero attinet † ad infirmos, & valetudinarios, quod ipsi nō etiam possint torqueri, probat Farinac. vbi supra, nu.93. aliquibus DD. auctoritatibus, id ipsum limitando in casu quo morbus sit talis, vt sine periculo vitæ reus torturam pati non queat, certum enim (inquit) est, quod tortura semper debet esse talis, vt tortus maneat saluus, iuxta legem quæstionis modum, ff. de quæstionib. in quo standum esse dicit iudicio medicorum. Et in sequenti nu 94. concludendo dicit, quod licèt serui, tam in seipsos, quam etiam in alios possint torqueri, iuxta ea, quæ in prima conclusione diximus, cum in id iure non reperiatur prohibitio: in seruos tamen † dominos torqueri non possunt, nisi 208
in certis quibusdam casibus. Pro quo remittit se ad Carier. in sua practic.crimin.tract.2.de indicijs & tortura, §. circa tertium quæ personæ torqueri possunt, num.2 per totum vbi hac de re ponit regulam cum suis ampliationibus & limitationibus, & explicat an & quando serui torqueri possint & torti indicium faciant. Et postea in sequenti nu.95. vsque 99. in confirmationem omnium supradictorum conclusionum, dicit Farinac. prædictus, quod si quis de facto † torqueatur qui de iure torqueri non debuisset, & crimen aliquod fateatur, eiusmodi confessio etiam ratificata nihil oberit: quod probat multis DD. auctoritatibus, sed præsertim tenet hoc Ant. Gom. to.3 varia.cap.13.num.4. ad finem, vers.& in tantum est verum. Et addit Farin. quod iudex † torquens personas de iure torqueri prohibitas, punitur pęna capitis, iuxt.text.in l.Decuriones, ibi, quod quidem capitale iudicium, C. de quæstion. Addit vlterius, quod iudici volenti aliquem torquere, qui de iure torqueri non debet, impunè de facto potest resisti: quod probat per textum in l.omnes iudices in fine, C. de Decurionibus lib.10.& vtrumque confirmat multis

tis DD. auctoritatib. Quamuis verò oĩa superius dicta vera sint, aliqui tamen sunt casu, in quibus personæ alias prohibitæ possunt torqueri, qui & explicabuntur per sequentes conclusiones.

Sexta Conclusio.

211 IN crimine † hęresis (quod est lęsæ maiestatis diuinæ) necnon & lesæ maiestatis humanæ, alijsq; criminibus exceptis: omnes supradicti priuilegiati, & excepti possunt torqueri, non obstante quocunque priuilegio, & prærogatiua. Hæc conclusio omnium est communis. Cuius ratio est, nam eiusmodi crimina propter suam immanitatem, & atrocitatem, quodcunque extinguũt priuilegium per text. in l. 3 & 4. C. ad l. Iul. maiest. & in l. Decuriones, C. de quæstionib. & l. de minore, ff. eodem tit. & l. proditores, ff. de re militari: qua de re videatur Simanc. loco vbi supra, num. 45. & Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 13. num. 3. & Iul. Clar. lib 5. sent. §. fin q. 64. à n. 16. cum seq. & Paz loco vbi supra nu. 50. & Farin etiam loco vbi sup. à num. 10. cum seq. latissimè. Sed intelligenda est prædicta conclusio, de illis, qui propter dignitatem, & priuilegium personæ, regulariter non

212 possunt torqueri: secus est † autẽ de ijs, qui propter ętatẽ, vel senectutẽ nimiam, aut propter periculum partus in mulieribus, siue debilitatem personæ in alijs, torqueri prohibentur: hi enim etiam in eiusmodi casibus, & criminibus exceptis, torqueri non debent, cum in illis eadẽ militet prohibitionis ratio, atque in alijs, vt latissimè probat Anton. Gom. Iul. Clar. & Farin. vbi supra. Dicit tamẽ, quod eiusmodi possunt & debent terreri, sicut & multi alij prohibiti regulariter torqueri, de quibus septima conclusio.

Septima Conclusio.

REgulariter loquendo, illi, qui aliqua † lege, siue priuilegio 213 prohibiti sunt torqueri: possunt nihilominus terreri. Hæc cõclusio tenetur vnanimiter ab omnibus supradictis DD. locis superius citatis, constatq; expressè ex l. 1. §. impuberes, ff. ad Sillania. vbi de minori 14. annorum dicitur quod non potest torqueri, bene autẽ terreri. Idẽque est iudicium de alijs propter paritatem rationis, quod teneri, & obseruari dicunt in cõmuni praxi omnes vnanimiter DD Nam omnes supradicti priuilegiũ habentes, vt non torqueantur, frequẽter à iudicibus sęcularibus terrẽtur: quod faciũt in omnibus casibus in quibus expressè non habet locum tortura: neq; id fieri videtur contra ius, quin verò multum ad rationem conformiter, nam causa inquirendæ, & indagãdę † veritatis (vt habetur in c. afferte de 214 præsumptio.) licitum est iudicibus aliquid simulare, aut fingere, quod aliàs in rei veritate non intendant efficere aut facere nõ liceret: eo modo, quo legitur 3. Reg. 3. Salomonẽ fecisse, simulando velle occidere infantem, ipsumq; inter duas illas matres super eo in iudicio contendentes, diuidere, quod reuera nunquam faceret: fecit tamen id ad indagandam veritatem. Super quod prædictum cap. affert, dicit Panorm. nu. 1. notabili 2. formaliter & expressè, quod in eundem finem possunt iudices pro veritate eruenda reum facere ad locum tormenti duci, ad inducẽdum terrorem eidem, licèt animũ & intentionem non habeant illum torquendi. Hac etiam ratione dicit Simanc. loco vbi supra, quod in causa † hæresis, impubes siue minor 215 14. annis, qui regulariter non potest torqueri: potest tamen terreri, & aue-

& auena, siue ferula cædi. Idemque est dicendum de senibus decrepitis, qui licet propter ipsorum ætatem nunquam torqueri non possint: nihilominus possunt terreri, non solum in hæresis causa, verum etiam & in quacunque alia. Sed circa hoc specialis difficultas est, de nobilibus, & alijs, qui propter suam dignitatem, seu personæ priuilegium torqueri non possunt, an possint & ipsi terreri, in alijs, quam in criminibus exceptis. De quo sit octaua conclusio.

Octaua Conclusio.

216 Nobiles, & † qui simili priuilegio gaudent, & qui non nisi in crimine hæresis, læsæ maiestatis, alijsque exceptis possunt torqueri: non etiam possunt terreri. Hęc conclusio est expressa Anton. Gom. loco vbi supra, nu. 4. in medio, quam esse dicit veram, si terror, & comminatio torturæ sit realis, & nimis propinqua actui: & ratio (inquit) est, nã paria esse videntur, tortura & realis siue actualis ipsius cõminatio. Vnde sicut ipsa tortura in supradictis est illicita, nec iure permissa, præterquã in crimine hæresis, læsæ maiestatis, alijsque exceptis: ita nec realis, & actualis ipsius comminatio, in ipsis
217 fieri debet. Contrarium † dicitur à quibusdam obseruari in communi praxi, propter nonnullas peculiares rationes, de qua controuersia in pręsentiarum nolo ipse plura dicere: videatur prædictus Anton. Gom. loco vbi sup. vbi parti adhæret negatiuæ, & dicit quod licet nobilibus, alijsq; simili priuilegio gaudentibus, aliqualis fieri possit comminatio verbalis, vt puta dicendo: *Dezid la verdad sino daremos tormento*: non tamen (inquit) potest fieri illis comminatio realis, & actui propinqua, qualis fieret deducendo ipsos ad tormenti locum, spoliando, denudando, & ligando eos iuxta tormenti instrumentum. Quod in tantum credit esse verum, † vt dicat quod si de 218 facto huiusmodi sic terreantur, & cõfiteantur delictum: etiamsi postea ratificatio subsequatur, eiusmodi confessio, & ratificatio erit omninò nulla, nec poterit nocere aut præiudicare eis: neque ex illa poterunt cõdemnari, cum talis tortura (etiam ficta) sit contra iuris ordinem: ex quo sequitur, quod etiam erit nullũ omne illud, quod ex ipsa subsequitur postea. Quod probatur à simili, nam sicuti (inquit) confessio medio tormento extorta à reis, non præcedentibus legitimis indicijs, infamia aut semiplena probatione (de quibus diximus supra) ipso iure est nulla: etiamsi postea in ea se ratificent, seu ratam illam habeant: ita & in proposito casu idem est dicendum: nam quod ex iniuria iudicis emanat, iniustum in se est, & iniustitiæ causa semper remanet in effectu: nec enim ex iniustitia, nasci, aut sequi potest aliquid iustum: quod multum est notandum, ac memoriæ commendandum. Videatur etiam hac de re Farinac. vbi supra, à nu. 104. vsque 111. vbi ad hoc propositum dicit plura, eaque notatu dignissima. Sed addit † & dicit, quod omnes personæ su- 219 pradictæ, quæ de iure non possunt torqueri, possunt nihilominus torqueri consultò Principe, quod probat per text. in l nullus, C. ad l. Iul. maiest. in illis verbis, inconsultis ac nescientibus nobis, argumento deducto à contrario sensu. Ex quibus infert ipse, & cõmuniter DD. quod de scientia Principis seu Principe consulto, nulla dignitas, & nullum priuilegium à tortura excusat. Aduertit etiam Farinacius supradictus ibidem, quod in casu, quo reus propter ętatem, vel propter dignitatem, seu alias de iure non potest torqueri, si contra ipsum fuerint legitima ad tor-

torquendum indicia: poterit ratione eiusmodi indiciorum, in aliquam pœnam extraordinariam, vtpura exilij seu pecuniarum condemnari, quod probat autoritate multorum DD. sed præcipuè tenet etiam illud Ant. Gom. loco vbi sup. c. 13. nu. 28.

ARTICVLVS XIV.

Vtrùm tortura inferri possit alicui, denegatis defensionibus & copijs indiciorum, et de modo quo deueniendum est ad illam?

Prima Conclusio.

220 TORTVRA † de iure inferri non potest alicui, denegatis defensionibus, & indiciorum copijs. Hæc conclusio communis est omnium DD. resolutio, quamuis circa modum, quo in hisce rebus procedendum est, variè loquantur, & ipsa nonnullas patiatur limitationes, & modificationes. De qua in primis videndus est Anton. Gom. tom. 3. variar. c. 13. num. 21. vbi proposita quæstione, vtrum reo inquisito, vel accusato ante torturam, dari debeat indiciorum copia, vt possit se defendere, & contra ipsa allegare: Respondet quod sic. Cuius rationem reddit, quia cum tortura sit actus grauissimi præiudicij, meritò prius quam ipsa exhibeatur si per indicijs est disputandum. Quod probat argumento text. in l. si postulauerit, §. patroni, ff. ad l. Iul. de adult. Facit & text. in l. custodes, ff. de publicis iudicijs. Idem tenet Iul. Clar. lib. 5. sent. § fin. q. 49. à num. 1. cum sequent. vbi dicit hanc esse opinionem communem, & quod hæc conclusio nullam habet difficultatem, si reus prædictam indiciorum copiam petat sibi dari. Nam (inquit) regulariter loquendo, etiamsi contra aliquem procedatur per inquisitionis viam, danda sunt inquisito nomina testium contra eum productorum, necnon & dicta ipsorum testium (eo petente) sunt publicanda, ad effectum vt se ipsum possit defendere, & suas exceptiones allegare, & proponere, aduersus illorum dicta, & personas. Quod satis colligitur ex textu in cap. qualiter, & quando el secundo, §. debet igitur, de accusatio. & dicit tenere hoc firmiter omnes communiter scribentes, & habere locum conclusionem prædictam, † etiam in crimine hæresis. Nam 221 (inquit) & in hæresis causa danda est reo indiciorum copia, quamuis non edenda sint illi testium nomina, vbi adsit aliqua periculi suspicio, forte propter potentiam ipsius inquisiti, vt dicit Gloss. in cap. fin. de heret. lib. 6. verb. indicijs, & hoc etiam dicit tenere omnes Doctores communiter, & idem in eo casu esse seruandum in alijs causis. Sed de mente Blanci in sua pract. crimin. fol. 38. num. 80. inquit, quod circa hoc iam inoleuit practica vt dentur testium nomina, confusa & separata à dictis testium, ob reorum potentiam, & vt non ipsi scire possint. quid ab vno quoque eorum dictum fuerit. Addit etiam de mente Doctoris Simancas, de cath. instit. tit. 64. nu. 27 quod in hæresis causis † cum semper graue 222 periculum credatur imminere, si nō testibus, saltem causis fidei catholicæ, quia pauci liberè testimonium perhiberent, si nominum publicatio fieret: iam ideò cōsuetudine est positum, vt nunquam testium nomina publicentur. Hæc Iul. Clar. vbi sup. Videatur etiam de conclusione prædicta Farinac. in tract. de indicijs & tortura, quæst. 38 num. 1. & latius quæst. 39. à nu. 1. cum sequentib. latissimè, vbi probat eam multis iuribus atque Doctorum autoritatibus: sed præsertim per textus in l. desertorem.

torem, §. si ad diem. ff. de re iudicata, vbi dicitur, quod miles non potest tā quam desertor suæ stationis cōdemnari, nisi prius data sibi copia, & cōmoditate allegandi suas exceptiones & defensiones, & (inquit) quod ibi de damnatione dicitur, intelligendū etiam esse de tortura, quæ nulli exhiberi debet denegatis defensionibus, per textū magis expressū, in l. vnius, §. cognitorum, ff. de quæstionibus, vbi habetur expressè, quod nisi reus ante torturam defendi permittatur, iure optimo à iudice dicetur oppressus. Facit ad idem & lex defensionis facultas, C. de iure fisci lib. 10. vbi

223 habetur, defensionis † facultatē nulli vnquam denegādam esse. De iure canonico habetur id ipsum expressè determinatum, in cap. cum inter de exceptionibus, ibi legitima defensio in iudicio reseruatur. Idem habetur in clement. pastoralis, de sententia, & re iudicata, ibi, & per consequens indefensum, & paulo infra dicitur ibidē, quod defēsionis facultas à iure prouenit naturali: qđ ēt insinuatur, in cap qualiter & quando el secondo de accusationibus. Postquā etiā Farin prædictus, in id ipsum magnam adducit Doctorū copiā loco vbi supra, de eorum omniū opinione & sententia, appositam conclusionem ampliando, & dicit needum dandam esse reis se defendendi facultatem, & in id indiciorum copiam ex processu resultantium, verum

224 † & competentem terminum ad illa purgandum, & non vnam dilationem tantum, verum etiam tres, & quod interim iudex supersedère debet, & nullo modo ad vlteriora procedere: & nec quidpiam aliud potest facere iudex etiam liberum, & absolutum arbitrium habens, vt expressè dicit Gloss. in clementina sępè de verborum significatione. §. non sic tantum, verbo defensiones. Idemque esse dicit, etiamsi habeat potestatem procedendi sine iuris solemnitate, & (quod plus est) quod nec † Princeps ipse de sua absoluta pote- 225
state, reorum defensiones vllo modo potest tollere, cum sint de iure naturali (vt præmissum est) & quod si de facto tyrannicè inferiori iudici in contrarium quidquam mandet, in eo nullo modo tenebitur illi obedire. Multa alia circa hoc propositum dicit Farinacius prędictus, quæ per tempus referre non licet & an eiusmodi defensiones, & indiciorum copia, danda sit reo illam petenti, an verò etiam non petenti ex iudicis officio, quod dicit verius multo esse, ac rationi conformius, sed latius supradicta omnia poterunt videri ibidem. Solummodo in præsentiarum non possum præterire, hoc vnum, quod notanter dicit nempè defensionem propriam cuiuslibet, adeò esse de iure naturali, vt † neque excommunica- 126
to, nec verò ipsi diabolo (si in iudicio nō posset adesse) esset auferenda aut deneganda, vt tradunt multi Doctores super prædictum capitulum cum inter de exceptionib. & Menoch de arbitrar. quæst. lib. 1. quæst. 77. num. 4. & Marsil. in l. vnius, §. cognitorum de quæstionibus, num. 77. & nec desunt qui dicant, † quod reus 227
ipse (etiamsi velit) renunciare non possit suis defensionibus, & quod renunciatio hac super re ab eo facta non valeat, quod probant argumento deducto ex textu, in l. non tantum, & ibi Glossa, verbo quiescit. ff. de appellat. & tenet illud Glossa, in l. pactum inter hæredes, verbo cum liceat, & verbo item pactū ne quis se defendat, ff. de pactis. Sed de his omnibus videatur Farinacius prædictus in dicta quæst. 39. à numero primo cum sequentibus, vsque 54. nec bis satis sit prædicta dixisse. Per quæ omnia meo quidem videri, superque satis probata manet nostra conclusio.

Secun-

Secunda Conclusio.

228 Quamuis superius † dicta vera sint, aliqua tamen sunt casus, in quibus ad torturam deueniri possit, non expectatis reorum defensionibus, nec sibi datis iudiciorum copijs. Hæc conclusio est supradicti Farinac. loco vbi supra, à n. 55. cum sequentib. vsque ad 66. vbi supradictam conclusionem limitando, dicit eam non procedere quã-
229 do reus † renunciauit suis defensionibus, adiecta aliqua rationabili causa, vt puta quia certò scit nullam habere, aut sibi defensionem competere. Quam renunciationem prædicto modo conceptam valere dixit originaliter Baldus in l. raptores, notab. 4. num. 4. ff. de Episcopis, & Clericis, per glossam in l. 1. ff. de furib. balnea. quem prædictum Baldum sequuntur quam plures Doctores citati per supradictum Farinac. loco vbi supra, addendo quod hac communi practica vtuntur hodie assessores, qui ob eam faciunt interdum, reos damnandos renunciare termino sibi præfixo, adiecta causa, quod nullam habent defensionem, & dicunt quod eiusmodi renunciatio valet licèt non desint contrarium qui dicãt. Qua etiam de re videatur Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fi. q. 49. n. 16. vers. quæro nunc. Aduertendum est tamen quod facta etiam prædicta renunciatione, si reum quandoque illam fecisse pœniteat, poterit adhuc nihilominus semetipsum defendere, & suas allegare exceptiones, vt dicunt omnes supradicti Doctores.
230 Secundò non procedit † prædicta conclusio in delictis notorijs, vel qñ reus repertus fuerit in flagranti crimine: tunc enim certum est reum renunciare posse suis defensionibus, & iudices eadem renunciatione præmissa, aut etiam aliter, procedere ad torturam posse: & multo melius cum reo confesso, quia per eiusmodi confessionem satis videtur suis defensionibus renunciare. Qua de re videatur Farinac. vbi supra, num. 61. & 62. & latius num. 101. cum sequentib. vsque 106. vbi late probat id ipsum fieri posse, semper ac iudici constat reo nullam omninò competere defensionem: nam in tali (inquit) casu haudquaquam debet sibi dari cum reus nullam habens defensionem, & ipsam petens, videtur illam per calumniam † expostulare, 231
ad protrahendam, & in longum dilatandam condemnationem, & eiusmodi defensiones calumniosè petitas, de iure iudex illas denegare potest: vt tradit Felinus in capit. pastoralis, §. quia verò, de officio & pot. iud. deleg. num. 15. vbi allegando Baldum in c. quoniam contra de probationib. dicit, quod si latro, aut homicida instat ad suam defensam, vt res protrahatur, prius debet interfici, & postea inquiri, si de calumnia constat, quod ait multum esse menti tenendum, ex qua Baldi, & Felini doctrina ad hoc propositum denegatæ defensionis, multi iurisperiti DD. faciunt hanc conclusionem, qd iudex non solum põt reijcere calumniosas exceptiones, verum etiam & eas quæ tales esse apparent, & quod ad hoc sufficit, vt de calumnia appareat, etiam præsumptiuè. Qua de re videatur Farinac. vbi supra, vbi id ipsum dicit plura eaque notatu dignissima. Tertiò † nõ 232
procedit supradicta prima conclusio, in latronibus famosis assassinis, nam & ipsi optimè renunciare possunt suis defensionibus, quin verò non expectata eiusmodi renunciatione, iudices eas possũt sibi denegare, cum sciant nullas sibi competere vt tradunt quam plures grauissimi DD. iurisperiti. Qua de re videatur Farinac. vbi supra, nu. 63. & 64. & latius

M 2

latius num. 107. 108. & 109. vbi ad hoc propositum dicit plura, eaque notatu dignissima, quæ breuitatis gratia omitto, & poterunt videri ibidem. Non desunt qui dicant in crimine blasphemię, necnon & in crimine Sodomiæ, non esse concedendam reis defensionem, etiam quoad repulsam testium: de quibus duobus criminibus agit Farinacius prędictus loco vbi supra numero 102. & 110. sed contrarium dicit esse verius, & probabilius, & quod obseruatur in communi praxi, nam etiam in prædictis duobus criminibus dandus est locus reorum defensioni, dum tamen de ipsis non constet notoriè: etenim si notoriè constant, iam supradiximus, quod in notorijs, & repertis in flagranti delicto, non est locus defensioni. Quartò
233 non † procedit supradicta Prima conclusio, quando reus in pœnis non capitalibus, nec corporalibus, sed pecuniarijs, & temporalibus, suis defensionibus voluerit renunciare, nam & hoc iure optimo facere pōt, vt dicunt oēs vnanimiter DD. neque id sibi prohibitum est iure. Qua de re videatur Farinac. vbi supra numero 65. & 66. Et in sequenti 67. tradens circa hoc generalem regulam, inquit, quod licèt reus renūciare nō possit suis defensionibus à iure naturali, siue gentium introductis: bene tamen illis, quæ fuerint introductæ merè à iure ciuili, seu potius ab apicibus iuris, & quod in tali casu iudices bene possunt ad torturam procedere, nullis expectatis eorum defensionibus, aut data sibi copia indiciorum ex processu resultātium. Quod
234 tamen omninò facere tenentur, † extra supradictos casus, etiamsi timeant propterea faciendam esse testium aliquorum examinandorum subornationem: nec solum quando procedunt per viam accusationis, siue iudicialis denunciationis, verumetiam procedentes ex officio, & per viā inquisitionis. Nam in hoc casu, haudquaquam denegādæ sunt reis suæ defensiones, & indiciorum copiæ, & à tali denegatione non solum datur appellatio, verumetiam & iudex ea denegans, conueniri poterit in syndicatu, ac grauiter puniri. Qua de re videatur Farinac. vbi supra à numero 67. vsque 79. Et in sequenti numero 80. cum sequentibus, dicit quod rei allegare † poterūt 235
suas exceptiones, & defensiones, suamque innocentiam monstrando, probare illas esse veras, quocunque tempore, & in qualibet parte iudicij, non solum in termino probatorio per iudicem assignato, & necessariò requisito ad cognitionem causæ, & qui communis est vtrique parti: verumetiam & post factam testium publicationem, quinimo & post conclusum in causa, adeò defensio prædicta priuilegiata est, † & 236
omni iure naturali, diuino, atque positiuo, Ciuili & Canonico permissa: & qui reus non sibi concessis siue permissis suis defensionibus, & exhibitis indiciorum copijs, perperām, tyrannicè, atque p iniuriā à iudice aliquo fuerit tortus etiam si quam maximè delictum fateatur, & in sua confessione se ratificet: haudquaquam (inquit) exinde poterit condemnari, nam omnia inde subsecuta sunt ipso iure nulla, vt dicunt omnes DD. communiter. Qua de re videatur supradictus Farinac. à dicto numero 80. vsque 84. Anton. Gomez tom. 3. variar. capit. 13. numero 33. & Iul. Clarus lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 49. numero 13. cum seq. & quæst. 64. numero 28. & 44.

Tertia Conclusio.

137 AD defensionem † reorum prędictam, danda est sibi indiciorum copia, & dicta ac nomina testium reuelanda, & publicāda; nisi in certis quibusdam casibus, vt contra ipsos excipiendo, & sua dicta falsa esse ostendendo, melius atque commodius innocentiam suam demonstrare possint. Hæc etiam conclusio est Farinacij vbi supra à nu. 85. cum sequent. & de ea iam aliqualiter constat ex dictis in prima conclusione de mente Iulij Clari, & habetur expressa in c. qualiter & quando, el secondo de accusatio. §. debet igitur. Vbi sequentia verba habentur, loquendo de reo inquisito. Et exponenda sunt ei capitula de quibus fuerit inquisitum, vt facultatem habeat defendendi seipsum: & non solum dicta, verum nomina etiam testium sunt illi publicanda, vt quid & à quo sit dictum appareat: necnon exceptiones, & replicationes legitimè admittendæ: ne per suppressionem nominum Infamandi, per exceptionum verò exclusionem deponendi falsum, audacia præbeatur. Per quem textum tenent prędictam conclusionem omnes communiter DD. ibidem. Et facit ad idem text. in cap. fin. §. cessante, & ibi glossa verb. iudicis de Hæretic. lib. 6. Videatur hac de re Bartol. in l. finali numero 8. ff. de quæstionibus, & plures alij DD. citati per Iul. Clar. loco vbi supra à numero primo cum sequentibus, & nunc nouissimè in statu Ecclesiastico habetur id ipsum expresse præceptum, per Bullam Pauli III. quæ habetur inter constitutiones Pontificales, & est numero 58. & refertur in 1. par. Bullarij, vbi dicitur, ante torturam indiciorum copiam dandam esse reis, cum expressione nominum testium, & suarum attestationum, ad hoc vt inquisiti possint se defendere. Sed (vt diximus supra in prima conclusione) hoc † quod dictum est 138 de expressione nominum testium non est obseruandum, quando reus inquisitus siue accusatus fuerit potens, & periculum ne offendat, seu offendi faciat testes contra ipsum examinatos, prout habetur expresse in cap. fin. de hæreticis lib. 6. Qui quidem textus licèt, loquatur expresse tantum de crimine hæresis; ex identitate tamen rationis, ex communi omnium Doctorum sententia extendendus est ad alios casus, in quibus simile timeatur periculum, & sic communiter obseruatur in praxi, vt tantum dentur reis testium nomina, confusa & separata ab ipsorum dictis, vt nesciri possit quid dictum sit ab eorum vnoquoque. Nec solum danda est reis indiciorum copia, & reuelanda & publicanda testium nomina, & dicta, in omnibus casibus, in quibus non fuerit supradictum periculum, verumetiam & copia omnium actorum processus, quod etiam dicunt omnes vnanimiter DD. per textum in l. 2. C. de edendo, & cap. quoniam contra de proba. Quod tamen intelligendum est, si ab eisdem petatur, seu ab alijs ipsorum nomine, vel (vt etiam quibusdam placet) ex iudicis officio, etiamsi non petatur. At hoc non est ita certum. In qua differentia, & controuersia immorari nolo, videatur de ea latissimè Farinac. loco vbi supra à num. 90. vsque 101. Solummodo dico, quod circa prædictam † indiciorum copiam, an danda sit etiam testibus torquendis pro indaganda veritate, & an sibi possint defensiones denegari, antequam ad torturam deueniatur? magna est lis, & controuersia inter Doctores iuris peritos, & ea de re longissimam facit disputationem Farinacius loco vbi supra à numero 116. vsque 153. vbi dicit quæstionem 139

hanc optimè olim fuisse discussam, atque examinatam in vrbe per duos celeberrimos aduocatos illius temporis, quorum allegationes hinc inde factas, ad vnguem ponit ibidem: à quorum ego relatione consulto supersedeo, videri cum possint apud eundem authorem. Sed vt de difficultate prædicta ipse breuiter aliquid dicam, meo quidem videri verior resolutio est, vt testi torquendo pro veritate dicenda, dari non debeat indiciorum copia, cuius & ratio est, quia quando agitur de varietate seu mendatio testis, iudex tantum est qui à seipso considerat, & considerare debet an veniat torquẽdus nec ne, non aliqualiter admissa aduocatorum disputatione: ex quo proinde sequitur, vt non necessariò danda sit illi indiciorum copia, eò vel maximè quia si daretur, (vt inquit Bosius) differendo & disputando, magis veritas occultaretur, quam erueretur, ex instructionibus aduocatorum, quæ in eo casu testibus fierent, sicque esset id ipsum facere contra finem intentum in præstanda tortura, qui est veritatem eruere ex testium pectore. Hæc breuiter dicta sufficiant, reliqua videantur apud Farinac. vbi supra.

Quarta Conclusio.

240 Prædicta indiciorum † copia, non datur aut dari debet reis, nisi post publicationem processus, quia neque ante deueniri potest ad torturam. Hæc conclusio est omnium DD. communis: de qua specialiter videndus est Anton. Gomez tomo 3. variarum capit. 13. numero 19. versiculo. Item quæro quando, & in qua parte processus, & causæ debeat adhiberi tortura? cui difficultati respondendo resolutiuè dicit, quod debet adhiberi post publicationem factam in processu, vel causa: quia ante (inquit) non potest iudici liquere, & constare de meritis causæ, & an causa sit plenè probata nec ne: argumento textus & eorum quæ notantur in l. prolatam. C. de sent. & interloc. omn. iudic. & in l. gesta. C. de re iudicata. Item quia tortura adhiberi debet in subsidium, quando non sunt aliæ plenæ, & legitimæ probationes delicti, iuxta l. edictum, ff. de quæstionib. Ex quo proinde sequitur, quod ante publicationem processus, & probationum, non debet nec potest inferri tortura; ac proinde neque ante danda est reis prædicta indiciorum copia. Videatur etiam hac de re Paz in praxi: tom. 2. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 1. & 2. & Farinac. loco vbi supra à num. 154. cum sequentibus. Vnde circa hoc communis habet praxis, † quando proceditur 241
per viam accusationis, quod postquam accusator in suo allegationis libello vulgò dicto. *De bien probado*, intentionem suam dicit bene & plenè esse probatam, non autem intentionem rei: postquam etiam obiecit exceptiones & repulsas contra personas, & dicta eiusdem rei, in fine libelli concludere solet expostulando, vt reus ipse in defectum probationum torqueatur: & dicendo quod casu negato, quod sua intentio non fuerit plenè probata, & probationes non sint sufficientes ad condemnandum reũ diffinitiuè pœna ordinaria, quod condemnetur saltim ad torturam. Quo libello ex parte accusatoris producto, mandat iudex reo exhiberi ipsius copiã, illi præcipiendo, vt intra certum tempus respondeat: quod facere tenentur iudices, siue ad instãtiam accusatoris, siue verò ex suo officio ad torturam procedant, antequam reis ipsa exhibeatur. Et reus facit id ipsum, porrigendo è contrario alterum libellum

in

in quo poſtquam allegat in principali cauſa, ... iam ſuam intentionem bene, & plenè fuiſſe probatam, non autem accuſatoris: poſtquam etiam ponit ſuas exceptiones, & repulſas contra perſonas, & dicta teſtium accuſatoris (eo modo quo dictum eſt ſupra) tandem concludendo dicit haudquaquam ſibi debere præſtari tormentum, ſiue torturam in eo non habere locum, propter hanc, vel illam rationem: quia nempe id cauſa, & negotij grauitas non requirit, aut quod in id ipſum non ſunt ſufficientia indicia; neque concurrunt ea, quę ad torturam præſtandam reis ſunt neceſſariò requiſita, vel quia ipſe eſt vir nobilis, miles, ſiue Doctor, aut aliquis ex iis, qui ex iure, vel priuilegio non poſſunt torqueri. Quibus pro vtraque parte productis libellis: iudex
242 † viſis pro vtraque parte, hinc inde allegatis, ſi ex proceſſus actis intellexerit contra reum nihil omninò eſſe probatum, ex quo poſſit illum iuridicè punire, aut ſaltim in quæſtionem eundem adducere: omninò, & totaliter ab inſtantia debet abſoluere, condemnando accuſatorem, eo modo quo dictum eſt ſupra in quæſt. 13. de accuſatione art. 9. Si verò viderit accuſatoris intentionem plenè, ac legitimè eſſe probatam, per ſufficientes, & legitimos teſtes, & quod probatio eſt ſufficiens, atque legitima, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra q. 17. de teſtibus, quo ad ipſorum ſufficientiam art. 2. in tali caſu non eſt neceſſaria tortura, ſed iudex diffinitiuè debet condemnare reū pęna ordinaria delicti (ſi procedatur iudicio ordinario per viam accuſationis) aut extra ordinaria, & arbitraria (ſi procedatur iudicio extraordinario & per viam inquiſitionis.) Si tamen iudex inuenerit delictum non eſſe probatum plenè, ſed ſemiplenè per vnum teſtem viſu, legitimum, & omni exceptione maiorem (eo modo, quo dictum eſt ſupra) aut inuenerit contra reum talia eſſe indicia, vt ex ipſis meritò debeat, & poſſit torqueri: exhibita prius reo ipſi indiciorum copia, vt contra ea dicere, & allegare poſſit, ac ſe defendere: ſi nihil dixerit, aut probauerit quo indicia prædicta diluat, & ſuam innocentiam oſtendat, atque demonſtret per ſententiam interlocutoriam condemnandus erit ad torturam: quæ condemnationis ſententia intimanda eſt ipſi reo, vt ab ea ſi velit appellare poſſit, eo modo, quo dicendum erit in ſequenti articulo.

ARTICVLVS XV.

De nonnullis conſiderationibus, quas habere debent iudices antequam veniant ad reorum torturam.

MVLTA conſiderare debēt iudices antequam deueniāt ad reorum torturam, quæ in ſequentibus concluſionibus dicentur per ordinem.

Prima Concluſio.

ANtequam † iudices, ſiue prę- 243
lati veniant ad reorum torturā, aduertere oportet. Primò, quod de corpore delicti propter quod torquendi veniunt conſtet. Secundo quod reus non ſit plenè conuictus, ſed tantum ſemiplenè, aut ſufficienter indiciatus. Tertiò vt ſit perſona, quæ de iure poſſit torqueri. Quartò vt cauſa id ipſum requirat. Et quintò vt ea ſuper re ſententia pronuncietur interlocutoria, qua dicatur conſtare ex proceſſus actis reum fore torquendum. Hæc con
cluſio communis eſt † omnium 244
DD. reſolutio, & ſi bene inſpicia-

tur, satis apertè constat ex supradictis. Nam quantum ad primum quod reus vtcumque sufficienter indicijs, torqueri non possit, nisi simul etiam de corpore delicti cõstet, habetur expressè in l. 1. §. item illud, ibi non haberi de familia quaestionem, ff. ad Sillanian. & tradit illud Bartol. in l. fin. versic. & ad euidentiam, ff. de quaestionib. & cum eo multi alij Doctores relati per Farinacium, tract. de indicijs, & torf. quaest. 38. num. 2. Quantum verò attinet † ad secundum, nempe quod

245 reus non sit plenè conuictus de crimine, sed tantum semiplenè, aut alias indiciatus, atque in defectum probationum, etiam satis de se patet, quia tortura (vt supradiximus) non dari debet nisi in subsidium, & vbi veritas aliter haberi non potest; per textum expressum in l. Diuus Pius ff. de quaestionib. Ex quo fit, quod reus sic conuictus, non torquetur, sed condemnatur. Quantum verò ad tertium, iam etiam constat ex dictis, nam licet regulariter loquendo omnes indistinctè possint torqueri, qui iure non sunt prohibiti, per l. edictum ff. de quaestionib. multae ta-

246 men † sunt personae ab hac generali regula exceptae, & priuilegiatae; vt milites & nobiles, & alij de quibus diximus supra. Qua propter ante torturam inspicere oportet, an reus sit persona priuilegiata, & quae iure non possit torqueri. Quantum autem attinet. Ad quartum iam etiam con-

247 stat ex supradictis, quod † non in omni causa, & pro quolibet delicto iudex ad torturam potest aut debet procedere, sed tantum in causis grauibus, & delictis atrocibus, pro quibus poena corporalis & non pecuniaria, seu alia arbitraria veniat imponenda. Et tandem quantum ad quintum, quod ea super re prius sententia interlocutoria sit proferenda, vt ab ea reus, si voluerit appellare possit; est communis Doctorum omnium resolutio: de qua, & praed. ctis omnibus videatur Farinacius vbi supra à numero 2. cum sequentibus, vsque ad 9. vbi dicit plura, eaque notatu dignissima: hoc praesertim, quod quamuis aliàs fatuus dicatur iudex exprimendo causam in sententia, per cap. sicut, & cap. cum Bertoldus de re iudicata, in praedicto tamen de torturae decreto iudex † de- 248
bet illam exprimere, summatim referendo indicia & praesumptiones quibus mouetur ad inferendam reo torturam praedictam, id quod obseruari debere dicit in communi praxi. Videatur etiam ea de re Foller. in sua practic. crimin. verb. & si confitebuntur, in 3. p. tertiae partis, numero 74. & Anton. Gomez tom. 3. variar. capit. 13. numero 21. post medium, versic. si verò semiplene, & numero 23. in principio, & Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. fin. quaest. 64. à numero primo, cum sequentibus. Vnde quã maximè reprehendẽdi veniunt iudices, qui magis sanguinem humanum sitientes, quam iustitiam seruari cupientes, vt iusti esse ipsi videantur, cum re vera tales non sint, sententiam tormenti interlocutoriam praedictam pronunciare interdum renuunt, ne ab ea miseri rei appellare possint: quos acriter reprehendit Simancas, atque in ipsos inuehit, lib. suo de Cathol. institu. 65. qui est de tormentis numero 17. vbi in sequentia verba prorumpit. Crudelis profectò, & iniquus est iudex, qui contra diuina, & humana iura, hominem inauditum cenciat antequam super eo exandiatur, & quaestio ea de re habeatur. Cum defensionis facultas, quae iure naturali omnibus concessa est, nulli vnquam, & propter nullam causam sit deneganda, maximè in re tanti praeiudicij, ac momenti: neque illum excusat zelus iustitiae, & punien-

puniendi maleficia: nam certè ipse vel nō est zelus, aut saltim nō secundum scientiã: non enim sunt facienda mala, vt inde eueniant bona: sed iustè quæ recta fuerint exequenda sunt, atque executioni mandanda, & (vt dixit Vlpianus) melius est nocentem impunitum relinquere, quã innocentem damnare. Dicendum est igitur, quod reus priusquam torqueatur omninò debet exaudiri, & ea super re sententia est proferenda, vt ab ea si velit appellare possit.

Secunda Conclusio.

249 ETiam iudices † debent aduertere, appellationem hac in re à reis interpositam admittendam esse, & quod ea pendente à torturæ decreto debent supersedere, & nihil omninò innouare, aliàs enim confessio in ipsa tortura emanata prorsus erit nulla, & ad eosdem condemnandos inefficax. Hæc conclusio etiam est omnium Doctorũ communis resolutio. Nam quod à torturæ decreto appellari possit, probat expressè textus in l. 2. C. de appellationib. recipiend. & textus in l. pen. verb. discutere versic. sed fallit in casu, C. quorum appella. non recipiantur, & ibi glossa & omnes DD. communiter, item & glossa & Doctores communiter in l. secunda, verb. causa, C. de Episcopali audientia. Qua de re videatur Anto. Gom loco vbi supra, numero 23. & Iulius Clarus libro quinto sentent. §. fin. quæstio. 64. numero vigesimoseptimo, vel sic. Sed quid agendum. Et Paz in sua praxi tom. 1. parte quinta, capitul. 3. §. 12. numero 80. & 81. vbi dicit, quod iudex appellationi, ac torturæ interpositæ debet deferre, dummodo non sibi constet eam esse manifestè friuolam, & quod non prius sententia † torturæ est exequenda, 250 quam à superiore iudice fuerit confirmata, aut tanquam friuola reiecta, per textum in lege ante sententiam, ff. de appel. recipien. & lege per hanc C. de tempor. appellat. & capit. cum appellationibus friuolis de appell. lib. 6. Quod etiam dicit Simancas de Catho. institut. tit. 61. nu. 21. Videatur etiã hac de re Farinacius loco vbi supra num. 10. vbi respondendo cuidã motu proprio Pij IIII. præcipienti olim, vt in causis criminalibus non recipiatur appellatio, tã à diffinitiua, quã ab interlocutoria: dicit eiusmodi motum proprium in reo existente in carcere non habere locum, prout existere oportet cũ de alicuius tortura tractatur. Et in sequenti numero vndecimo, cum sequẽtibus prædictam conclusionem ampliando dicit, quod licet alias per appellationem à sententia interlocutoria iudicis manus non sint alligatæ, quin ante inhibitionem nō possit sententiam suam exequi, atque in causa procedere, iuxta cap. non solum, de appellatio. lib. 6. fallit tamen ea resolutio in sententia tormenti, vbi agitur de damno irreparabili, vt dicũt omnes DD. communiter: quapropter interposita appellatione à prædicto torturæ decreto, cum per eam proculdubio irreparabile damnum inferatur, iudex statim † super- 251 sedere debet, etiam antequam sit inhibitus à superiori, etenim inhibitione præsentata id non cadit sub dubio, vt dicit Baiardus ad Iul. Clar. loco vbi supra, quæstione sexagesima quarta, numero 85. dicuntque id ipsum plures alij Doctores relati per supradictum Farinacium loco vbi supra numero duodecimo, vbi ait; conclusionem prædictam etiam procedere, non solum quando iudex pronunciat reum fore torquendum super delicto principali: verum etiam & quando torquetur reus ad

ad habendam responsionem affirmatiuam, vel negatiuam, & quod non innouare potest aliquid pẽdente ter-
252 mino ad appellandum, † nempe per dies decem post decretum: nam sicuti appellatione pendente nihil est omnino innouandũ: ita ẽt nec pendente tempore ad appellandum, iuxta supradictum cap. non solũ in principio de appellatio. li. 6. & glossam in l. ex iudiciorum, ff. de accusatio glos. in l. 1. ff. nihil innoua. appell pend. Quã de re videatur etiam Couar in pract. quæst. cap. 23. num. 2. vers. tertia interpretatio, vbi hanc esse dicit sententiam & opinionem communẽ de iure, quidquid nonnulli in cõtrarium dicant seruari de consuetudine. Videatur etiam hac de re Anton. Gom. loco vbi supra, cã. 13. num. 13. vers. & supersedere debet, per tempus concessum ad appellandum. Nec solum appellare licitum est reo à torturæ decreto, verumetiam & ab ipsius comminatione, vt dicit Farinacius loco vbi supra, num. 15. & in sequentib. 16. & 17. dicit cõclusionem prædictam procedere non solum de iure ciuili, verumetiam & multo magis de iure canonico: quo quidem iure absque vllo prorsus dubio, appellatio à sententia interlocutoria admittenda est, iuxta cap. significauerunt de testib. & ca. vt debitus honor, cap. cum speciali, ca. cum cessante de appellatio. & ca. ad Romanam,
253 2. q. 7. Et certè iudex, † qui non obstante appellatione prædicta, ad vlteriora procederet, reumque extorqueret, præterquam quod peccaret mortaliter, confessio sic extorta erit prorsus omninò nulla: & ad eũdem condemnandum inefficax, vt de mẽte Baldi & aliorum multorum DD dicit Farinacius prædictus vbi supra, & ea de re videatur Foller. in pract. crimin. verb. etsi confitebuntur rei in contrarium partis, num. 50. & Anton. Gom. loco vbi supra, cap. 13.

num. 25. vers. quarto infero. In hoc vno † tantum casu appellatio prædi- 254
cta à torturæ decreto non erit recipienda, nempe quando certò iudici ipsi constiterit, eam esse calumniosã vel friuolam. Qua de re videatur etiã Farinacius loco vbi supra, à num. 23. cum sequentib. vsque 31. vbi multis explicat ad eiusmodi propositũ, quęnam sit dicenda appellatio calumniosa vel friuola: & dicit, quod omnis talis potest per iudicem reijci, & ea non obstante ad torturam procedere: quod probat de mente multorũ DD. sed præcipuè id ipsum tenere dicit Follerium loco vbi supra, vbi argumento deducto ab illo communi dicto, quod si appellatio visa fuerit iusta recipiatur: à contrario colligit sensu, quod si talis visa non fuerit, non solum potest, quin verò debet reijci. In quo quidem casu, licet appellationem esse friuolam, siue calumniosam inspiciendum quam maximè sit ex causa in eadem expressa: quia tamen non omnes modi, quibus calumnia in appellatione detegitur à iure potuerunt præuideri, dicunt omnes DD. communiter, in eo
multum † esse standum iudicum ar- 255
bitrio, nec mirum videri cuipiam debet, iudicium hoc an appellatio prædicta sit iusta, aut iniusta, calumniosa, vel friuola, commissum esse iudici à quo, cum potius (vt videtur) remitti deberet iudici ad quem: nam circa hoc duplex haberi potest cognitio: vna an sit deferendum, uel non deferendum appellationi interpositæ, altera verò an causa in appellatione interposita iusta, & legitima sit,
necne? Horum primũ † dicũt DD. 256
committi iudici à quo, reliquum verò non iudici ad quem: qui, & diiudicare debet, an causa interposita iusta & legitima fuerit, ac proinde admittenda, an verò nõ? Sed quia hęc aliquo modo esse videntur metaphysica, vt non in re tanti ponderis, ac

mo.

momenti iudices errare contingat: verius resolutiuè dico, appellationem à torturæ decreto interpositam semper esse admittēdam, & ab ipsius executione supersedendum, donec per superiorem iudicē aliud decernatur, & determinetur, nisi in casu quo (vt in conclusione diximus) certò, & euidenter sibi constet, eandem esse calumniosam, & friuolā, & in casu dubij expectandum esse superioris iudicium, quod quam maximè consulit Foller. vbi sup. vt ne iudex inferior se exponat periculo, vt à superiori condemnetur ob non admissam appellationem interpositam; si ęquū esse sibi videatur, quod inferiori prędicto haudquaquam tale fuerit visum. Cautius inquam erit prædicto modo procedere, & stante appellatione interposita, à sententia torturæ supersedere, vt non (sicut prædictum est) iudex periculo se exponat, subeundæ pænæ reum indebitè torquentis, seu appellationi non deferentis, in casu, quo tenebatur illi deferre: vnde id quod diximus supra de appellatione apparente calumniosa, vel friuola posse eā per iudicem reiici, & nihilominus absq; attentatorum vitio ad vlteriora procedere: intelligendum est ad sensum prædictum, quando certò, & euidenter sibi constat eandem esse talem. Secus est autem in dubio, siue dubium sit iuris, siue verò facti, vt tradit Innocent. in cap. Pastoralis, de officio delegati, num. 3 vers. ad hoc, & etiam Bald. ibidem num. 3. & Iason in l. 1. notab. 1. C. de bonorum possess. & in l. præses, ff de re iud. nu. 4. Qua de re videatur Farin. vbi supra, à nu. 31. cū sequent.

Tertia Conclusio.

257 Etiam † iudices debent aduertere, antequam deueniant ad reorum torturam, vtcunque contra eos legitima, & sufficientia præcedant indicia, quod non omnes æqualiter sunt torquendi, sed quidam grauius, alij verò leuius, secundum qualitatem personarum, delicti, & indiciorum, quæ ex processu resultauerint. Hæc conclusio est expressa Farina. loco vbi sup. à n. 33. vsq; 51. quam probant de mente, & sententia multorum DD. sed præsertim Iul. Cla. lib. 5. sentent. §. fin. q. 64. n. 31. vers. nunc de gradibus torturæ videamus, vbi dicit circa hoc multum esse standum iudicis arbitrio, & id ipsum dicit paulò infra, n. 33. vers. debet igitur iudex, torturam adhibere pro modulo indiciorum, vt dixi. Idem dicit Foller. in sua pract. crim. verb. rei indurati torqueantur, n. 16. vbi ait, circa torturæ modum non dari posse certam, & determinatam regulam, cum id totum dependeat ex grauitate delicti, item & ex qualitate indiciorum, an sint leuia, vel vrgentia, vnum aut plura: item & ex qualitate personæ torquēdæ, an sit fortis & robustus, an verò delicatus, & debilis, minor aut maior, senis, aut iuuenis, sanus, aut infirmus, timidus an versutus, & his similia. Quibus & addunt DD. nonnulli, oportere multum vt aduertant iudices, quod minus torquere debēt nobiles, & Doctores & simili priuilegio gaudentes, quam plebeios, & vulgares. Item & rationem habere, an reus torquendus in corpore aliquod habeat vulnus, aut difficultatem anhelitus, passusve fuerit morbum gallicum, seu quid simile, ad vitanda inconuenientia quam plurima, quæ exinde possent exoriri. Quæ supradicta omnia colliguntur etiam, superque satis, ex textu expresso in l. quæstionis modum, ff. de quæstionibus vbi dixit Vlpianus, quæstionis modum, quam maximè iudices arbitrari oportere. Ad quod iudicum prædictum arbitrium regulandum, DD. Iurisperiti plures consti-

ſtituunt torturæ gradus, & omiſſis varijs hac de re opinionibus dico, quod de mente Iul. Clar. loco vbi ſu
258 pra, † gradus torturæ ſunt quinque. Primus minæ quæ fiunt de reo detorquendo. Secundus cōductio eiuſdem ad tormentorum locum. Tertius ſpoliatio & ligatura. Quartus eleuatio in equuleo. Quintus exquaſſatio. Quos quinque gradus, loculenter atq; omnia alia ponit etiam & explicat Farin. ſupradictus loco vbi ſupra, à n. 40. cum ſequentib. ſed quidem diuerſo modo ex communiore DD. reſolutione, & magis vſitata praxi: nam dicit, quod primus gradus eſt, quando iudex mandat reum expoliari, ligari, ac funi applicari, & omnia in ordine poni, ita vt nihil aliud deſit, quam ſola eleuatio. Quo
259 quidem primo † torturæ gradu (inquit) vtitur iudex, quando indicia ſunt leuia, & non talia vt ad plenam torturam ſufficiant: quamuis aliqualiter reum ſuſpectum reddant: neque eo vtitur in robuſtos, verſutos & doloſos viros, ſed tantum in debiles, timidos, puſillanimes, & delicatos, qui (vt experientia docet) cum hoc ſolo primo torturæ gradu delicta ſua fateri ſolent ſæpiſſimè: & quamuis ille propriè, & in rigore loquendo haud quaquam dici poſſit tormentum, ſed ſola territio: quia verè corpus nō affligit, nec illi dolorem incutit: cum tamen extorqueat animum, & ob timorem non mediocrem afferat cruciatum, & dolorem: non ab re ſaltim largo modo eiuſmodi appellari poteſt nomine, & conſtitui pro primo prædictæ torturæ gradu. Secundus
260 † inquit Farin. gradus erit, quando reus in tortura eleuatur, ibidemq; detinetur paruo aliquo tēpore, vt videlicet per vnū Pater noſter, vel per vnam Aue Maria, vel per vnū Miſerere ad plus, abſq; exquaſſatione tamen vlla. Quo quidem torturæ gradu (qui etiam appellari poteſt leuis) vtuntur iudices, quando reum habēt magis ſuſpectum, quam in primo gradu, & indicia ſunt plenè probata, non tamen plena, aut ita propinqua, vt ad pleniorem, ſiue grauiorem torturam deueniri poſſit. Tertius † tor- 261
turæ gradus eſt, quando iudex detinet reum in tortura per ſpatium duorum Miſerere, vel paulò plus: abſque tamen exquaſſatione: & ad hoc (inquit) deuenire ſolet iudex, quando indicia ſunt plena, & plene probata, delictum tamen non eſt atrox, reus tamē eſt nobilis, vel honeſtę familię: ac bonę famæ: in his. n. caſibus dicit, quod iudex poteſt adhibere hunc tertium torturæ gradum, vt dicunt DD. communiter, ſed præſertim Iulius Clar loco vbi ſup §. fin. q. 64. n. 33. ver. debet igitur iudex, vbi ait, quod ad plenam torturam non debet iudex deuenire, niſi adſit ſaltim vnum indicium ſufficiens, & plenè probatum. Quartus † torturæ gra- 262
dus eſt, quando reus diutius detinetur in ipſa per mediam horā, aut tertiam partē vnius horæ, aut duas tertias partes, vel ēt per integrā horam, cum vno, duobus, aut tribus ictibus funis, ſeu exquaſſationib. Et ad hanc (inquit) ſpeciem torturæ nunquam iudex debet deuenire, niſi indicia ſint vrgentia & bene probata. Et requiritur præterea quod reus ſit ſuſpectiſſimus, & quod habeat membra robuſta, & crimen ſit atrox, & ſcandaloſum: vt puta furtum alicuius magnæ rei, vel ſacræ, aut aliquod turpe ſacrilegium, ſiuē ſacrorū abuſus, aut homicidium graue, vel falſitas literarum Apoſtolicarum, & ſimilia. Quintus † & vltimus tortu- 263
ræ gradus eſt, quando reus in tortura ſuſpenſus pertinaciter negat, & torturam ipſam parui facere videtur; & iudex vltra ictus, & exquaſſationes dictas in præcedenti gradu, mandat in eius pedibus ligari compedes ferreos, vel aliud ſimile pondus.

dus. Et ad istud tormēti genus (quod quidem sæuissimum est) ex quo corpus dilaniatur, membra dissoluuntur, & quandoque à corpore euelluntur, ita vt rei torti vt plurimum magis mortem expetant, quam tam crudelem torturā sustinere: inquit quod iudices non solent deuenire, nec debent, nisi vltra requisita in præcedenti quarto torturæ gradu, crimina, & delicta non solum sint atrocia, verū atrocissima, vt puta Hæresis, læsæ Maiestatis, euersionis status, seu alicuius proditionis similis, vbi de patriæ seu multorum salute tractatur: ingētis assassini, siue enormissimi homicidij alicuius personæ sacræ, videlicet Cardinalis, seu alterius magni Principis, aut si sit crimen malefici, aut Mathematici: sicque monentur iudices communiter, vt hoc crudelissimo tormenti genere, haudquaquam passim, & indistinctè vtantur in alijs criminibus, prout faciunt quidam crudeles iudices, humanum sanguinem magis sitientes, quam iustitiam seruare cupientes, cum sit tale quod propter immensum eiusdem cruciatum, atque insupportabilem dolorem, nonnulli confiteri quādoque ea quæ nunquam fecere cogantur. Supradicta omnia, excepta sunt ex Farinac. loco vbi supra à dicto nu. 40. vsque 51. Et in sequenti n. 52-53. & 54. dicit, quod quamuis in iudicum arbitrio positus esse videatur, non solum modus torquendi reos, verūetiā † & tēpus: nihilominus tamen in modo, & in tempore iudex, non immoderatè, sed moderatè se habere debet, reūq; ita extorquere vt maneat saluus & illæsus, iuxta id quod habetur in l. Quæstionis modum, ff. de quæstionibus. In illis verbis: ita quæstionem habere oportet, vt seruus saluus sit innocentiæ, vel supplicio. Facit & text. in l. de minore §. tormenta ff. eod. tit. in illis verbis, sed vt moderationis temperamēta desiderant. Per quæ iura dicunt omnes DD. communiter, semper iudicem in tortura debere moderatè agere, & vti potius benignitate, & clementia quam atrocitate. Qua de re videatur etiam Ant. Gom. tom. 3. variar. c. 13. n. 5. vbi exclamat contra iudices seueros & crudeles, vanam & innanem gloriam affectantes, qui in torquendis reis moderatum excedunt modum: & ob hoc vt ad maiora officia in Republica promoueantur, noua tormentorum genera sæpe miseris reis imponunt, ex quibus vitam amittunt, membrum aliquod perdunt, aut ita remanent debilitati, quod (vt experientia docet) sæpissimè in perpetuum inutiles fiunt. Hæc Ant. Gom. vbi supra. Debēt igitur iudices semper hac in re in mitiorem partē inclinare; & in torquēdis reis potius conscientiam ad Deum habere velle, quam pompam, aut gloriam aliquā humanam aucupare. Licèt enim supradicta omnia relicta fuerint in ipsorum arbitrio (vt dictum est) id tamen intelligendum est de arbitrio discreto, & ratione regulato, non verò de indiscreto atq; immoderato. Ad quod propositum Farinac. vbi supra inquit, quod † vt 265
sciat iudex quomodo arbitrium suū debeat moderare, & per quantum tempus reos extorquere; quod non id facere debet, nisi ad summum per spacium vnius horæ, paulò minusve, etiam si sit in quarto torturæ inferendæ gradu. Et idem (inquit) est dicendum de quinto gradu. In secundo verò, & tertio leuiorem etiam dicit esse debere torturam intra prędictam horam, se conformando cum Bulla Pauli Tertij, de forma à iudicibus seruanda in causis incarceratorum, qua prohibetur esse in reorum tortura se detinere, per longum tēporis spatium, vnius aut plurium horarum. Et tādē concludendo dicit Farina. prędictus, q. quāis

DD.

DD.aliqui circa hoc potius considerauerint quantitates ictuum,qui pro quolibet indicio possunt dari; quam temporis spatium,in quo reus suspensus debeat detineri: id quod in Italia obseruari dicit in communi praxi, & quod rei pro quolibet indicio,& pro qualibet vice tribus affligũtur funis ictibus, nulla facta mentione per quantum temporis in tortura debeat detineri: veritas tamen est,quod tortura modus non tam debet regulari à quantitate ictuum ,quam à quantitate temporis, quo in tortura detinentur. Ad quod propositum alia plura dicit; quæ per tempus referre non licet, videantur ibidem.

Quarta Conclusio.

266 ETiam oportet aduertere iudices, quod † eiusmodi facultas torquendi reos, non omnibus concessa est, sed ijs tantum, qui merum habent imperium: neq; eã vti debent,etiãsi rei ipsi legitimè fuerint indiciati quando per eosdem indicia prædicta per alia contraria, seu probationes alias sufficienter fuerint euacuata. Hæc etiam conclusio communis est omnium DD resolutio,& de ea videndus est Farin.loco vbi supra à nu. 1e9. cum sequentibus vsq; in finem. Et quidem quantum ad primum satis constat ex tex in l. Imperium,ff. de iurisdict. omn. iudic. vbi habetur quod animaduertere in facinorosos & criminosos homines; non pertinet nisi ad iudicẽ meri Imperij iurisdictionem habentem, & in l.defensores, C. de defens. Ciuitat. etiam habetur, quod tortura ad merum pertinet Imperium: ex quo inferunt DD quod ipsum non habens,torturam non potest inferre, & contrarium faciens, non solum tenetur parti de actione iniuriarum, verumetiam & puniri potest, & debet, tanquam iurisdictionẽ exercens vbi illam non habet. Qua de re videatur Marsil.in l.penul.n.9. ff.de quæstionib.& Foller.in pract.crim.verb. & si confitebuntur in 3.p.tertiæ partis nu.79.vbi propterea infert, quod Locum.tenens potestatis, vel simplex assessor,non habet torquendi potestatem: quod crediderim esse verum de iure, & nisi aliunde id ipsum sibi fuerit concessum. Quantum verò attinet ad secundam conclusionis partem, et aliunde satis patet. Etenim si (vt prætoria dixi) delicti indicia vrgentia per alia innocentiæ contraria, seu per legitimas probationes sufficienter fuerint euacuata, iam tunc non habet locum tortura, nam sicut vna † præsumptio per aliã 267 tollitur, iuxta l. 1. minus & ibi glossa, verb. æstimatur ff. de in integr. restitut. & l. non solum, ff. de ritu nuptiarum, c. accedens de crimine falsi, ca. tuam & ibi glo. de sponsalib. & duabus concurrentibus præsumptionibus simul; videlicet delicti & innocentiæ, semper præferenda est prasũptio exclusiua delicti, vt tradit Bart. in l.non solum, §. sed probari, ff. de noui oper. nunciatione: ita pariter & propter identitatem rationis,indicia delicti torturam inferentia, tolluntur, & euacuantur per contraria innocentiæ indicia, etiam si sint paria, vel æqualia, vt tenet exp̃sè supradictus Bart.in l.1.§ 1.nu.2 ff. de quæstionibus: addendo, quod quando hinc inde sunt indicia pro reo, & contra reum, ad hoc vt ex indicijs cõtra reum existentibus deueniri possit ad torturam, illa esse debent multum magis vrgentia; ita vt superent indicia facienda ad excusationẽ ipsius rei. Qua de re videatur etiam Farin. vbi supra, vbi hoc ipsum probat multis Doctorum authoritatibus, sed præcipuè Masc. li. 3. de prob. concl. 1324.n. 9.& 10. & Menochij, lib. 1. de præsumptio. quæstio. 30. num. 4.

AR-

ARTICVLVS XVI.

De varijs tormentorum generibus quibus rei solent & possunt torqueri & alijs considerationibus, quas in id ipsum habere iudices oportet.

268 IN huius Articuli initio præmittere libet, quod iudices † ad torquendos reos non debent aliqua noua, inusitata, & exquisita tormentorum genera quærere, conari ve adinuenire: sed vti communibus, & quæ magis versantur in vsu: & contrarium facientes proculdubio iniquè agunt. Quo fit, vt si propterea ex nouo aliquo ab ipsis adinuento tormento, reo torto malum aliquod acciderit, moriatur, seu ei membrũ aliquod debilitetur, ex communi omnium resolutione iudex tenebitur de damno dato, prout expressè tenet Baldus in l. 1. in fine, numero 4 C. de emend. seru. Vbi contra iudices, qui tanquam canes, in tormentis vt confiteantur raorum membra
269 scindunt, inquit, quod si quis † reus in tormento de facto moriatur, iudex tanquam homicida decapitari debet. Quod etiam tenet Angel. in l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. Qua de re videatur Farinac. vbi supra à numero 55. cum sequentibus latissimè, vsque 59 vbi ad hoc propositum plura dicit, eaque notatu dignissima. Videatur etiam Ant. Gom. tomo 3. variar. cap. 13. num. 5. ad finem, & Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fi. q. 64. num. 36. & 37. vbi notanter dicit, quod iudices talia facientes, potius carnificibus, quam iudicibus veniunt comparandi, ac in Syndicatu possunt, & debent conueniri. Videatur etiam hac de re Paz in sua praxi to. 1. p. 5 c. 1. §. 10. à num. 60. cum sequentibus latissimè, vbi etiam dicit plura notatu dignissima ad hoc propositum. Quo sic præmisso, atque præsupposito, dico, quod tormenta magis vsitata, & seruata in communi praxi, licèt alij plura alia tormentorum genera referant: ad quatuor, vel quinque capita reducuntur, de quibus in particulari nonnihil in præsentiarum dicere libuit, ac breuiter explicare, qualiter eorum quodlibet exhibendum sit, quo iudices pre manibus habeant omnia suo officio, & ministerio necessaria, & sciant hisce in rebus quomodo sese debeant habere, quod fiet de quolibet prædictorum tormento peculiarem conclusionem afferendo.

Prima Conclusio.

INter omnia † tormentorum genera, magis approbatum & quod magis est in vsu est tormentum funis, seu quod vulgò dicitur *de la cuerda*, apud nos dicitur de garrucha. Hæc conclusio est expressa Farinacij loco vbi supra à nu. 60. cum sequentibus vsque *66.* vbi dicit eiusmodi tormentum, esse approbatum à iure communi, in l nullus, C. ad l. Iul. maiest. in illis verbis fidicularũ tormenta: vbi glossa & Salicetus dicunt hoc idem, & Brunus in tractatu de indicijs, & tortura 2. p. quæst. 2. num. *6.* vers. quidam vtuntur chorda: inquit, quod nullum est tribunal, nullum prætorium, quod non habeat ex publico, pro torquendis reis hoc chordæ instrumentum. Idẽ dicit Marsil. in l. 1. in principio, num. 76 ff. de quæstio. vers. quidam verò vtuntur chorda. Idem etiam dicit Foller. in pract. verb. rei indurati torquantur num. *9.* vbi ait, quod tortura chordæ est magis in vsu, & frequentior, quam alia tormenta, & quod ea quæ subtilior est, maiorem dolorem infert, quam grossa. De quo funis tormento, quod iura fidiculam appellant; mentionẽ etiam facit Imperator, in l. Decuriones. & 270

ibi

ibi glossa verb. fidiculæ, C. de quæstioni. & de eo, qui plura videre voluerit consulat Farinacium vbi supra, quo loco mentionem facit, de varijs modis exequendi, seu quibus exequi potest eiusmodi chordæ tormentum. Sed breuitati & iudicum commoditati studendo, vt præ manibus ipsi habeant quomodo inferri debeat, & qualiter eiusdem sententia ab eisdem iudicibus sit pronuncianda, & practicanda ex praxi Doctoris Paz tom. 1. p. 5. ca. 3. §. 12. numero 70. hic illam transcribere libuit.

Sentencia de tormento de garrucha.

271 *Visto † este processo, &c.*
Fallo atentos los indicios que del resultan contra el dicho N. que le deuo de condenar, y condeno a question de tormento, y atento que el delicto es graue y atroz, y el dicho N. es hombre fuerte y robusto, mando le sea dado y executado en esta manera: que de la techumbre mas alta de la carcel donde esta presso, sea puesta y colgada vna gruessa soga de cañamo, o esparto doblada por medio, que este asida a vna polea y viga de la dicha techumbre, de manera que pueda correr, y el dicho N sea atado por las muñecas de los braços, que bueluan a las espaldas y assi atado desta forma, sean atados los pies ambos juntos, y de las gargantas de ellos sean puestas y colgadas cien libras de hierro, o piedra, poco mas o menos: y assi puesto y atado tiren fuertemente por la dicha soga, de manera que leuanten al suso dicho de la tierra vn estado de hombre, poco mas o menos, y leuantado estando assi colgado con el peso de dicho hierro, le pregunten si es verdad de lo que es acusado, y sea tornado a baxar negando, de manera que no assienten las pesas en el suelo, y assi este colgado todo tirado los braços por las espaldas, atados los pies como esta dicho, y le sean dadas doze estropadas, mas o menos, de la manera suso dicha. Y reseruo en mi otra qualquiera forma de tormẽto, para se lo dar en su tiempo y lugar, que dando y su fuerça las probanças deste pleyto y assi lo pronuncio, y mando en estos escriptos y por ellos.

Secunda Conclusio.

SEcundum † tormenti genus est, 272 quod apud nos Hispanos communiter dicitur, *de agua y de cordeles*, cuius praxis, & exequendi forma, etiam extracta ex supradicto Doctore Paz loco vbi supra nu. 69. est in modum qui sequitur.

Sentencia del tormento † de agua y de cordeles. 273

Visto este processo. &c.
Fallo atentos los indicios que del resultan contra el dicho N que le deuo de condenar y condeno a question de tormento de agua, toca, cordel, y garrote, el qual le sea dado en esta forma. Que sea puesto y atado de pies y manos en el potro del tormento, y le sean dados en cada pierna dos garrotes, vno en el musto, y otro en la caña de la pierna, de la rodilla abaxo y otros dos garrotes en cada braço, el vno en el morcillo del braço y el otro del codo abaxo, por manera que sean ocho garrotes. Y le sean echados siete quartillos de agua por la boca sobre vna toca delgada, la qual este metida parte della en la boca, de suerte que la agua pueda entrar en la boca. Y reseruo en mi otra qualquier manera de tormento, que mas necessaria sea de le dar en su tiempo y lugar, quedando en su fuerza y vigor las probanzas è indicios deste processo, assi lo pronuncio y mando por esta mi sentencia.

Ter-

Tertia Conclusio.

274 TErtium † tormenti genus est, *del ladrillo y sueño* apud nos Hispanos communiter nuncupatum, cuius etiam praxis & exequendi forma extracta ex supradicto Doctore Paz loco vbi supra, est in modum qui sequitur.

275 Sentencia † del tomento del ladrillo y sueño, al estilo Español.

En tal lugar a tantos dias de tal mes y de tal año, estando en la carcel publica de el; el dicho Señor N. ante mi el dicho escriuano y testigos, dixo que por quãto el auia reseruado en si en la sentẽcia de tormento de garrucha que auia dado al dicho N. de lo reiterar y darle otros mas en su tiempo y lugar, que vsando de lo suso dicho, de mas y allende que auian parecido nueuos indicios que eran indubitados, que atento que el dicho N. no auia dicho ni confessado nada, que mandaua y mando le fuesse dado otro tormento. El qual le fuesse dado en esta forma, Que en la carcel donde esta preso de vna viga de ella, sea atada vna soga con la qual sean atados ambos braços, enhiesto el cuerpo arriba, los braços puestos a las espaldas y atado a la dicha viga, y tenga los pies juntos descalços en cima de vn ladrillo frio, y este desta manera veynte y quatro horas, y le esten guardando de manera que no le dexen dormir. Y otro si dixo el dicho N que mandaua y mando, que passadas las dichas veynte y quatro horas se le diesse fuego con el dicho ladrillo algo encendido al dicho N. por las plantas de los pies. Y dixo que reseruaua y reseruo la forma de dar el dicho tormento, y otra qualquier forma que mas necessario sea, quedando en su fuerça y vigor las prouanças de sta causa, y assi lo pronunciaua y pronuncio.

Prædictum vigiliæ † tormentum, alio modo (vt dicitur) in Italia inferri solet, de quo videatur Farinac. vbi supra num. 70. & 71. vbi & eiusdem Marsilium credit fuisse inuentorem, ipsumque inferendi duos constituit modos, qui & ibidem videri poterunt. Sed meo quidem videri, longè melior multo est, quem refert Paz in prædicta sua praxi loco vbi sup. nu: 72. cuius verba Hispano sermone cõscripta hic inde libuit trãscribere. 276

El tormento del sueño que se acostumbra a la vsança de Italia, es muy mejor y por muy mejor estilo que el Español, y es ansi. Que tiene hecho la justicia cierto ingenio a manera de vn relox de arena de estatura de vn hombre poco mas, que tiene nueue o diez vergicas, todo redondo, y por todo el sembrados muchos clauos, las puntas para dentro, del largo de vn geme, y las puntas muy agudas, y al que han de atormentar le desnudan en carnes, saluo vnos paños menores, y le meten dentro del dicho tormento, el qual es tan angosto que no cabe mas de solo el atormentado, y viene tan justo con las puntas de los clauos que tocan con las carnes algun tanto, y tiene atadas las mano atras, y son tantos los clauos que el artificio tiene, que puede auer de vno a otro quatro o cinco dedos, y desta manera le tienen alli metido el tiempo que al juez le parece, y como esta en pie que no se puede sentar, ni arrimar de vna parte a otra sin meterse los clauos por el querpo, el juez le esta preguntando de rato en rato si quiere dezir verdad, y en ninguna manera puede dormir, sino antes da vozes y gritos, porque es tormento brauo y muy cruel.

Quarta conclusio.

QVartum † tormenti genus est, vulgo dictum *de las tablillas*, cuius etiam mentionem facit Paz vbi supra nu. 73. & vt 277

præ manibus etiam eius praxis & forma habeatur hic illud transcribe re libuit,& sunt eius quæ sequuntur verba.

Del tormento de las tablillas.

El tormento de las tablillas que los jueces dan raras vezes, es desta manera. Et a la manera del tormento de agua y de cordeles. Por que pone el juez al que ha de ser atormentado en el potro del tormento, y auiendole dado los garrotes que mando por su sentencia, si no confiessa el delito, toma quatro tablillas pequeñas, quadradas, del tamaño de vn palmo cada vna poco mas o menos, en las quales ay cinco agugeros que passan de vna parte a otra, tan angostos que no cabe en cada vno mas de vn dedo por los quales agugeros meten los dedos de las manos y pies del que ha de ser tormentado. Y para darle grande dolor entre cada dedo y agugeros de pies y manos meten vna cuña, la qual van apretando poco a poco con vn martillo dando a cada vno de por si, y es tan grande y brauo este tormento, que se le ponen al atormentado los dedos tan delgados, y que dan tan desemejados que no parecen dedos. El qual dolor es tan penetratiuo, que raras vezes los juezes acaban de apretar las cuñas, porque algunos de los reos desmayan, y otros luego confiessan el delito.

Supradicta tormentorum genera, dicit prædictus Paz esse extracta à Monterroso in sua practica tract. 4.fol. 50. pag.2. & tract 8.fol. 231. pag.1.cum 6.sequentibus.

Quinta Conclusio.

278 PRæter quatuor † prædicta tormentorum genera sunt & alia inferioris momenti, de quibus mentionem facit Farinac. vbi supra nu.67.68.& 69 quorum primũ (inquit) dicitur stanghettæ, seu vt alij nominant taxillorum. Secundum vero Sibillorum, & eorum mentionem facit Brunus in tract.de indicijs & tortura 2.p.quæst.2 num. 6. vers. qiidam ponunt taxillum, & versic. quidam torquent immittendo virgas,& Marsil in l.1.in principio, ff. de quæstionibus,nu. 76. vers. aliqui vero vtuntur quodam taxillo,& versic. quidam alij torquent. Sed dicit Farinacius supradictus, quod his duobus tormentorum generibus, iudices non vtuntur, nisi in subsidium, vtpote quando tortura, vel ob senectutem, aut ob aliud corporis impedimentum inferri non potest, vel cum pueris & mulieribus, seu in leuibus delictis Nam propterea (experientia edocente) pauci, aut nulli sũt, qui confessi fuerint sua delicta Quibus & alij addunt ignis tormentum, quo iudices olim retroactis tẽporibus vti solebant in atrocissimis delictis, cuius tormenti mentionẽ et facit Iul.Clar.li.5.sent.§.fi. q.64.nu. 36.vers.item debet iudex,in fine:sed de illo loquitur longè alio diuerso modo. Neque enim eo vtendum esse dicit in atrocissimis delictis, sed tantum quando rei propter debilitatem, vel propter aliam causam, fune non possunt torqueri, tunc (inquit) igne ad plantas pedum apposito solent torqueri. Simancas etiam lib de cathol. instit.tit.65.nu.45. alterius tormenti mentionem facit loquendo de minoribus 14. annis, inquit enim, quod quamuis & ipsi nõ possint torqueri, possunt tamen terreri, & auena, seu ferula cædi. Et hæc sunt ea tormentorum genera, quæ ad manus meas hucusque peruenerunt, & qui plura videre desiderat consulat Brunum, & Marsilium locis superius citatis, necnon & Hipp lytum in l.1 num. 27.ff. de quæstionib. & aliqua enumerantur in l.1 tit.30.p.7. Sed quia multoties in torturæ sententia iudices non explicant tormenti genus, nec

nec ipsius quantitatem, & modum, sed simpliciter reum ad quæstionem tormenti condemnant, sibi ipsius reseruando genus, & quantitatem, vt qualiter eiusmodi sententia proferri & pronunciari debeat, hic etiam hoc apponere libuit, ex supradicto Doctore Paz loco vbi supra, nu. 74. cũ sequentibus, cuius sunt quæ sequuntur verba.

Sentencia del tormento sin declarar el genero del.

Visto este processo, &c.
Fallo que deuo condenar y condeno à question de tormento à N. el qual se el de en la forma y manera que à mi bien visto fuere reseruãdo en mi el generodel tormento, la cantidad del, y forma en que se le ha de dar, y assi lo pronuncio, y mando por esta mi sentencia, &c. Qua (inquit) tormenti sententiam proferendi forma, frequentius vtuntur iudices, vulgo dicti *pesquisidores*, quam ordinarij: ordinarij enim communiter vtuntur primo, & secũdo tormentorum genere ex supra relatis, non verò alijs. Qua lata torturę † sententia intimanda ipsi reo est, & eius curatori (si fuerint minor) qui si grauatum se senserit appellare ab ea poterit, cum contineat grauamen per sententiam diffinitiuam irreparabile (vt diximus supra) & ipsius appellationi est deferendum, dummodo non manifestè, & euidenter cõstet eam esse friuolam, siue calumniosam. Nec prius erit torturæ sententia exequenda, quam à superiore iudice fuerit confirmata, seu appellatio prædicta, tanquam friuola siue calumniosa reiecta.

Sexta Conclusio.

IN executione † sententiæ torturæ prædictæ si reus eidem consenserit, aut ipsius appellatio tanquam friuola, & calumniosa fuerit reiecta, seu à superiore confirmata, iudices reum duci ad locum torturæ destinatum præcipere debent, ad hoc vt tormentum prædictum sibi inferatur, coram se tantum, tabellione, & tortore, nec vllo modo permittere debent procuratorem, aduocatum, seu alias personas præsentes adesse, nisi forsan reus torquendus fuerit minor: licèt enim apud alias nationes delinquentes publicè torqueantur, id quod & esse videtur de iure communi, vt dicit Iulius Clarus lib. 5. sentẽt. § fin. quęst. 64. nu. 34. sed contrariũ seruatur de cõsuetudine totius mundi vt idẽ ipse dicit. Saltim hoc certum est, quod in hoc regno nostro non est consuetudine positum, reos torqueri, nisi in loco secreto, id quod & determinatum habetur iure regio, in l. 3. tit. 30. part. 7. Qua de re videatur Simancas de cathol. instit. tit. 65. nu. 55. & Paz in sua praxi, tomo 1. p. 5. numero 83. & 84. cũ sequentibus, vbi etiã aduertit, quod si pro eodem † crimine plures simul rei veniant torquendi, incipiendum primo est ab illo, qui iam semel eiusmodi delictum commisit: quod probat multorum Doctorum auctoritatibus. Quod si inter illos nullus fuerit, qui eiusmodi crimen commiserit, aut si fuerit, post eum incipiendum est à minore in ætate, vel à creato in delicijs, quia ab eo citius veritas eruenda speratur, iuxta text. in l. 1. §. 1. & in l. vnius, ff. de quæstionib. & lege Regia habetur id ipsum in l. 5. tit. 30. part. 7. Quod si pater, & filius simul torquẽdi veniant, incipiẽdum prius à filio est: q̃a pater torquetur in

280 [beside first line of Sexta Conclusio]

281 [beside "aduertit, quod si pro eodem † cri-"]

filio, iuxta textum in l. isti quidem, ff. quod metus causa, & in §. finali in stit. de noxalib. actio. Et eodem modo, & propter similem rationem, fœmina prius erit torquēda, quam vir, vt dixit Gandinus tractatu de quęst. col. 2. cuius sententiā probat Couar. contra Hippolytum in l. 4. decretal. part. 2. cap. 3. §. 4. num. 10. & 11. & Gregor. Lopez in l. 5. tit. 30. p. 7. in glossa 2. Quibus deficientibus incipiendum erit à magis suspecto, secundum Bart. & Hippolyt. in l. 1. ff. de quæstionib. & Gregorium Lupum vbi supra. Quæ supradicta omnia tenet etiam Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 64. num 29. vers. quæro si plures sint torquendi, à quo sit incipiendum? & aduerto, quod quando

282 plures sunt torquendi, quilibet † seorsum, & separatim ab alio torqueri debet, ne alterius dicta possit perpendere, & vnius cuiusque dictum à tabellione in scriptis redigendum est, eisdem verbis, & eadem forma, qua tortus illud dixit, non in aliquo immutando: iuxta textum in l. Regia 30. tit. 30. p. 7. vbi hoc ipsum expresse præcipitur. Aduerto præterea, quod priusquam reo tortura in-

283 feratur, † iudex debet prouidere ne aliquod eo die per 10. horas ante torturam comederit aut biberit, quod aduertit supradictus Iul. Clar. loco vbi supra, num. 30. vers. decreta tortura, & etiam Farinacius loco etiam vbi supra, num. 32. id confirmando multis Doctorum auctoritatibus, & ita dicunt obseruari in communi praxi. Cuius rationem reddunt, vt ne scilicet reum torquendo vertatur stomacus, & vomendo patiatur, neque examinari possit: quamuis Farinacius credat sufficere expectare per octo horas, aut quinque vel sex, cum eo tempore (vt dicitur) iam sit perfectè facta digestio, & stomacus requirat alium pastum. Circa tempus

284 † inferendæ torturæ, & an inferri possit die feriato, Iul. Clar. vbi supra, numero 34. vers. quæro, dubium excitat, & respondet, quod in criminibus atrocioribus procedi potest ad torturam diebus feriatis, etiam paschalibus: in minoribus autem delictis non: quod colligi videtur ex textu in l. nemo, C. de Episcopali audientia. Sed de mente Bruni tract. de indicijs & tortura, fol. 121. num. 52. dicitur, quod consuetudo male seruat hoc, ipse autem inquit à iudicibus Deum timentibus semper obseruari vidisse, vt nisi in delictis capitalibus, in diebus feriatis in honorem Dei rei non torquerentur, & laudat valde eiusmodi consuetudinem, desiderādo vt obseruetur.

Septima Conclusio.

IVdex postquam † reus ductus fuerit ad torturæ locum, benignè eundem admonere debet veritatem vt simpliciter confiteatur, nec vel partinaciter negando tam dura tormenta pati, qualia parata esse videt: quod iure Regio præcipitur in l. 3. tit. 30. part. 7. alioquin protestari debet, quod si in tortura defecerit, vitam amiserit, vel sustinuerit fracturam brachij, cruris, seu corporis læsionem aliquam, quod iudici non imputetur, sed ipsi reo, qui priusquā torqueatur, non vult planissimè veritatem dicere. Quod omne iudex facere debet à tabellione redigi in scriptis, vt resoluit Anto Gom. to. 3. variarum, cap. 13. numero 6. & Simanca de cathol. instit. tit. 65. numero 56. Etsi reus absque tortura veritatem noluerit fateri, tunc quæstio eidem erit infligēda, in qua iudex cautè eundem debet interrogare tantum in generali, an sciat quis hoc vel illud delictum fecerit? non autem in particulari, an ipse illud fecerit, vel an sciat, quod Petrus, vel Paulus illud commiserit? Sic enim facilè aperiretur via mendacijs, & reus,

quo

quo à tormentis se eximeret, confiteretur id quod à dex ipse audire vellet, iuxta textum in l. 1. §. qui quęstionem, ff. de quęstionib. quod summopere aduertit ibi Bartolus & Hippolitus, & Gregorius Lopez in l. 3. tit. 30 par. 7. verb. en esta manera, & omnia quæ reus dixerit, à tabellione in scriptis sunt redigenda, & ab ipso iudice subscribenda, & etiam à reo (si sciat scribere) & totus tormenti discursus prout re ipsa fuerit exhibitum à tabellione debet describi, videri, vt possit, an iudex in reo torquendo modum excesserit. Et vt præ manibus habeatur sententiæ executio qualiter facienda sit, Hispano sermone conceptam ex supradicto Doctore Paz loco vbi supra, numero 93. hic illam libuit transcribere.

286 Execucion † de la sentencia del tormento.

En tal lugar, à tantos dias de tal mes y de tal año, el Señor N. estando dentro de la carcel publica del hizo parecer ante si à N. acusado preso en ella, y le dixo que el queria executar en el la sentencia de tormento contra el dada que sin que le diesse tormento le rogaba dexesse la verdad, como auia passado tal o tal cosa, que lo declarase todo, que el le prometia se auria bien con el, y no le haria sin justicia: y el dicho N. dixo que no sabia nada, mas de lo que tenia dicho, y declarado en su confession. Y luego el dicho Señor N. le mando meter donde estaua el potro del tormento, y le dixo: veys aqui hermano el potro, dezid verdad, sino assentad escriuano, que le requiero vna, dos, y tres y mas vezes que diga la verdad, dōde no que protesto, que si alguna pierna o braco se le quebrantare, o algun ojo se le saltare, o lesion de algun miembro le viniere, o muriere en el tormento, sea a su culpa y cargo, y no a la mia. A los quales dichos requerimientos el dicho N. siempre respondio y dixo, que no sabia nada. Y visto por el dicho N. que no queria dezir ni confessar nada le mando desnudar en carnes, excepto vnos paños menores, cō que quedassen tapadas sus verguencas, y assi desnudo le mando poner y atar en el dicho potro, y le mando echar los garrotes en su sentencia contenidos, y mando al verdugo los apretasse, y assi apretados preguto al dicho N. si sabia quien vuiesse cometido aquel delicto, que lo dixesse y declarasse: que le haria quitar del potro. Y el dicho N. dixo, &c.

Si el reo confessare o negare el delicto, el escriuano lo ha de assentar aqui, y la forma y manera que el juez tuuo en darle el dicho tormento. los quartillos de agua que le echaron, y quātos garrotes le dieron, y como le pusieron la toca en la boca, conforme a la sentencia del tormento. Y si confesso el delicto, y vuiera otros delinquētes, que en sus confessiones lo negare, ha de procurar el juez carear los con el atormentado que confesso y el escriuano lo ha de assentar en el processo, despues de auerse dado el tormento al que confesso, y auer firmado el juez la dicha confession, y el escriuano dado fe de la execucion del dicho tormento y de lo que en el passo, diziendo de la manera que se sigue.

En que manera se ha de carear el reo atormentado con los de mas delinquentes.

Y luego incontinente el dicho Señor N. hizo parecer ante si a N. preso en la dicha carcel compañero del dicho N. atormentado, y le dixo: ya sabeys como estays condenado a tormento, y que no puedo dexar de daroslo por tanto dezid la verdad.

El qual o niega o confiessa: y lo que dixere ha de assentar el escriuano, y si negare, el juez le ha de dezir como su compañero confesso el delicto, por tanto que el diga la verdad, donde no que le dara tormento. Y si no quisiere confessar, enten-

entonces el juez ha de dezir que atento que no quiere confessar el delicto para mayor averiguacion de la verdad hazia y hizo parecer ante si al dicho N. atormentado: y ha de mandar al escrivano que en presentia del dicho su compañero le lea la confession que hizo en el tormento. Y le yda, si el dicho compañero dixere, que no es verdad lo que el atormentado confesso si el dicho atormentado dixere que es verdad, y para que lo niega: entonces el juez viendo que no quiere confessar la verdad, hazelo desnudar y poner en el potro, y hazele dar tormento, segun y de la manera que al otro se dio. Y lo que cõfessare y todo lo que passare en el dicho tormento el escrivano lo ha de assentar en el processo, y el juez lo ha de firmar de su nombre, y el escrivano ha de dar fe de todo ello, segun y de la forma que se dio el dicho tormento, y lo que en ello passo, para que el juez no pueda exceder el modo de dar el tormento, ni del tenor de la sententia que del tormento dio. Y si los atormentados confessaren el delicto en el tormento o qualquiera dellos, es necessario (como arriba diximos) se ratifiquen en su confession: la qual ratificacion se ha da hazer por lo menos passados veynte y quatro horas, y si el atormentado es menor de veynte y cinco años, hase de hallar presente su curador, a ver hazer la dicha ratificacion.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum reorum confessio in tortura emanata, absque procedentibus legitimis indicijs, vel etiam cum ipsis, metu tamen tormentorum extorta, ad condemnandum eosdem valeat, absque eo quod de nouo ratificetur?

Prima Conclusio.

REORVM † confessio in tortura emanata, absque legitimis præcedentibus indicijs, nulla est, ac nullius prorsus momenti, etiam si millies sponte ratificetur. 287
Hæc conclusio est expressa Farinac. in 2. tomo, tract. de indicijs, & tortura, q. 37. num. 110. & 3. tomo, tractat. de reo confesso, & conuicto quæst. 81. cap. 1. à numero 1. cum sequentibus, quam & probat per text. in l. 1. §. D. Seuerus, ff. de quæstionibus, & gloss. in l. penult. incipit quæstionis habendæ, ff. eodem tit. quam glossam sequitur ibi Bartol. & omnes communiter DD. prout testatur Foller. in sua practic. crimin. verb. & si confitebuntur in 3. p. tertiæ partis princip. numero 1. Qua de re videantur DD. citati per supradictum Farinacium, sed maximè Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 13. num. 25. versic. item quæro, & Mascard. libro 1. de probatio. conclusio. 353. numero 1. & lib. 3. conclusio. 1385. Et procedit supra dicta conclusio, quam Farinacius prædictus ponit pro generali regula, etiamsi reorum confessio prædicta sit iurata, & emanata coram iudice in procedẽdo liberum, & absolutum arbitrium habente. Et addit quod semel extorta absque præcedentibus legitimis indicijs, non conualidabitur per indicia aliqua superuenientia, quæ omnia probat multis Doctorũ auctoritatibus: & procedere

288 cedere † etiam dicit conclusionem prædictam in crimine læsæ maiestatis, alijsque exceptis & atrocissimis delictis, nec nocere eiusmodi confessionem ipsi confitenti, neque alijs per eundem nominatis, etiamsi semel & iterum: quin verò & millies fuerit ratificata, & geminata, aut ex ea posse aliquid sequi quod iure sit validum; sed omnia inde secuta sunt prorsus nulla atque inualida, cum tamen fuerit in tortura extorta, & emanata absque legitimis præcedentibus indicijs. Multa alia ad hoc propositum dicit Farinac. prædictus, in dicta q. 83. à dicto num. 1. vsque 31. quæ omnia cum per tempus referre non liceat, lectorem remitto vt videnatur ibidem.

Secunda Conclusio.

289 REorum † etiam confessio, non in tortura emanata, metu tamen tormentorum extorta, est etiam nulla ac nullius prorsus momenti. Hæc conclusio est supradicti Farinacij in dicta quæst. 83. cap. 2. à num. 32. cum sequentib. quam & probat, quia confessio metu tormentorum facta, æquiparatur confessioni factæ in tormentis: quo fit vt nulla sit ac nullius prorsus momẽti, nec confitenti noceat: quemadmodum & facta si nõ eam legitima præcesserint indicia, per text. in l. 1. §. si quis vltro, ibi, non nunquam etiam aut metu, ff. de quæstionib. Facit & text. in l. 2. C. quorum appell. non recip. ibi aut formidine tormentorum territus aliquid dixerit, & ibi glossa, verbo aliquid, quod etiam tenet Bart. in l. 1 num. 10. C. de confessis, & plures DD. citati per Farina. vbi supra. Qua de re videatur Feller. in sua pract. crim. verb. etsi confitebuntur, p. 3. num. 115. & Ant. Go tom. 3. variar. cap. 13. numero 4. ibi, sed in contrarium facit, quia de iure paria sunt actualis tortura, & terror siue comminatio eius, quando est propinqua actui, & Mascard. libro 1. de probat. concl. 353. num. 14. & lib. 2. conclusio. 1102. num. 11. Et cõclusionẽ prædictam ampliando dicit Farina. prædictus loco vbi supra, quod quando reorum confessionem non legitima præcedunt indicia, potius præsumitur metu tormentorum facta, quam sponte: quidquid alij dicant. Et addit id ipsum præsumi de confessione † facta per metum (licet non desint contrarium qui dicant) quod quã maximè verum habet in confessione facta per carceratum in carcere atroci in quo pateretur, & excruciaretur grauiter, ita anima & corpore, patiẽdo famem, & frigus, & alia similia tormenta & incommoda: vt enim dicunt DD. reis in carceribus existentibus, alimenta & sibi necessaria denegare, necdum extorquere est, verum etiam & necare: iuxt. l. vel necare ff. de liberis agnoscendis, & glossa in l. item apud Labeonem, §. quæstionis, verb. Græci dicunt, ff. de iniurijs, & idem esse dicit, de confessione illius, qui examinatus fatetur apud tormenta vel in loco tormentorum: nam per simplicem conductionem ad locum tormenti, confessio dicitur metu facta, etiamsi reus manibus non sit retro ligatus, vt tenent multi grauissimi DD licet non etiam desint alij contrarium qui dicant. Multa ad hoc propositum dicit prædictus Farinacius, ad explicandũ quænam reorum confessio dici debeat metu tormentorum facta: sed prædicta sufficiãt, reliqua videantur ibidẽ, & limitationes quas ponit, quæ nullius aut parui esse videntur momenti: ac propterea firmiter standum est dictis in prædicta nostra concl. 290

Tertia Conclusio.

91 REorum † confessio in tortura emanata, etiam præcedentibus legitimis indicijs, non ad eosdem condemnandos sufficit, nisi postea de nouo sponte fuerit ratificata. Hæc etiam conclusio est Farinacij supradicti loco vbi supra a nu. 67 cum seqq. quam & probat per Glossam in l. 2. verb. aliquid, C. quorum appellat. non recip. & glossam in lege seruos, C. ad l. Iul. de vi publ. Probat etiam eam multis adductis Doctorum auctoritatibus, sed videatur specialiter hac de re Anton. Gomez, to. 3. variarum cap. 13. num. 24. vers. itē quæro, vbi hanc esse dicit sententiā, & opinionem communem. Quod etiam dicit Iul. Clar. lib. 5. sententiarum, §. fin. quæst. 54. num. 40. vers. ceterum. Facit etiam pro hac conclusione l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæstionibus, & l. 2. C. de custodia reorum cum glossa, & cap. 1. 15. quæst. 6. & de iure Regio habetur id ipsum in l. 7. tit. 29. part. 7. Qua de re videatur etiam Simanc. de catho. institut. tit. 65. num. 67. & Paz in sua praxi 1. tom. par. 5. ca. 3. §. 12. num. 13 & 24. Et ratio suprapositæ conclusionis est, quia vt habetur in l. 1. §. questionis ff. de questionib. tortura est se ipsa res fragilis, & periculosa nimis est cum nonnulli patientia siue duritia sua ita tormenta contemnant, vt veritas ab eis exprimi nullo modo possit, alii verò è contra adeo impatientes sint, vt in quoduis potius velint mentiri quam tormenta pati. Quod & experientia ipsa edocente sæpissimè compertum factum est: visiq; sunt quam plurimi qui ex intolerabili torturæ cruciatu, & tormentorum desperatione, confessi sunt ea fecisse, quæ necdum mente cogitarunt. Qua quidem ratione conueniūt omnes communiter DD. quod reorum confessio in tortura emanata, seu metu tormentorum extorta, vtcunque facta legitimis præcedentibus indicijs, non nocet aut præiudicarè potest ipsis, nisi postea sponte & libere ab eisdem fuerit ratificata. De modo, quo eiusmodi ratificatio facienda est, videatur Paz loco vbi supra nu. 94 cuius sunt, quæ sequuntur verba.

De la ratification del tormento.

Despues † de lo susodicho, en tal lugar a tantos dias de tal mes, y de tal años, el dicho Señor juez estando en la carcel publica hizo parecer ante si a N. preso en ella (y siendo menor ha de dezir) y hyzo llamar a N. su curador y estando presentes, mando a mi el dicho escriuano leyesse la confession del dicho N. de verbo ad verbum. Y auiendosela leydo, y el dicho N. y su curador entendidola, el dicho Señor juez le dixo: es verdad esto que dixistes en el tormento, passo assi? 192

Si el dicho N. atormentado respondiere que si, y que assi passo como se lo ha leydo el juez le ha de dezir: afirmaysos y ratificayslos en ello, y bolueyslo à dezir de nueuo? el dicho N. ha de dezir: si Señor, que me afirmo y ratifico en ello, y necessario siendo lo bueluo à dezir de nueuo.

Circa quam ratificationem † aduertendum est, eam esse necessariò faciēdam, etiam si reus extraiudicium prius confessus fuisset de delictū, quidquid nonnulli in contrarium dicant, sicuti gl. fin. in l. capite quinto, ff ad l. Iul. de adul. nā ipsorū opinio optimè refutatur ab Anto. Gomez loco vbi supra, numero 8. & displicet multis quos refert Paz loco etiam vbi supra num. 26. qua de re videatur etiam Farinacius loco vbi supra, numero 80. & 81. Et facienda est † ratificatio prædicta extra tormenti locum, 193 194

vt

vt dicunt Doctores supradicti omnes, ne forte præ timore reus confiteatur quod non fecit, & non statim sed post spatium vnius diei naturalis 24. horarum: quin verò inquisitores id ipsum in tertium vsque diem differre solent, vt dicit Simancas loco vbi supra, num. 71. vt non tormentorum dolor, vehemensque animi perturbatio adhuc duret: nã videri posset eiusmodi ratificatio, non quidem spontanea (vt de iure requiritur) quin verò etiam metu tormentorum facta, & subscribenda est à iudice & ab ipso reo, & si fuerit minor etiam à curatore ipso: de qua tabellio fidem facere debet, testes apponendo qui eidem ratificationi præsentes fuerint: licèt enim quando reis præstatur tormentum testes non necessariò esse debeant præsentes, neque id facere conueniat: in ratificatione tamen eo iure non est ita: quin verò præsentes esse debent, & tabellio illos debet apponere, vt expressè dicit Paz loco supra citato, num. 94.

ARTICVLVS XVIII.

Vtrùm tortura reis iterari possit, aut debeat?

Prima Conclusio.

295 SI reus prima † vice nõ fuit sufficienter tortus, & in ea delictum negauerit, iterum potest, & debet torqueri. Hæc conclusio habetur expressa in l. repeti. ff. de quæstionibus, & est communior Doctorum resolutio (quidquid nonnulli in contrarium dicant) de qua videatur Paz in praxi 1. tom. part. 5. cap. 3. §. 12. à num. 13. cum sequentibus, quam probat ex Balbo, alijsque DD. Iurisperitis: quin verò addit, quod etiam si reus prima vice fuerit sufficienter tortus, iterum potest torqueri, si indicia, ex quibus fuit tortus, fuerunt grauissima, & vrgentissima, quod probat de mente, & sententia Bart. in l. vnius, vers. 1. ff. de quæstionib. & Saliceti in l. 2. C. de custod. reo. & Greg. Lop. in l. 4. tit. 30. p. 7. verb. *otra vez*, *& verb. si perseuerare negasse*. Qua de re videatur etiam Ant. Gom. tom. 3. variar. cap. 13. num. 26. vers. item quæro, & Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quæst. 64. num. 46. vers. vltimo videndum, & Farinacius in tractatu de indicijs, & tortura, quæst. 38. à num. 72. cum sequentibus latissimè, licèt circa hoc perplexè aliquantulum loquatur. Et addit supradictus Paz loco vbi supra, à num. 16. cum sequentibus, quod si post primam torturam contra reum noua aliqua superuenerint indicia, etiamsi prima non fuerint vrgentissima, & grauissima (vt dictum est) iterum poterit similiter torqueri: quod probat per tex. in supradicta l. vnius, versic. 1. ff. de quæstionib quod etiam tenet ibi Barr. & Salicet. & Anton. Gom. & Greg. Lop. vbi supra, & Menoch. lib. 2. de arbitrar. centur. 3. casu 272. & id ipsum † inquit fieri potest quando reus in tortura confessus fuerit delictum, & postea ductus ad se ratificandum negauerit illud, dicens se fuisse confessum propter tormentorum dolorem: in tali enim casu iterum potest torqueri, vt dicit etiam Barr. in dicta l. vnius, vers. 1. ff de quæstionib. & Bald. in l. in bonæ fidei, C. de rebus credit. col. 2. in fine, & Hippolytus, in l. repeti, ff. de quæstionib. nu. 11. & lege Regia probatur id ipsum in l. 4 titulo 30. part. 7. 296

Sed an reus † in aliquo speciali casu tertiò possit & debeat torqueri, magna est lis, & controuersia inter DD. Iurisperitos. De qua videatur Simanc. de cathol. institut. titulo 65. num. 76. cum sequentib. & Paz vbi supra, à num. 18. cum sequentibus, & Fa- 297

& Farinacius loco vbi supra, quæst. 38. à num. 96. cum seq. Et quidem Simanc. in eam sententiam inclinare videtur, quod reus pro vno, & eodem delicto, non plusquam semel, & iterum possit, & debeat torqueri, nec placere sibi dicit opinionem eorum, qui dicunt in aliquibus casibus reos etiam tertiò esse torquendos, quia nec lege aliqua, neque probabili ratione fulcitur. Sic enim (inquit) tormenta nunquam finem essent habitura, & cum ipsa non ad coercendos homines, sed ad veritatem eruēdam sint adinuēta, iniquissimum sibi videtur, tormenta prædicta & quæstiones tot vicibus repetere, quibus rei fatigati, ac excarnificati moriantur, aut certè crimina quæ nunquam commiserunt, fateri cogantur. Multa alia ad hoc propositum dicit prædictus Simanc. & quidem notatu dignissima, quæ consulto referre prætereo, breuitati studens. Solummodo dico, quod in hoc persistendo in num. 81. dicit, quod reus bis tortus & bis confessus, bis etiam suam confessionem reuocans, tertio non est torquendus, sed his nihilominus non obstantibus quamuis prædicta sententia pia sit, & valde benigna, contraria tamē (vt dicitur) seruatur in praxi, de qua sequens statuitur conclusio.

Secunda Conclusio.

298 QVando † reus in prima tortura confiteretur delictum & postea in ratificatione illud negaret, & idē faceret ī secūda tortura, tertiò etiam poterit torqueri: si tamē in tertia tortura delictum confiteretur, & in ratificatione illud negare non poterit quarto tortura repeti: nam vltra tertiam vicem, pro vno delicto non potest quis torqueri. Hanc conclusionem tenet Paz loco vbi supra, à num. 18. cum sequentibus, & probat eam de mente Angeli in l. fin. C. de quęstionibus, & Alexandri in additionibus ad Bart. in l. 1. § Diuus Seuerus, ff. eod. tit. vers. quæro vtrum semel, quod etiā tenet Hippolytus in pract. crim. §. quoniam, num. 4. vers. sed successiuè & Cifuentes in l. 79. Tauri, vers. itē quibus vicibus & Bosius in practic. crim. tit. de tortura nu. 43. vbi asserit sic † seruari in communi praxi, & q̄d 299 vltra trinam vicem, reus non torquetur nisi à carnificibus. Et vltra Doctores prædictos, iure etiam regio determinatum habetur, quod in criminibus proditionis, falsæ monetæ, furti & rapinæ, vltra primam torturam reus possit bis torqueri, quamuis in alijs delictis tortura semel tantum debeat repeti, habetur in l. 4. tit. 30. part. 7.

ARTICVLVS XIX.

Vtrùm per torturam purgata censeantur indicia, etiam vrgentia atque indubitata: & elidantur plenæ probationes?

Prima Conclusio.

SI tortura sufficienter † fuerit illata, per ipsam omnia purgata esse censentur indicia, & reus sic tortus, ī totū dēt diffinitiuè absolui, aut saltim rōne indiciorum, & præsumptionum, condemnandus est aliqua pœna arbitraria. Hæc conclusio est expressa Farinac. tract. de indicijs, & tortura, à num. 1. cum sequentib. quam probat de mēte Ciceronis in topicis ad Trebatiū, vbi inquit: Quod verberibus torti, & igne fatigati, quę dicunt ea videtur & veritas ipsa dicere. Cuius sententiæ mentionem facit glossa, in l. edictum, verb. efficacissima, ff. de quæstionib. Ex quibus verbis infert 300

Fari-

Farinac. prædictus, tantam esse torture vim, vt in ea persistentes puram veritatem præsumantur dixisse, quod etiam probat multorum DD. auctoritatibus qui & cõsequenter dicunt quod homo in tortura persistens, melior debet reputari, quam ante ipsam reputabatur: quia per torturam (vt dictum est) si ea sufficienter fuerint illata) omnia purgantur indicia. Quod quidem intelligendum est, de indicijs sufficientibus, & legitimis ad eam inferendam: nam de vrgẽtissimis, atque indubitatis aliud fortè est indicium, & maiorem difficultatem habet, de qua dicemus inferius. Hac de re videatur Couar. in pract. quæst. cap. 23. num. 5. vers. nam in verberibus torti, & Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 13. num. 28. & Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 64. num. 35. vers. illata reo tortura, vbi ad hoc propositum sequentia verba dicit. Illata reo tortura, si ipse neget delictum commisisse, & nihil fateatur, tunc dicitur purgasse indicia contra se existentia, & qua si puram veritatem dixisse videtur, & ita seruari dicit Albin. in Rubr. C. de quæstionib. qui & in l. edictum, nu. 2. ff. eod. tit. dicit quod communiter totus mundus ita tenet & seruat. Hæc Clarus vbi supra: quod probat etiam multis alijs Doctorum auctoritatibus, post quæ addit. Aliqui dicunt id ipsum procedere, etiamsi
301 † contra reum delictum plenè fuisset probatum, & quod in hoc casu debet facere iudex scribi in processus actis qualiter tortura sufficienter adhibita, & indicia purgata, & postea debet cum fideiussoribus relaxare: quod (inquit) tenet communis practica & tribunalium obseruantia. Quamuis postea se limitet, & dicat quod in senatu Mediolani quandoque etiam post grauem torturam, & reorum perseuerantiam in negatione, vbi grauia & valde vrgentia sunt indicia Senatus eosdem condemnare solet, non quidem ad pœnam ordinariam, sed ad extraordinariam aliquam. Hoc idem tenet etiam Ant. Gom. loco vbi supra in dicto nu. 28. in medio, vers. sed his non obstantibus, vbi improbata quorũdam DD. opinione, asserentium in eiusmodi casu causam fore relinquendam indecisam, & expectandas maiores & veriores probationes, iudicemque supersedere debere, donec verè & realiter sibi liqueat quod facere oporteat, & constet de culpa, seu innocentia rei accusati vel inquisiti: dicit sed his non obstantibus: Ego teneo contrariam sententiam & conclusionẽ, & quod in tali casu iudex tenetur reum diffinitiuè absoluere, aut saltim ratione indiciorum & præsumptionum eundem aliqua pœna arbitraria condemnare, & nullo modo causam indecisam relinquere. Quod etiam dicit Paz in sua praxi to. 1. p. 5. c. 3. §. 12. nu. 22. & probat id ipsum de mente Bart. in l. fin. num. 1. ff. de quæstionibus, & Cifuentes in l. 79. Tauri, vers. sed si non perseuerauerit, citando pro hac sententia prædictum Ant. Gomez loco vbi sup. Supradicta omnia sunt vera, & quæ communiter † obseruentur in praxi 302
(vt dictum est) loquendo de indicijs sufficientibus & legitimis regulariter ad præstandam torturam reis.

Sed maior difficultas est, † an per 303
torturam prædictam sufficienter illatam, purgata censeantur indicia vrgentia, & indubitata, & elidantur etiam plenæ probationes? quam quidem difficultatem excitat, & latissimè tractat Farinacius supradictus loco vbi supra à numero 3. cum sequentibus, adeoque grauis, & intricata sibi videtur, vt dicat quod hic opus, hic labor est. Et præsupposito (vt iam supradiximus) quod tortura est remedium subsidiarium, nec inferri debet, nisi in casu quo veritas

aliter

[illegible] iberti non potest, & defi-ciunt plenæ, & legitimæ proba-tiones, quod satis constat, ex textu in l. edictum vers. ff. de quæstionibus, & tamen esse dicatur iudex qui reũ quem habet conuictum extorquet, vt dicit communior Doctorum opi-nio: quærit quid si de facto iudex præmissis non obstantibus, reum grauatum vrgentissimis & indu-bitatis indicijs, aut etiam conuictũ plenis probarionibus extorqueat, & tortus in tortura persistat: an esse purgata censeantur prædicta indubitata indicia, & probationes, ita vt reus ipse absoluendus sit, an verò tortura prædicta non obstante in aliquo veniat condemnandus?

Qua de re esse dicit duas opinio-
304 nes. Prima † opinio dicit, quod in tali casu reus in totum est absoluen-dus, & relaxandus; quia per tortu-ram sufficienter illatam, purgata censentur non solum indicia com-munia, legitima & sufficientia, ad infligendam reis torturam: verum-etiam vrgentissima, & indubitata, & plenæ etiam probationes. Quam opinionem tenet Albinus, in l. edi-ctum num. 2. ff. de quęstionibus: vbi ait quod licèt hoc lege aliqua non bene probetur, ita tamen commu-niter tenetur à DD. & seruatur in communi praxi in toto mundo. Hanc etiam sententiam & opinionẽ tenent multi alij iurisperiti DD. ci-tati per Farinacium loco vbi supra numero 6. Inter quos citat. Anto-nium Gomez & Iul. Clarum locis superius citatis, sed ipsi loquendo de prædictis indicijs vrgentissimis, at-que indubitatis, haudquaquã quid-piam tale dicunt, vt satis constat ex supradictis.

305 Alia est aliorum opinio † prædi-ctæ omninò contraria qui dicunt per eiusmodi torturam (etiam suffi-cienter illatam) minimè censeri pur-gata indicia vrgentissima & indubi-tata, multoque minus plenas proba-tiones: ac propterea prædicta tor-tura non obstante posse reum con-demnari, ac si nunquam fuisse tor-tus. Hæc opinio tribuitur Marsilio consil. 128. vbi hac de re interroga-tus, respondisse se dicit, de quodam latrone qui in tortura & extra tortu-ram negauit delictum, de quo erat per plenas probationes conuictus, quod poterat indubitanter, (tortu-ra & negatione non obstante) diffi-nitiuè ad mortem condemnari: pro quo allegat, legem qui sententiam, C. de pœnis, & Baldum in cap. ad no-stram de probationibus circa finem vers. & nota. & Marsilium prædi-ctum sequuntur plures alij DD. ci-tati per Farinacium vbi supra num. 7. quod dicit loqui expresse de indi-cijs vrgentibus, atque indubitatis, & in id ipsum rationem adducere; quia si diceretur contrarium, sequeretur absurdum quoddam maximum, nempè quod posset iudex indirectè torquendo reum conuictum, ipsum à condigna pęna liberare, contra tex-tum in l. ita vulneratus, ff. ad l. aquil. & text. in c. cum quid vna via, de re-gulis iuris in 6. pro quo citat etiam Farinacius prędictus Antonium Go-mez vbi supra num. 20. vers. sed ad-uertendum, vbi inter alias rationes quas circa prædictum casum ad-ducit, inquit; quod si aliter dicere-tur sequeretur absurdum, quod es-set in potestate cuiuslibet fortè igno-rantis, & imperiti iudicis, & præter suam intentionem, reum culpa-bilem à pœna delicti liberare, in præ-iudicium Reipublicæ. Pro hac ea-dem sententia & opinione citat Fa-rinacius Iulium Clarum loco vbi su-pra numero 18. vers. quinimo dicit Papæ, quod parlamentum Parisien-se solet reos conuictos tormentis su-bijcere, & licèt in tormentis persi-stant, nihilominus ad mortem illos condemnare. Pro hac etiam senten-

tia citatur Follerius in sua pract. crim. verb. etsi confitebuntur, 3. par. tertiæ partis, num. 110. Quibus sic dictis, ac relatis prædictis duabus opinionibus, ex ipsarum qualibet aliquid sumendo, & aliquid relinquendo: quod hac in re tenendum est explicabitur per sequentem conclusionem.

Secunda Conclusio.

306 QVamuis † per torturam sufficienter illatã, purgata etiã esse censeantur indicia vrgẽtia, & indubitata, & legitimæ probationes, quoad pęnam ordinariam non tamẽ quoad extraordinariam. Hæc conclusio sic explicata, crediderim quod sit omnium DD. communis, & per eam ad pacem, atque concordiam possunt reduci, prædictæ duæ, quæ alias esse videbantur contrariæ opiniones, quarũ prima plus nimio, secũda verò fere nihil, tribuit torturæ sufficienter illatæ. Nos verò media procedẽtes via dicimus, quod licèt ipsa reum liberet à pęna ordinaria, etiamsi contra illum sint indicia vrgẽtia & indubitata: quin verò & plenæ probationes, non tamen eundẽ in totũ absoluit, siue in eo casu illũ omninò purgat; imò verò cõdẽnari potest, & debet aliqua pęna extraordinaria, siue abitraria. Hæc sententia & opinio est, quę alijs relatis cõducendo, sustinetur à supradictis Ant. Gom & Iul. Claro locis superius citatis, si ipsorũ mens penitus introspiciatur, & eandẽ tenet Farin. loco vbi supra à n 8. cũ sequẽtibus. Nã quãuis primò cõstituat generalem regulã, quod per torturam sufficienter illatã, purgentur nec dum indicia vrgentia & indubitata, verũ etiã, & plenę probationes: postea verò n. 11. eandem limitando dicit, procedere quoad pęnam ordinariam, non tamen quoad extraordinariam: nam (inquit) si reus vrgentissimis, & indubitatis indicijs, seu plenis, & legitimis probationibus conuictus, de facto torqueatur & in tortura persistat, quamuis liberetur à pęna ordinaria, non tamen per hoc liber efficitur, quin condemnari possit in aliquam pęnam extraordinariam, etiam corporalem, vt puta triremium perpetuarum, vel ad tempus: quod probat multis Doctorum authoritatibus & ad hoc propositum plura dicit, quæ per tempus, & breuitatem: cui tantopere studemus, referre non licèt videantur ibidem.

ARTICVLVS XX.

Vtrum Rei torqueri possint, ad habendas aliquas qualitates, delicta, & crimina aggrauantes, & manifestandos socios siue complices, mandatores, consultores, fautores, atque receptatores?

Conclusio.

IN casibus † quibus rei interrogari possunt, de aliquib. circunstantijs delicta, & crimina aggrauãtibus, aut etiam de cõplicibus, alijsque prædictis; si non spontè veritatem confiteantur: in id ipsum iure optimo poterunt torqueri. Hæc conclusio (vt credo) communis est omnium Doctorum resolutio. Et quibus in casibus eiusmodi interrogationes fieri possint, iam superque satis diximus supra quæst. 17. artic. 4. agendo de testimonio socij criminis, qua de re videatur Farinac. tract. de indicijs & tortura. q. 43. num. 56. cum seqq. latissimè, vbi & huiusmodi casus in particulari enumerat; & dicit in eorũ pluribus criminis socios posse torqueri, si nõ sua sponte veritatem confiteantur. Et specialiter in numero 64. dicit hoc habere locum in latronibus, & 307

graf-

[illegible]atoribus viarum, quos(inquit) interrogari posse de socijs, & torqueri, cum crimen tale sit, quod non solet, nisi à pluribus committi, quod probat textus in l.prouinciarum C. de ferijs, ibi, nec differatur sceleratorum proditio consiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda est. Facit & textus in l.diuus, ff. de custod. reorum, ibi, Irenarchæ cum apprehenderint latrones, interrogēt eos de socijs, & receptatoribus. Per quæ iura hoc vnanimiter tenēt DD. relati per Farinacium loco vbi supra, quod & in sequenti numero 65. idem intelligendum esse dicit, de assassinis, qui & interrogari, & torqueri possunt super mandatoribus, & socijs, & num. 67. dicit id ipsum de maleficis & mathematicis, cum sint delicta quorum extirpatio spectat ad communem omnium salutem, per textum in l.fin.in fine, C.de malefic. & mathemat. Multa alia adhoc propositum dicit, quæ per tempus referre non licet, nec verò expedit, cum aliqualiter remaneant iam dicta loco vbi supra. Aduerto
508 † tamen, quod etiam dicit in eiusmodi casibus quando tortura reis propter prædictas rationes, & causas adhibenda est, quod moderata esse debet & leuis, quod etiam tenet & dicit quæst.40. num.27.

QVÆSTIO XXVII.

Qualiter se gerere debeant iudices contra reos inquisitos, denunciatos siue accusatos, vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè: in septem articulos diuisa.

SVMMARIVM.

1 *Ius naturale, & ius positiuum quid sit?*

2 *Lex omnis in vniuersum est naturalis, aut positiua.*

Et qualiter differant inter se nu.3.

4 *Iudices alij superiores, alij inferiores dicuntur.*

An semper secundum leges scriptas teneantur iudicare nu.5. negatiua ibid. & nu.6. distingue vt nu. seq. & argumentis respondetur nu.16.17.

7 *Iudices superiores, & inferiores secundum leges naturales semper iudicare tenentur.*

8 *Ius naturale est omninò indispensabile.*

9 *Iudicans contra legem naturalem, & ius naturale continentem, Reo ipsi contradicit & violat ius naturale, & diuinum.*

10 *Princeps quantum ad vim coerciuam non tenetur suis legibus, sed tamen quoad vim directiuam tenetur.*

11 *Iudices Superiores, & Principes, & inferiores tenentur secundum leges scriptas quantum ad ipsarum mentem, & intentionem attinet, iudicare.*

12 *Ratio naturalis dictat, vt quisque patiatur legem, quam ipse tulit.*

13 *Principes, & superiores, & inferiores iudices non semper debent iudicare secundum leges scriptas, iuxta id, quod in cortice verborum sonant, sed secundum mentem, & intentionem legislatoris & secundum æquitatem, quæ alias dicitur epicheia nu. 14. vbi exempla.*

15 *Princeps, & iudices inferiores qualiter differant inferendo iudicio secundum leges scriptas.*

16 *Principes tenentur ad obseruantiā suarum legum ex vi iuris naturalis, non ex ipsis legibus.*

Non seruando suas leges peccant mortaliter, nu.17.

18 *Iudex quid facere debeat, quando sibi offertur aliquis innocens, noxius testibus comprobatus?*

19 *Iudex, quando teneatur innocentium*

tiam rei, quando noxius probatus est manifestare?

Debet innocentem ad Iudicem superiorem remittere, & testis personam induere. nu. 20.

21 *Iudex si non potest ad superiorem remittere, vel aliter innocentem liberare; an teneatur secundum allegata sententiam proferre, & contra veritatem reum occidere, opinio negatiua nu. 22. qua probatur nu. 23. 24. 25. contra, num. 26. argumentis respondetur nu. 32. 33. 34.*

27 *Iudex in casu, quo per legitimos testes ex processus actis aliquem nocentem repererit, quamuis innocentem eum cognouerit, tenetur ipsum iudicialiter damnare.*

28 *Iudex nihil ex arbitrio facit, sed leges consulit, atque considerat, & secundum ipsas, & iura pronunciat, & debet iudicare secundum illud, quod ipse nouit, vt persona publica, non vt priuata, num. 29. nec iudicat an lex sit bona, sed est eius executor nu. 30.*

Absurda sunt euitanda. num. 31.

32 *Leges respiciunt bonum commune, non particulare. Aliàs essent iniusta num. 33.*

34 *Iudicis authoritas vera, & realis requiritur in iudicando.*

35 *Iudex condemnando eum, quem scit innocentem esse, facit contra conscientiam speculatiuam, non tamen contra conscientiam practicam.*

36 *Iudex an possit condemnare reum, quem scit esse, nocentem absque eo quod testibus comprobetur, affirmatiua probatur num. 37. argumento Respondetur nu. 45.*

38 *Solemnitates iuris in iudicio requisita alia sunt de iure naturali, alia verò de iure humano positiuo.*

39 *Iudex etiam supremus regulariter malefactorem non citatum, aut defensum ex particulari scientia potest punire.*

40 *Delicta occulta, & quæ in rei veritate non possunt probari, non sunt humano, sed diuino iudicio subiecta.*

41 *Crimen publicum, quod testibus probari potest, non tamen expedit, vt comprobetur, seu quod in iudiciũ ad probationem adducatur, vel eius punitio non possit differri, iudex supremus sine probatione punire potest.*

42 *Euidentia patrati sceleris non indiget probatione.*

43 *Reus si adeo potens sit, vt capi non possit, tunc neque vocatus, neque defensus condemnari potest in absentia, quin verò à Principe occultè iuberi occidi.*

44 *Reus non est secretò occidendus, si crimen est secretum, & solum iudici cognitum, & non est ita potens vt capi non possit, sed citandus, & audiendus.*

46 *Error Vualdensium asserentium iudicibus non esse licitum malefactores occidere tribus argumentis probatur num. 47. 48. 49.*

50 *Opinio Scoti circa malefactores occidendos: falsa arguitur opinio Scoti & error Vualdensium, nu. 54. & argumentis respondetur nu. 55. 56. 57. 59.*

51 *Iudices possunt immo verò tenentur executioni mandare leges iubentes homines noxios criminosos, & malefactores occidi.*

Est de fide quod iudicibus, Principibus, & magistratibus licitum sit pro salute Republicæ malefactores occidere nu 52.

53 *Malefactores, & Republicæ perturbatores pœnas omnes, præter capitalem, negligunt.*

58 *Iustitia humana imitari semper debet diuinam iustitiam.*

60 *Iudices inferiores, nec superiores, etiã Princeps nõ possunt relaxare,*

re, aut licitè remittere reis pęnã a iure taxatam pro illis delictis, atque criminibus quæ vergunt in præiudicium tertij, nō prius interueniente consensu partis læsæ, & absque causa rationabili.

61 Princeps tenetur prospicere magis bono communi quam cuius vis particularis personæ.

62 Delinquentes spe pęnam euadendi peccant liberius.

63 Iudex superior parte læsa ab accusatione desistente potest pęnam à iure taxatam remittere, siue relaxare reo: dummodo id non vergat in damnum, & præiudicium Reipublicæ, & boni communis.

64 Iudex inferior, an ex rationabili causa possit remittere pęnam parte læsa ab accusatione desistente, & non existente tertij præiudicio?

Resoluitur causã debere esse iustam, & admodum rationabilem nu. 66.

65 In pęnis exequendis plurimum arbitrio iudicis tribuitur.

67 Sententia prolata inferior pęnam relaxare non potest.

68 Pęnæ remissio, immutatio, seu alteratio, si in damnum vergit boni communis, non potest etiam supremus iudex in illa dispensare.

69 Principes tenentur prudenter, & rectè agere in dispensãdo legibus, et delictis relaxandis.

70 Reipublicæ expedit, ne delicta remaneant impunita.

71 Rogantes Principes, seu iudices, vt remittant pęnas, aut minuant siue iusta causa, peccant mortaliter.

72 Causæ propter quas minui & in aliqua parte remitti possint reis pęnæ à iure taxatæ.

73 Iudices non debent passim corporales pęnas in pecuniarias commutare ob malum exemplum, quod exinde potest sub oriri.

74 Homicidium non potest iustè puniri pęna pecuniaria, & nu. 76

75 Culpa non timetur, quam quis potest auro redimere.

77 Iudices peccant delicta meretricum, & concubinarum, exilia, &c. commutantes in pecuniarias pęnas.

78 Iudices in criminibus puniendis nō debent esse nimis mansueti, nec nimium rigidi, sed medio modo se debent habere num. 79

Non debẽt esse percussores, sed Pastores, & in hoc aduertenda verba sacros. Concilij Tridentini num. 80

81 Iudices cauere debent in processuum examine, & determinatione causarum ne sint celeres, atque præcipites nec debent in his expediendis ingenij subtilitatem ostendere, num. 82. & vide num. 84. & 89

83 Iudices in processibus faciendis, & litibus finiendis debent illam adhibere diligentiam, quam litis, & causæ materia, & negotij qualitas expostulat.

85 Sententia non visis, ac perpensis iuribus, & actis, est ipso iure nulla.

86 Iudices debent per se videre processus, nec alijs videndos committere, & ea iterum legere, & perlegere.

Quod etiam iure regio est stabilita ut num. 87

88 Æquitas in iudicijs nō a capite, sed à iure regulata debet esse.

89 Ingenij nimia subtilitas, quamuis pro scholis sit proficua, non tamen sic pro iudicibus, & eiusmodi officium exercentibus.

90 Iudices in pœnis non ad punitionem seu vindictam, sed ad criminum & malefactorum correctionem attendere debent.

91 In leuibus delictis pudor pro pęna suffi-

sufficiens esse debet.

2 *Est magis peccandum in miseri cordia, quam in severitate crudeli a e, & nimia iustitia.*

9. *Iudex secularis aliquem ultimo supplicio condemnans illius debet dolere vicem.*

Qui Republica præsunt legibus similes esse debent, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. nu. 9.

95 *Iudex plus nimio misericors dicitur crudelis & vitiis nutriendis parcit, & fauet.*

96 *In sententiæ prolatione tria debent esse conformia, nempe libellus, probatio, & sententia.*

97 *Si iudici opposita fuerit incompetentia debet in sententia prolatione, prius super sua iurisdictione pronunciare, & se competentem declarare.*

98 *In iudicio contradictorio quando proceditur via accusationis, unus ex litigantibus est absoluendus, alter verò condemnandus.*

99 *In sententia delictum commissum, & sententiæ causa, seu pœna in ea lata est exprimenda.*

Et imponenda est pena à iure taxata, sed inter eas, quæ mitior fuerit, nisi in aliquo speciali casu. num. 100

In dubio pro iudice presumitur, quod non proibito, sed ex iusta causa penas iuris immutauerit num. 101.

De causa verò immutationis ex actis, & processu apparere debet num. 102.

103 *Iudex liquidato processu debet sententiam diffinitiuam proferre.*

Cuius forma traditur nu. 104.

105 *Sententia condemnatoria intimatur reo per tabellionem, & executioni statim demandatur.*

Sed intelligas quando transacta fuit in iudicatum, & tempus, intra quod potuit appellari, numero 106.

Quid seruetur in praxi numero 107.

108 *Delinquens si capi non potuerit, quomodo contra eum procedatur remissiuè.*

ARTICVLVS I.

Vtrùm iudices debeant semper, secundum leges scriptas iudicare?

RO huius articuli intelligentia, & vt pareamus viam ad ea, quæ in subsequentibus sunt dicenda, oportet aliquot notabilia præmittere.

Primò est notandum ex D. Tho. 1
2.2. quæstio. 60. artic. 5. in corpore, quod iudicium nihil est omninò aliud, quam quædam definitio, & determinatio eius quod æquum, & iustum est. Et cum dupliciter contingat aliquid esse iustum, & æquum, vno modo ex natura rei (quod dicitur ius naturale) alio verò non ex natura rei, sed ex condicto & constitutione hominum & hoc dicitur ius positiuum: inde est quod omnis
in vniuersum † lex, vel est naturalis, 2
cuius æquum, & iustum ex ipsa ratione naturali constat (qualia sunt præcepta Decalogi, & ea quæ ex ijs sis per euidentem consequentiam deducuntur) vel est positiua, cuius iustum non constat ex ratione naturali, sed ex iure positiuo, ex eo quia ex humana voluntate, & ex humano condicto est positum (quales sunt omnes leges, quæ ad rectam Reipublicæ gubernationem, pro tempore, & loco humana voluntate sunt introductæ.) Inter
quas naturalem, † & positiuam le- 3
gem, hoc versatur discriminis, & differentiæ, quod lex naturalis, seu ius naturale continens, non est

sui iusti constitutiua, sed tantum declaratiua, nec enim illius iustum ex huiusmodi lege, sed ex re ipsa oritur: at verò lex positiua, siue ius positiuũ continens est sui iuris declaratiua, & etiam constitutiua: nam eius iustum non ex re ipsa, sed ex lege facta oritur, & ab ea habet suum robur, & vim, non verò ex ipsa natura rei. Quod multum est notandum, ac memoriæ commendandum, sciri vt possit quibus in legibus cadat, aut non cadat dispensatio, de quo in sequentibus dicemus.

4 Secundò est notandum † quod difficultas præsentis articuli intelligi potest, & de iudicibus superioribus, atque etiam de inferioribus, neque vtrorumque eadem est ratio, quantum ad hoc vt teneantur semper secundum leges scriptas iudicare; nam aliqua licent superioribus, quæ inferioribus esse videntur prohibita, vt ex inferius dicendis constabit. Quibus præmissis notabilibus, vt ex contrariorum oppositione veritas amplius innotescat, nonnulla libet proponere argumenta, quibus apparenter saltem probari videatur, quod iudices, sed maximè superiores non secundum leges scriptas semper teneantur iudicare.

5 Et primo † argumentor ex l. Princeps, ff. de legibus, vbi habetur quod Princeps liber est, & solutus à suis legibus, neque illi astringitur, ipsisue obedire tenetur: ex quo proinde sequitur, quod non secundum ipsas teneatur semper iudicare. Et addo quod quamuis eiusmodi leges non factæ sint ab ipso, sed ab alio, cum par in parem nõ habeat imperium, etiam sequitur, quod non potuit illum, & sibi successores ad ipsas obligare, nec proinde tenebitur secundum ipsas iudicare.

6 Secundò † argumentor ad idem: nam (vt statim infra dicemus) Princeps in lege à se posita potest dispensare: ergo non tenebitur necessariò & semper, secundum illam, & alias suorum prædecessorũ iudicare: quin verò vtendo prædicta sua potestate, in sententia ferenda, & alijs contra leges scriptas absque vllo prorsus peccato poterit iudicare.

Hæc sunt quæ pro hac parte possunt adduci: quibus non obstantibus, hac in re loquendũ cum distinctione est, & quod verum & tenendum, explicabitur per sequentes cõclusiones.

Prima Conclusio.

LOquendo † de legibus naturalibus, siue quæ naturale ius continent, omnes iudices tam superiores quam inferiores, in omnibus occurrentibus casibus tenentur secundum ipsas iudicare. 7 Hæc conclusio est expressa Diui Thom. loco vbi supra, & communis etiam Doctorum resolutio, quæ & probatur sequentibus efficacissimis, atque euidentissimis rationibus. Primò quia ius † naturale omninò est indispensabile (quod tanquam certum, atque indubitatum suppono) ac proinde & omnes leges eiusmodi ius naturale continentes, pari modo sunt indispensabiles: & secundum ipsas, non verò vllo modo contra illas, iudices tam superiores, quã inferiores tenentur iudicare. Secundò probatur id ipsum, nam lumen legis, siue rationis naturalis (vt de se planè constat) est à Deo naturaliter mentibus nostris inditum, & impressum, vt secundum ipsum in cunctis nostris operationibus, nos teneamur dirigere, & gubernare: ergo contra legem naturalem, siue scriptam ius naturale continentem, nullus iudex siue superior, siue inferior, quidpiam potest vllo modo facere: quin verò iuxta ipsam tenentur semper iudicare.

Quod

Quod etiam constat ex supradictis in primo notabili. Cum enim eiusmodi leges ius naturale continentes, non sint sui iuris constitutiuæ, sed tantum declaratiuæ: & iustum illud non ex eisdem legibus, sed ex rebus ipsis, & ex natura ipsa oriatur: inde manifestè sequitur, quod in talibus legibus ius naturale continentibus, nullus iudex (etiam supremus) possit dispensare: quin verò tam superiores, quam inferiores, secundum ipsas tenentur semper iudicare. Facit & ad hoc id quod habetur Sapient. 1. vbi cum omnibus in vniuersum iudicibus verba faciens dixit olim Sapiens: Diligite iustitiam qui iudicatis terram: sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Quibus verbis planè colligitur, quod cum omnes tam superiores, quam inferiores iudices, seruare iubeantur iustitiam, ipsaque consistat in obseruando eo, quod ex se æquum, & iustum est, & ius legibus naturalibus contentum semper sit vnum, & idem, atque immutabile, quod secundum ipsas semper sit iudicandum. Etenim cum naturale lumen (vt dictum est) Deum ipsum habeat auctorem, quemadmodum, & natura ipsa ab eo est: manifestè sequitur, quod † aliter iudicans quã ratio dictat, aut quam dictant leges ius naturale continentes: Deo ipsi ipsius auctori contradicit, ac simul violat ius naturale, atque diuinum. Qua enim ratione humanus iudex (etiam supremus) rerum naturas immutare non potest, aut facere, vt illud, quod ex se est intrinsecè malum, sit bonum, siue è conuerso: ita nec facere potest, vt eius iudicium sit rectum, & non potius iniquum, atque peruersum, non secundum rationem naturalem iudicando: & iuxta leges eiusmodi ius naturale continentes. Pro quo & facit quam maximè illud Isaiæ 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. De hac itaque re nulli dubium, & videatur D. Thom. vbi supra, 2. 2. quæst. 60. quæ est de iudicio, art. 5. vbi quærit, vtrum sit semper secundum leges scriptas iudicandum: & Bañes, & Aragon, & Salon, explicando ibidem prædictum Diuum Thomam.

Solummodo restat inuestigandũ, de alijs legibus non ius naturale continentibus, sed positiuis humanis, ciuilibus, siue canonicis, quarum iustum ex humano condicto, siue humana constitutione constat: an sit semper necessariò secundum ipsas iudicandum? Quod cum pertinere possit ad Principes, & supremos iudices, & etiam ad inferiores alios: pro maiori dicendorum claritate, & distinctione, particulares adhibendæ erunt conclusiones. Sit secunda conclusio.

Secunda Conclusio.

PRincipes † quantum attinet ad 10
proprias suas operationes, non tenentur seipsos secundum leges scriptas iudicare. Hæc conclusio est expressa Diui Thomæ 1. 2. quæst. 96. art. 5. vbi proposita distinctione de duplici vi, quam habet, seu habere potest lex, nempe coerciua & directiua, dicit quod Princeps quantum ad vim coerciuam non tenetur suis legibus: quia nullus tenetur se ipsum punire, nec talis Princeps (vt supponitur) superiorem habet, à quo puniatur: bene tamen quantum ad vim directiuam: nã ratio postulat, vt Princeps semetipsum dirigat, eo modo, quo & alios dirigit. Quod etiã intelligendum est, de illis legibus, quę comprehendunt etiam ipsos legislatores:

iores: nam nonnullæ sunt leges, de quibus ex æquitate naturali, non potest, aut debet intelligi, quod etiam ipsos legislatores comprehendant: etenim si fuerit lex, vt nullus vestiatur sericis, aut mula equitet, certum est quod eiusmodi leges, neque quo ad vim coerciuam, neque quoad directiuã, ipsos legislatores, siue Reges comprehendunt, hoc est certum, & de quo nulli dubium.

Sed loquendo de prædictis legibus scriptis respectu aliorum, difficultas est, an omnes etiam Principes & superiores iudices, quemadmodum & inferiores, teneantur semper secundum ipsas iudicare. De quo sit tertia conclusio.

Tertia Conclusio.

11 OMnes † Principes, & iudices, tam superiores, quam inferiores, tenentur secundum leges scriptas, quantum ad ipsarum mentem, & intentionem attinet iudicare. Hæc cõclusio est expressa D. Thomæ vbi supra, per quam & directè respondetur quæsito in proposito articulo. Et quidem quod inferiores iudices ad id teneantur, est res adeo certa, & manifesta vt nulla indigeat probatione: sunt enim subditi, atque subiecti legibus, ac proinde contra ipsas facere non possunt sub peccato mortali. Sed quod Principes, & superiores iudices ad id etiam teneantur, probatur primò ratione, & quidem efficacissima. Nam
12 rõ † naturalis dictat, vt quisque patiatur legem, quam ipse tulit, & capiti suis se membris conformet, ac simul cum illis legis oneri se submittat, vt ne de illo dici possit, quod de Scribis, & Pharisæis Christus olim Matth. 23. Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere: sequitur ergo quod ad scriptarum legum obseruantiam, quæ rationi naturali nõ repugnant, tenentur etiam Principes, & superiores iudices. Sed probatur id præterea auctoritate D. Augustini libro de vera religione capit. 31. & refertur in capit. in istis, dist. 4. cuius sunt, quæ sequuntur verba: In istis temporalibus legibus quamquam de iis homines iudicent cum eas instituunt: cum tamen fuerint institutæ, & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Ex quibus verbis colligũt DD. quod etiam Principes non seruantes legem scriptam, & à se vel à suis prædecessoribus conditam sine iusta, & rationabili causa, peccant mortaliter, multoque magis ac maiori ratione iudices etiam superiores. Quod & confirmatur ex sententia D. Gregorij, & refertur in cap. summopere, 11. quæst. 3. cuius etiã sunt quæ sequuntur verba: Summopere præcauere debent iudices, rectores Ecclesiarum, & qui publica, siue secularia iudicia exercent, vt in dictandis sentẽtijs nullatenus leuitate, aut furore ducti sint præcipites: sed causis prius diligenter ventilatis, cũ res quæ ignorabantur plenè ad eorũ notitiã peruenerit, diuina simul, & humana resoluatur lex: & secundum quod ibi cõstitutũ est, remota personarũ acceptione diffinitiua proferatur sententia. Hinc est quod Moyses olim populi querelas semper ad Dei tabernaculũ ingressus referebat, & iuxta id, quod Dominus imperabat, iudicia pro ponebat: nimirũ instruẽs nos, vt nõ ex corde nostro, sed ex præcepto diuino, condemnationis, siue iustificationis sentẽtiã proferamus. Ex quo certè loco cum Diuus Gregorius in cõmuni loquatur de omnibus in vniuersũ iudicibus, Ecclesiasticis, & secularibus manifestè colligitur, quod absque discrimine omnes tam superiores, quam inferiores tenen-

tenentur secundum leges scriptas; quantum ad ipsarum mentem, & intentionem attinet: iudicare, & quod ab ea lege non eximuntur etiã Principes, postquam in eiusdem rei exemplum, & confirmationem adducit Moisem, qui (vt satis constat) supremus erat olim Princeps, & iudex Israelitici populi. Quod & specialiter confirmatur per illa verba, quæ statim subdidit, instruens nos, quibus planè datur intelligi, quod loquebatur etiam de se ipso, qui cum summus esset Pontifex, ac supremus omnium Princeps, nullum in terra superiorem agnoscens, nihilominus tamen astrictum se esse credebat, ad iudicandum secundum leges scriptas prædictas.

Quarta Conclusio.

13 PRincipes, & superiores, † quin verò, & inferiores iudices, non tenentur semper iudicare secundum leges scriptas, iuxta id, quod verbo tenus, & in cortice sonant: quin verò in casu prætermissis earum verbis, iudicare tenentur iuxta mentem & intentionem legislatoris. Hæc etiam conclusio est expressa D. Thom. loco vbi supra in solut. ad 2. vbi ad hoc propositum sequentia notabilia verba dicit. Quod sicut leges iniquæ secundum se contrariantur iuri naturali, vel semper, aut saltim vt in pluribus: ita etiam & leges, quę sunt rectè positę in aliquibus casibus deficiunt, in quibus si seruarentur etiam essent contra ius naturale, ac ideo in talibus non est secundum legis literam iudicandum, sed recurrendum ad æquitatem, quam intendit legislator. In cuius rei confirmationem adducit illud iurisprudentis, quod habetur in Digesto veteri lib. 1. tit. 3. lib. 24. vbi dicit. Quod nulla ratio iuris, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem: quia in talibus etiam legislator aliter iudicaret, etsi considerasset, lege determinasset. Id ipsum habetur in l. non dubium, C. de legibus cuius sunt, quæ sequuntur verba. Non dubium est in legem impingere, qui verba legis amplexus, contra legislatoris nititur voluntatem. Et est sermo de quibuscunque iudicibus, tam superioribus, quam inferioribus: nam in casu, siue casibus, quibus seruando legem aliquam verbo tenus, & secundum corticem literæ contra legislatoris fiat voluntatem, non quidem iudicandum est secundum legislatorem, sed recurrendum ad æquitatem, quam intendit ipse legislator, & ad id quod consultus determinasset. Nam sunt † quam 14
plurimi casus, in quibus si seruetur lex quantum ad verba, fieret contra ius, & contra æquitatem naturalem: quin verò & contra intentionem ipsius legislatoris. Qua de re videatur Nauarro in Rubric. de iudicijs, nu. 71. in medio, & Aragon, Bañes, & Salon super 2.2 Diui Thomæ q. 60. art. 5. vbi latissimè agunt de epicheia, multisque in id ipsum adductis exemplis, explicãt quęnam dicatur, seu dici debeat legum æquitas naturalis? Et vt ex tam plurimis aliquod afferamus dico, quod lex est notissima vt depositum [illegible] suo domino illud petenti [illegible] reddatur: habetur in l. 1. & toto titulo de deposit. attamen si (v.g.) depositum esset gladius, & vir furens, siue insanus illud deposceret: certum est reddendum sibi non esse eiusmodi gladium, iuxta id, quod habetur in cap. ne quis, 22. quæstione secunda. Ecce casum in quo & similibus non est secundũ legis verba iudicandum: sed secundum epicheiam (id est æquitatem) ac iustam legis interpretationem, &

secundum id, quod in tali casu Princeps, aut iudex consultus iudicaret. Nam cum tales leges institutæ sint pro bono commmuni, ipsarum obseruatio non debet redundare in damnum, & detrimentum eiusdem boni communis: & contrarium facere erit contra ius naturale.

Sed aduertendum est, esse latis-
15 simum † discrimen, inter Principem ex vna parte, & alios iudices inferiores ex alia, quantum ad hoc quod est non secundum legis verba iudicare. Nam Princeps ad hoc vt possit non secundum legis verba iudicare, sed legem ipsam interpretari secundum intentionem legislatoris: satis est, quod habeat probabilem, coniecturam, quod illa quantum ad verba cedit in damnum Reipublicæ: at verò iudex inferior non potest in iudicando à legis verbis recedere, nisi moraliter loquendo certò sibi constet, quod obseruantia eiusdem legis, quantum ad verba, re vera vergit in damnum, & præiudicium Reipublicæ. Et neque etiam in hoc casu poterit id ipsum facere Principe inconsulto, nisi sit periculum in mora, & negotium adeò subitum, & imminens, vt consultãdi Principem nullus detur locus. Secunda differentia est, quod Princeps (vt statim dicemus) non solum potest legem interpretari, verum etiam ex causa in illa dispensare: nam si (v. g.) esset quis iustissimè ad mortem damnatus, & censeretur ipsius vita valde vtilis futura Reipub. bene posset Princeps in tali lege dispensare, & eum à morte liberare: quod iudex inferior non posset facere. Non enim potest iudex inferior (etiam ex causa) in lege dispensare: nam iuxta commune iurisprudentum axioma: Cuius est legem condere, ipsius tantum est eandem interpretari, & in ipsa dispẽsare. Solùmmodo superest respondere ad argumenta proposita in initio articuli.

Ad primum † dico, verum esse, 16
quod Princeps solutus est suis legibus, nec obligatur ad obseruantiam suarum legum, aut suorum prædecessorum ex vi illarum, sed benè ex vi legis naturalis, statuentis vt quisq; subeat legem, quam alijs ponit, in quo Princeps differt à iudicibus inferioribus. Nam ille solummodo tenetur ad suarum legum obseruantiam virtute legis naturalis, isti verò & virtute iuris naturæ, & etiam virtute ipsarum legum scriptarũ, quas de mandato suorum maiorum strictè tenentur obseruare, & id non faciendo peccant mortaliter.

Ad secundum † respondeo, verũ 17
esse quod Princeps ex rationabili causa potest in lege à se, vel suis prædecessoribus posita dispensare, & sic contra legis verba agere: cum hoc tamẽ stat, quod si id faciat absq; iusta, & rationabili causa, peccabit mortaliter, quod tenent omnes DD. communiter, & tradunt Summistæ in suis summis verb. Princeps, & verb. iudex, tum propter iniuriam, quam facit Reipub. leges iustas non obseruãdo: tũ etiã propter scãdalũ, & detrimentum, quod Reipublicæ eidẽ redundat, ex eo quod delinquentes vadant impuniti: ex hoc enim cæteri fiunt promptiores, & audaciores ad perpetranda eadem scelera, & forsan alia multò maiora. Vnde dico, quòd si Princeps eum, qui iustè propter homicidium, seu propter aliud facinus est ad mortem damnatus, pro libito, & absque iusta causa à morte liberaret, pœnam illam in aliam exilij, siue pecuniarum commutando (etiam parte læsa remittente, & consentiente) procul dubio peccaret mortaliter: quod tenet Caiet. & Nauar. in summa cap. 23. addentes quod esset etiam reus eiusmodi Princeps omnium malorum, quæ seque-

ſequerētur, ex eo quod eiuſmodi ini qui remanerent in punitis quod ò vi namā Principibus & ſuperioribus iudicibus perpenderetur.

ARTICVLVS II.

Vtrùm iudices teneantur ſententiam proferre & pronunciare ſecundum allegata & probata?

QVæſtio hæc grauiſſima eſt, & inter Doctores Iuriſperitos, atque Theologos, nimis controuerſa, & agitata. Quæ & ſub alijs verbis ſolet proponi, an ſcilicet liceat iudicibus iudicare contra veritatem, quam nouerunt, propter ea, quæ in contrarium proponuntur. In qua quidem quæſtione omiſſis varijs, ac fere inutilibus, quæ hinc inde à Doctoribus adducuntur, magis exercitij, ſiue exercendi ingenij gratia, quam vt quidquam ſolidè, ac firmiter teneatur priuſquam ad propoſitæ difficultatis explicationem accedam, aliquot oportet præmittere fundamenta, quibus certa & indubitata, a certis, & dubijs ſeparentur.

Et primò præmitto, eſſe apud om
18 nes † compertum, quod ſi aliquis homo iudici fuerit oblatus, vt criminoſus, & noxius, ad hoc vt illum puniat, id quod legitimis teſtibus comprobetur: & ex alia parte ſciat ipſe iudex eundem eſſe innocentem, & innoxium, tenetur quidem ipſum aliqua via, & ratione commodè liberare (ſi poteſt) vel impediendo accuſatorem, ne ad iudicium veniat, aut vinctum ipſum è carcere liberando, aut aperiendo ei carcerem, vt euadat, & fugiat (id ſi fieri poſſit ſine nota, & ſcandalo) ſeu examinando teſtes certa aliqua, & peculiari ratione, vt fecit Daniel olim capit. 13. cum teſtibus Suſannæ, aut certa aliqua alia via, quod eſt certum, & compertum apud omnes. Nam ſicuti iudex tenetur nocentem damnare; ita etiam tenetur, quam maximè fieri poterit, innocentem à morte eripere, & liberare. Pro quo facit capit. Deus omnipotens, 2. quæſt. 1. vbi dicitur: quod iudex diligēter, & omninò debet facere quod potuerit, ad hoc vt veritas ipſa detegatur. Idem habetur in cap. iudicantem, 30. queſt. vlt. vbi etiam dicitur, vt tandiu actio vētiletur, quouſque ad rei veritatem deueniatur ad quod oportet frequēter interrogare, ne aliquid prætermiſſum remaneat, quod annecti cōueniat. Quæ quidem verba, quam maximè ſunt notanda & à iudicib. recolenda.

Secundò præmitto, † eſſe etiam 19
apud omnes compertum, quod ſi iudex aliud facere non poteſt, quam innocentem damnare, atque interficere, tenetur tunc in tali caſu coram omni populo ipſius innocentiam manifeſtare, & proteſtari: eamque cum iuramento confirmare. Nec in eo teſtibus contra ipſum falſo deponentibus aliqua irrogatur iniuria, etiam ſi id ipſum dolo, & ſcienter fecerint nam ſibi imputetur, poſtquam & ipſi alteri ſunt iniurij. Si autem bona fide & ſine dolo ſunt falſa teſtificati, etiam in hoc caſu eſt maius ius innocentis ipſius, cui illorum bona fides, nocere, aut præiudicare non debet.

Tertiò præmitto, & ſuppono
† tanquam certum, quidquid dicat 20
Soto, qui in hoc ab alijs diſſidet: quod ſi iudex eſt inferior, debet in dicto caſu eiuſmodi innocentem ad ſuperiorem remittere illius innocentiam aſſeueranter proteſtando, & dicendo, quod eſt innocens, & quod ipſe proprijs oculis vidit quis fuerit patrator criminis, & quod non fuit ille, de quo teſtibus comprobatur.

Quin verò addo, quod si opus fuerit
idque profuturum cognouerit, de-
bet ad tempus iudicis personã exue-
re, & coram superiore inducere per-
sonam testis, vt vel sic innocentem
ab iniusta morte liberet. In quo con-
ueniunt Doctores grauissimi, quos
refert Aragon lib. de iustit. & iure su
per secundam secundæ Diui Tho-
mæ, quæst. 67. art. 2. à quibus (vt di-
ximus) differt Soto lib. 5. de iust. &
iure, q. 4. ar. 2. vbi inquit, quod quã-
uis iudex inferior, si velit possit id ip
sum facere, non tamen tenetur: nam
quisque iudex (etiam inferior) ius ha
bet diffiniendi, & determinandi cau
sam coram se agitatam, secundum
allegata & probata. Sed nihilominus
id quod à nobis est dictum, ma-
gis est certum, & rationi cõformius,
& illud tenere videtur D. Thom. 2.
2. q. 64. art. 6. ad 3. quãdo dicit quod
iudex in tali casu diligenter exami-
nare debet testes vt innocentem li-
beret, & quod si aliud facere non po
tuerit, debet eum superiori iudican-
dum relinquere. Vbi quam maximè
venit notandum verbum debet, se-
mel atque iterum geminatum, &
quod non dicit si velit (vt dixit Soto)
sed quod omninò debet: quod &
hac etiam speciali ratione probatur.
Etenim si iudex (vt supra diximus)
tenetur omni via, & ratione qua
commodè poterit, eiusmodi inno-
centem liberare, accusatorem im-
pediendo, ne ad iudicium veniat,
vel accusatum innocentem è carce-
re liberando: etsi sine scandalo fa-
cere poterit carcerem aperiendo,
cur non & tenebitur, cum possit
ipsum iudici superiori remittere,
quò ab iniusta morte liberet? Certè
ego non inuenio rationem, aut cau-
sam, quin potius libenter dicerem,
quod etiamsi nihil hac via esse pro-
futurum speraret, superiori causam
tenetur remittere, vt consultius aga-
tur in ea, & ipse iniustitiam euadat,
se seque immunem ab iniusta morte
liberet. Nec dici potest, quod in eo
casu ius habet iudex, tuta conscien-
tia causam illam determinandi, &
de ea iudicandi secundum allegata
& probata, siquidem hac ratione
patet sibi via ad liberandum inno-
centem ab iniusta morte. Supra-
dicta omnia (meo quidem videri)
sunt certa. Sed quid † dicendum de 21
iudice superiorem non habente, vel
in casu, quo nullum ex supradictis
remedijs, sufficeret ad liberandum
innocentem: tenebitur ne eundem
occidere contra veritatem, quam no
uit, & secundum allegata, & pro-
bata sententiam proferre? hic opus,
hic labor est. Qua de re sunt duæ opi
niones.

Prima opinio est † multorum gra 22
uissimorum virorum, quos refert
doctissimus pariter, ac religiosissi-
mus Pater frater Antonius de Cor-
doua, huius nostri sacri Ordinis
olim, magnum decus, & ornamen-
tum Prouinciæ Castellæ, in suo
quæstionario libro primo, quæstio-
ne 37. Dicunt isti Auctores, quod
in tali casu nullo modo licet iudici
condemnare eum, quem scit eui-
denter esse innocentem, quantum-
uis legitimè per testes probetur no-
cens, sed tenetur vel officium dimit-
tere, vel si potest sine scandalo, aut
etiam cum illo, spreto omni dam-
no, quod sibi possit euenire, illum à
morte liberare. Quorum opinio
fulcitur, & corroboratur à prædicto
Cordoua multiplicibus rationibus,
quæ omnes ad tria capita possunt
reduci.

Primo quia iste homo † de quo 23
est sermo, est verè innocens in re, li-
cèt in probatione testium nocens re-
periatur, & comprobetur: ergo
nullatenus occidendus. Antece-
dens supponitur, consequentia autẽ
sic probatur. Quia esset omninò
contra rationem, & contra inten-

tionem

tionem legis illum occidere: etenim lex occidi iubens malefactorem, non propter testes principaliter, sed propter crimen edita est, vt scilicet malefactor, & criminosus ipse puniatur: alioquin esset iniusta: sed in proposito casu (vt supponitur) deficit præcipua condemnationis causa, & conditio, quæ est crimen: ergo iniquum erit, & contra intentionem ipsius legis eiusmodi hominem occidere.

24 Secundò ad idem. † Si esset aliqua lex expresè disponens, vt omnis qui per duos testes probaretur malefactor puniatur, etiamsi re vera sit innoxius, & innocens: eiusmodi lex esset iniqua, scandalosa, non obligatoria, neque seruanda: ergo neque in proposito casu erit seruanda lex illa, quamuis in cortice, & verbo tenus id ipsum dicat, maximè cum sit contra ipsius intentionem expressam, vt dictum est.

25 Tertiò ad idem. Sicut † ad iustũ iudicium exequendum, ex parte iudicis requiritur iurisdictio, & ex parte legum auctoritas: ita etiam & multo magis ex parte rei puniendi requiritur quod commiserit crimen, siue delictum: sed quantumuis iurisdictio esset testibus comprobata, si iudex certò sciret se illam non habere, non liceret sibi quempiam iudicare: ergo neque in casu posito licebit eidem innocentem condemnare, constando sibi de ipsius innocentia, vtcunque delictum testibus comprobetur, si quidem constat eidem, quod testes falsa deposuerunt, & sunt testificati. Hæc sunt fortissima quæque argumenta, quibus fulcitur, & corroboratur, prædicta

26 opinio quibus tamen † non obstantibus, secunda est verior, de qua sit conclusio.

Conclusio.

IVdex in tali casu, † tenetur hominem illum innocentem sibi certò cognitum, probatum tamen nocentem, iudicialiter damnare. Hæc conclusio est Diui Thomæ 2.2.quęstio.64.art.sexto, ad tertium, & quęstio.67.art.2. quam tenent communiter Doctores, & verba posita in cõclusione sunt expressa Diui Thomæ, nam posito exemplo de causa mortis, dicit potius esse morti adiudicandum innocentem, quam deserenda publica testimonia: & pro hac sententia, & opinione sic argumentor. 27

Et primò nam illi patrocinantur innumera iura, quibus dicitur, † qđ bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, sed leges consulit, atque desiderat, & secundum leges & iura pronunciat: habetur in cap. Deus omnipotens 2.quęstio.1. & in ca. iudicet, 3.quæst.7.cap.illa, 11.quæst.3. cap. summopere, cap.ita, cap.tunc vera, eadem causa, & quæst. ca.si tantum, ca.placuit, 6.q.2.& in l.illicitas, §. veritas, ff.de offic.præsid. vbi iubetur præses id sequi quod sequi conuenit ex fide eorum, quæ probantur. Ex quibus omnibus colligitur, quod secundum omnia supradicta iura, iudex postposita particulari scientia, iudicare tenetur secundum allegata, & probata. 28

Secundò probatur id ipsum ratione Diui Thomæ, nam iudicium pertinet † ad iudicem, secundum quod fungitur, potestate publica; ex quo infertur, quod in illo ferendo non debet informari secundum illud, quod ipse nouit, vt persona priuata; sed iuxta id quod sibi innotescit tanquam personæ publicæ, & secundum ea, quæ apud ipsum publicè sunt allegata & probata: ergo qui in tali casu occidit huiusmodi homi- 29

hominem innocentem, probatum tamen nocentem, non peccat: si quidem condemnat ipsum auctoritate publica, & non priuata sua, & vt inquit ipse D. Thom. non iudex sed leges sunt, qui eundem condemnant.

Tertiò sic argumentor ad idem. Nam vt dicunt omnes Doctores ad iudicandum in iudice duplex scientia necessaria est, vna facti, alia verò iuris. Debet enim iudex cognoscere id quod reus fecit, & etiam quid iuris sit de illo: sed in cognitione iuris iudex non debet sequi suam opinionem, quantumuis veram esse putet, sed tenetur leges auscultare: nō enim
30 ipse est † legum iudex, sed executor, nec ad ipsum spectat iudicare, an lex sit bona, sed quid ipsa iubeat: ergo neque in cognitione facti poterit iudex sequi suam priuatam scientiā, sed tenetur stare publicę cognitioni, quam habet: ac proinde secundum allegata, & probata pronunciare, & probatum nocentem iudicare, & damnare, quamuis illum esse sciat innocentem, priuatim & ex sua priuata scientia.

Quartò, & vltimò nostra prædicta corroboratur conclusio. Nam ex contraria positione, si iudex eiusmodi hominem probatum nocētem non damnaret, propter eius innocentiam, quam priuatim, & particulariter nouit: quam plurima eaque grauissima
31 † in republica sequerentur damna, & inconuenientia: nam in primis in republica suboriretur scādalum quam maximum, dum viderent homines, iustitiam non seruari, & probatum nocentem absolui. Secundò daretur occasio prauis iudicibus liberandi quoscunque criminosos, timore, vel amore de consanguinitate, siue affinitate, aut prece vel precio. Dicere enim posset omnes, quod quamuis tale, vel tale crimen de quopiam fuerit probatum, ipsi tamē euidēter sciunt verum esse contrarium: sicque in Republica delictā manerēt impunita, nec satis posset prouideri, & obuiari malitiæ, & iniquitati iniquorum iudicum, quod quidem in magnum vergeret damnum, & nocumentum totius Reipublicæ. Hæc & alia inconuenientia sequerentur ex contraria opinione, vnde ea prætermissa ad argumenta pro illa adducta respondeo.

Ad primū, quod leges magis † re- 32
spiciunt bonum commune quam bonum cuiuspiā particulare. Vnde cū (sicut præmissum est) bonum commune periclitaretur, si iudex in iudicando non procederet secundum allegata, & probata, sed suam sequeretur particularem scientiam (sequerentur enim omnia damna, & inconuenientia, quæ modò diximus) inde est, quod licet re vera ille homo esset innocēs, vt supponitur, & prætendit argumentum, adhuc tamen non erit contra intentionem legis, quod occidatur. Nam licèt cesset finis legis in particulari, non tamen cessat in communi, qui est obuiari communi damno, & quod criminosi testibus probari puniantur: & minus damnum est, quod vnus innocens in particulari sine culpa detrimentum patiatur (etiam in propria vita) quam quod commune bonum periclitetur, cum illud sit adeò diuinius, atque præstātius, periclitaretur autem (vt dictū est) nisi hoc modo in iudicio à iudicibus procederetur. In quo etiam casu iudex haudquaquam dici poterit homicida, siue hominis occisor, cum nō ex intentione, sed omninò per accidens mortem ipsius operetur: & certum est quod actiones sortiuntur speciē, nomen, & denominationē ex eo qd cōuenit illis per se. nō verò ex eo q̧ conuenit eisdem per accidens. Vnde ad argumentum in forma respondeo, quod primaria legis intentio non est respicere testes, aut delictum commissum, sed solum consu-

kite

lere bono communi, ad quod omnis lex necessariò ordinatur. Hoc autem bonum consistit in hoc vt taliter à iudicibus procedatur, quod non delicta maneant impunita, & Republicæ pax & tranquillitas conseruetur, & non perturbetur.

Ad secundum respondeo per id,
33 quod † modò dixi, & iterum dico, quod si talis esset lex (vt supponit argumentum) illa lex esset iniqua, & iniusta, quia non respiceret primariò bonum commune, quod in omni lege, est ad eius æquitatem necessariò requisitum. Haberet enim eiusmodi lex pro obiecto punitionem eorum, qui per duos, vel per tres testes probarentur noxij, quamuis re vera nõ ita esset: quod quidem bono communi non conduceret: at in proposito cum lex id non iubeat, sed quod iudicetur secundum allegata, & probata quod quam maximè est expediens bono cõmuni alias (vt diximus non posset obuiari delictis) non est iniusta, quin verò iustissima eiusmodi, atque omninò seruanda. Nam iudices & superiores in puniendis criminibus, non Angelico sed humano ducendi sunt iudicio, & ex natura rei, quam maxima vtilitas resultat in Republica, quod iudices non secundum suam propriam scientiam, sed secundum allegata, & probata sententiam proferant, quæ quidem vtilitas: quamuis in aliquo particulari casu cesset: nihil obstat, quia id leges non respiciunt, aut cõsiderãt, sed bonum commune.

Ad tertium respondeo negando maiorem, & paritatem rationis. Nã
34 ex parte † iudicis, & legislatoris requiritur auctoritas vera, & realis, neque est aliqua lex statuens, vt quotiens testibus probetur auctoritas, & iurisdictio, etiamsi veritas sit in contrarium, & iudex illud sciat: suũ iudicium sit iustum & validũ: quin verò lex est in contrarium: at verò ex parte rei puniendi, quamuis crimen requiratur, non tamen requiritur quod illud in re verum sit, sed satis est quod vt verum iure, & per legitimos testes comprobetur: non enim tenetur iudex iudicare sicut Deus iudicat, sed sicut Deus vult vt ipse iudicet: & Deus vult, & statuit, vt iudex postquam gerit personam publicam, iudicet secundum allegata, & probata, & secundum scientiã, & veritatem publicã. Et quod Deus hoc velit constat expressè ex Deuteron. 17. vbi dixit, quod in ore duorũ, vel trium testium stabit omne Verbum, & idem omninò habetur in Euangelio ex ipso Christi Domini ore comprobatum.

Sed dices contra, nam contra conscientiã non liceret facere: sed iudex sic iudicãdo eiusmodi hominẽ, facit contra conscientiam: ergo peccat nõ vtcunque, sed mortaliter? Respondeo, quod non dicitur agere contra conscientiam, iudex, qui facit contra conscientiam speculatiuam, sed qui contra conscientiam practicam, vt diximus supra quæst. 4. art. 5. agendo de iudicio. Vnde in proposito dico, quod quamuis eiusmodi iudex
† faciat contra conscientiam speculatiuam, qua cognoscit hominem illum esse innocentem: non tamen facit contra conscietiam practicam, quæ in tali casu dictat, quod iste homo est occidendus, quę est conscientia practica, nam practicè iudicat illum esse occidendum propter idonea testimonia, & quia probatus est nocens secundum allegata, & probata. Concedo tamen quod iudex, qui per suasum sibi haberet contrariam opinionem, & affirmaret subinde eiusmodi hominem in hoc casu nullatenus fore condemnandum, non posset contra conscientiam illũ morti tradere: quia tunc ageret contra conscientiam practicam, quod nullatenus licitum, cum sit intrinsecè malum: 35

sumat: at qui contrariam tenet sententiam, illum quantumuis innocentem secundum leges iudicando, & condemnando vt noxium, verè & propriè loquendo, non facit contra conscientiam.

ARTICVLVS III.

Vtrum iudex possit iudicare & condemnare eum quem reuera scit esse noxium & criminosum, absque eo quod testibus comprobetur?

QVÆSTIO sane difficilis, & quæ cum præcedenti difficultate quam maximam connexionem, atque affinitatem habet. In præcedenti enim articulo egimus de homine illo, qui cum re vera esset innocens & innoxius: testibus tamen comprobatur noxius, & criminosus: nunc autem vice versa agendum est de eo, qui cum de facto sit criminosus, & noxius, non tamen id sibi potest testibus comprobari, vel quia non adfuerunt, & solus ipse iudex vidit crimen committi: vel quia licèt posset testibus comprobari, negotij tamen qualitas exposcit vt non in iudicium adducatur, & crimen testibus comprobetur, quamuis re vera de facto fuerit perpetratum. Quæritur ergo, an propter solam rei veritatem, eiusmodi sit occidendus? Et pono exemplum in eo quem iudex proprijs oculis vidit alterum occidisse, & non fuerunt alij testes, per quos crimen posset comprobari, & reus legitimè conuinci: vel sit exemplum de eo qui clam aggressus est Reginã, & licèt fuerint, testes, per quos nefandum adeò crimen, ac scelus posset comprobari, non tamen expedit vt probetur: quin verò oportet quam maxime vt in iudicium non deducatur. Dubium est, an in hoc casu possit iudex (saltim,
36 supremus) eiusmodi hominem † occidere, propter solam rei veritatem, quam nobis, sine strepitu, & figura iudicij, & absque eo quod tale crimen legitimis testibus comprobetur? Et disputationis gratia volo argumẽtari circa hoc, & videtur quod sic.

Nam testimonium † Principis & 37
ipsius iudicium, propter suam quã maximam auctoritatem, certius est; & magis dignum vt ei adhibeatur fides, quam testimonio duorum, aut trium testium: gerit enim Princeps in Repub. vicem, nõ vnius, duorum, aut trium hominum, sed totius Reipub. sed si delictum, de quo est quæstio duorum, aut trium hominum fide digno testimonio fuisset comprobatum, eiusmodi criminosus verè esset occidendus: ergo & in proposito casu, postquam tale crimen probatur iudicis priuato, sed euidentiori, & fide digniori testimonio. Et confirmatur. Nam iuris solemnitates in iudicando humano iure, & non naturali, aut diuino sunt introductæ: ergo saltim supremus iudex poterit huiusmodi crimen punire, si non ex sua ordinaria auctoritate, & potestate, saltim ex sua potentia absoluta, dispensando in his solemnitatibus, nulla expectata testium probatione.

Pro huius difficultatis intelligentia, vt ab ipsa breuiter me expediam
præmitto, † quod solemnitates in iu- 38
dicio requisitæ sunt in duplici differentia. Quædam enim sunt solummodo humano iure introductæ, quales sunt accusationis forma, terminus ad probandum, & respondendũ præscriptus, testium publicatio, & similia: quæ quidem solemnitates sunt de iure humano, & non de iure naturali, aut diuino: quod ex eo satis constat, quia neque ius naturale, aut diuinum illas præcipit, sed tantum præceptæ sunt de iure canonico, vel ciuili. Aliæ sunt solemnitates de iure naturali, & diuino ad iudicium ne-

ces-

cessariò requisitæ, vt pote quod reus citetur, & audiatur, quod defensionis locus sibi concedatur, quod delictum sufficienter duorum, vel trium testimonio comprobetur: & aliæ de quibus diximus supra quæst. 14. art. 2. vbi egimus de ijs, quæ sunt de essentia, & substantia iudicii, & alijs, quæ solummodo sunt de solemnitate iuris. Inter quæ est quam maxima differentia: nam in ijs, quæ de iure sunt naturali (vt ibidem diximus & amplius infra dicemus) nullus iudex etiam supremus potest dispensare, aut in iudicio illa prætermittere, quod est in omni opinione certum: secus est autem de alijs. Qua de re videndus est Caietan. in summa, verb. homicidium, & Soto lib. 5. de iustit. & iure quæst. 1. art. 3. & q. 4. art. etiam 3. & Nauar. in suo manual. capit. 25. Quo sic præmisso, vt propositæ difficultati satisfaciam sit conclusio.

Prima Conclusio.

39 Regulariter loquēdo, † nullus iudex etiam supremus, potest aliquem malefactorem, non citatum, aut defensum ex sua particulari scientia punire. Probatur primò hæc conclusio, quia huiusmodi solemnitates (vt diximus) sunt de iure naturali quas proinde nullus iudex (etiam supremus) potest prætermittere, aut in eisdem dispensare. Secundò probatur, nam cum sententia iudicis sit actus publicus, ita quod esset iniusta si à priuata persona, & priuata auctoritate fieret, necessum est, vt etiam procedatur ex scientia publica: alias causa non sic commensuraretur effectui, dum actio potestatis publicæ poneretur in effectum exire à scientia particulari & priuata, quod facere nunquam licet. Qua quidem ratione dico, quod qui iudex huiusmodi transgrederetur præceptum, & absque scientia publica, & sine eo, quod crimen legitimis testibus comprobetur quempiam diiudicaret, aut puniret, præterquam quod peccaret mortaliter contra charitatem, faceret etiam contra iustitiam: nam esset veluti auferre ab aliquo arma, quibus iustè posset se defendere. Certum est enim quod reus antequam legitimè conuincatur per legitimos testes, potest se defendere, vel negando delictum (si est secretum) secluso mendacio, aut aliqua alia via: ac proinde qui ea illa arma ab eo auferret non ipsum audiendo, & præbendo locum, & tempus vt se defenderet, contra iustitiam quidem, & contra ius naturæ faceret, non minus ac ille, qui ab aliquo surriperet ensem, quo solo à morte posset se defendere, & quo sublato statim interiret. Parum namque vel nihil differt, imo prorsus idemq; reputatur armis, aut rationibus pro vita dimicare. His omnibus rationibus accedit alia, & neque non tenenda quidem, & ea est: nam deli-
cta † occulta, & quæ in rei veritate 40
probari non possunt, non sunt humano, sed diuino iudicio subiecta, iuxta illud Pauli: Nolite ante tēpus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: ergo quamdiu peccator est occultus, & crimen suum legitimis testibus non potest comprobari, exemptus est ab humano iudicio, & quantum spectat ad iudicium humanum habendus est ac si re vera esset innocens.

His præmissis (quod sit tanquam generalis regula) quæritur nunc, an huiusmodi ius naturale in aliquo casu aliquam patiatur epichciam, seu interpretationem, ratione cuius id quod de se erat malum, & iniustum, ex aliqua iusta, & rationabili causa reddatur bonū, iustum, atque lici-

licitum? Respondeo & sit secunda conclusio

Secunda Conclusio.

41 SI crimen † est publicum, ita vt testibus comprobari possit, non tamē expedit, vt comprobetur, seu quod in iudicium & probationem adducatur (vt diximus in casu Reginæ) vel si crimen est tale, quod oportet eius punitionem non differri, & dilatari: dico quo in his, & similibus casibus bene potest iudex (saltim suppremus) reum punire sine citatione, defensione, & processu. Ita tenet Caieta. in summa verb. homicidium, & Nauar. in manua. cap. 25. num. 10. Et ratio huius conclusionis est, quia cum in tali casu crimen testibus possit comprobari, & reus ipse in iudicio non iustè possit se defendere negando factū, aut aliqua alia via licita, non videtur quod in tali casu adimatur sibi aliqua iusta defensio. Qua quidem ratione iustificatur id, quod communiter obseruatur in praxi, & frequenter faciunt iudices: qui publicos latrones in fraganti delicto repertos, vel alios repertos in aliquo delicto publico & notorio: continuò nullo expectato processu, defensione, aut probatione morte afficiūt.
42 Nam euidentia patrati sceleris † non indiget probatione, & notorietas facti in tali casu interuenit loco accusatoris, & publicitas vicem supplet testium, & excitat potestatem publicam ad publicum actum iustitiæ, & ad ferendum sententiam etiam publicam. Ad hoc facit, quod dicit Innocentius in capit. bonæ, de electione, nempe quod processus notorius non indiget examinatione: qua etiā de re videndus est Panorm. ibi, & in c. cum olim de iudic.

Tertia Conclusio.

QVando reus † est ita potens, vt capi non possit, tūc etiam neque vocatus, neque defensus condemnari poterit in absentia, & à Rege iuberi occultè occidi. Hæc conclusio est Syluest. verb. homicidium, & eandem tenet Nauar. vbi supra, & dicit Syluest. quod tunc reus non intelligitur spoliari iure propriæ defensionis, imo ipse est, qui non vult propriam defensionem, & sibi imputetur. Dicit tamen Nauarr. quod in tali casu debet Rex procurare, vt allegentur quæcunque possunt pro reo absenti, ad maiorem rei iustificationē. Quod consilium tradit Gloss. in l. antepen. ff. in quibus causis. Et hoc tenent omnes DD. communiter. Et idem dicendum est in casu, quo graue aliquod damnum immineret Regi, Reipub. seu alicui innocenti, ex eo quod reus non statim puniretur, nisi prius citetur, audiatur, & sufficientibus testibus conuincatur: tunc enim bene posset huiusmodi reus de mandato Regis occultè & non citatus occidi: nam in hoc casu non vteretur Rex, aut iudex potestate vindicatiua iudicis, sed iure se defendendi, & totam Rempub. vel innocētē. Quod quidem quando aliud non est remedium, cuilibet etiam priuato homini facere licet. 43

Sed maior est difficultas, in casu quo crimen est secretum, & solum Regi, vel iudici cognitum, & reus non ita potens aut rebellis, quin si citaretur non compareret, nec damnū aliquod in futurum imminet Reipublicæ, aut alicui innocenti: an in tali casu, propter aliquam magnam causam, possit reus non auditus, neque vocatus indefensus condemnari, & occidi? Et sit casus, ille quem supra diximus de Regina, quā quispiam

piam est aggressus, & si citetur vt compareat, & processus fiat, diffamabitur ipsa persona Regia, & sequeretur magna perturbatio in Repub. vel sit casus quod criminosus sit filius Regis, aut alicuius magni Principis, qui sine graui scandalo non posset puniri: an in hoc casu possit huiusmodi reus occidi secretò, non citatus, aut defensus? Respondeo, & sit quarta conclusio.

Quarta conclusio.

44 IN tali casu huiusmodi reus † nō est secretò occidendus, sed citandus, & audiendus. Hanc conclusionem tenet Caietan. & Nauar. vbi supra, & Sot. lib. 5. de iust. & iure, q. 4. art. 2. vbi dicit esse contra ius naturale, etiamsi reus sit perniciosissimus, indicta causa, & contra inauditam partem ferre sententiam, etiāsi omnes supradictæ conditiones cōcurrant. Et præterea dicit, quod hoc facere est intrinsecè malum, quod ob nullam causam fieri debet. Vnde dicendum est, quod huiusmodi reus in hoc casu est audiendus, & conuenniendus, vt puniatur suum delictum si probari vlla ratione potest, sin autem diuino iudicio reseruetur. Nam iuxta dictum Anacleti, & habetur in c. si omnia, 6. q. 1. non omnia sunt in hoc sæculo punienda, sed quamplura sunt diuino iudicio reseruanda. Et certè iste talis quantum ad iudicium humanum est ita innocens, & ita exemptus ab humana iurisdictione, ac si nunquam delictum aliquod commisisset.

45 Ad argumentum † in initio articuli in contrarium adductum, respōdetur, quod quamuis auctoritas Principis sit tanta, vt prætendit argumentum, adhuc tamen nunquam facit delictum publicum, sed remanet secretum, & exemptum ab humano iudicio. Nam potestas publica non potest exire in actum, nisi propter notitiam publicam: debent enim causæ suis effectibus proportionari. Ad confirmationem respondeo, quod citatio rei, ipsum que audire, & non nisi propter crimen legitimis testibus comprobatum eundem damnare: non sunt solemnitates humano iure introductæ, sed naturali & diuino, in quibus proinde nullus (etiam supremus iudex) potest dispensare, vt latius dicemus in sequentibus.

ARTICVLVS IV.

Vtrum iudices executioni debeant mandare, leges iubentes criminosos, noxios, atque malefactores occidi?

HIC Articulus mouetur ad ostendendum † quendam Valdensium errorem (vt ne dicam insaniam) qui vt refert noster Castro, aduersus hæreses, verb. occidere, hæresi 1. in ea fuerunt sententia, vt dicerent non esse licitum iudicibus, magistratibus, atque principibus malefactores occidere, quia credebant esse hoc ipsum contra præceptum naturale, & diuinum, quo in Decalogo prohibitum est homicidium, in illis verbis Exod. 20. Non occides. Et vt procedamus in forma, pro hac sententia sic argumentabantur. 46

Primò, quia † prædictum Decalogi præceptum est naturale, & diuinum, omninòque indispensabile, & in ipso generaliter prohibetur omnibus, cuiuslibet hominis occisio: non igitur licitum est iudicibus, magistratibus, atque Principibus malefactores vtcunque noxios, & criminosos occidere: quin verò ipsorum scelera & crimina vtcunq; grauia, diuino sunt iudicio reseruanda, seu aliter citra mortem punienda. 47

Secundò

48 Secundò † argumentabantur ad idem, exemplo deducto ab eo quod habetur Matth. 13. in zizaniorum parabola ab homine inimico superseminata in medio tritici: quam proposuit Christus Dominus. Nam dicentibus seruis hominis illius, qui bonum semen seminauerat in agro suo: Vis imus,& colligimus ea? ait, non:ne fortè colligẽtes zizania,eradicetis cum eis simul & triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem cõgregate in horreum meum. Ex hoc loco malè intellecto, ac peius adducto, colligebant prædicti hæretici non esse occidendo siue tollendos è medio malefactores, criminosos, & noxios: quin verò tolerandos, ac viuere sinendos,impios cum pijs, malos cum bonis, vsque ad messis tempus, nempe vsque ad tempus diuini iudicij,quo fiet, & adimplebitur, id quod in parabola dicitur.

49 Tertiò † argumentabantur ad idem: nam cum teste Diuo Paulo, omnis potestas deriuetur à Deo, debent iudices, & Principes eundem quam maximè fieri poterit imitari: sed (vt habetur Ezechiel 18.) Deus non vult mortem peccatoris.sed magis vt conuertatur, & viuat: ergo id ipsum, non verò quidpiam amplius debent iudices,magistratus,& principes desiderare: & contrarium facere diuinæ esse videtur voluntati contraire. His rationibus, & argumentis fulcitur prędicta sentẽtia,seu potius error.

50 Circa quam sententiam † Scotus noster (quamuis cum hæreticis prædictis minime conueniat) fuit tamen in ea opinione,vt dixerit in 4. dist.15.quæst. 3. artic. 2. quod cum in supra dicto Decalogi præcepto, non occides, prohibita fuerit in vniuersum hominis cuiuslibet occisio, siue nocentis, siue innocentis quacunque auctoritate,publica, siue priuata: præterquam in illis casibus, quos Deus ipse in veteri lege excepit Exod. 21 & Deut. 22.& Leui.19. & 20.quibus in locis præcepit homicidas,blasphemos, adulteros, idolatras, & parentibus suis maledicentes occidi: extra hos casus placuit Scoto malefactorum occisionem non esse licitam: quin verò nec in omnibus illis, cum illorum multi iam prohibiti,& reuocati inueniantur in nouo testamento (quod specialiter dicebat de adulteris)& præceptum illud de eisdem occidendis positum Leuit. 20. reuocatum esse aiebat, per illa Christi Domini verba Ioann.8 quibus dixit mulieri cuidam adulteræ: Nemo te condemnauit mulier? cui illa:Nemo Domine:at ille,vade nec ego te condemnabo, ex quo inferebat etiam nunc inter fideles non esse licitum adulteram occidere. Et consequenter ad prædicta dicebat non esse licitum occidere furem diurnum,quantumcunque grauia furta commiserit, cum id ipsum in veteri testamento non habeatur expressum: quin verò contrarium colligatur ex illis verbis Exod. 22. quibus dicitur, vt solummodo fur nocturnus in fragrãti delicto repertus morte opprimatur. Et supradictorum omnium rationẽ esse credebat, quia cum prohibitio illa non occidendi, cunctos in vniuersum mortales (nemine excepto) obligans, generalis sit & diuina, supra quam solus ipse Deus dispensare poterat, hinc fieri credebat, vt nullum etiam nocentẽ interficere licitum sit, publica auctoritate aut priuata, nisi solum in illis casibus à Deo expressis in veteri testamento. Quæ certè Scoti sententia non est vera, nec vllo modo potest sustentari. Vnde contra illam, & prædictum Vvaldensium erro-

errorem sequentem statuo conclusionem.

Conclusio.

51 IVdices bene † possunt, quin verò & debent, executioni mandare leges iubêtes homines noxios, criminosos, & malefactores occidi. Hæc conclusio communis est omnium Doctorum resolutio: De qua specialiter videndus est Diuus Thomas 2.2.quæstio.64.quæ est de homicidio, art. 2. vbi quærit licitum ne sit peccatores occidere? cui difficultati respondet affirmatiuè, probatque illud per id, quod habetur Exod.22.vbi dictum fuit Moisi: Maleficos non patieris viuere, item & per illud quod habetur Psal. 100. vbi de se ipso dixit olim regius psaltes: In matutina interficiebā omnes peccatores terræ, vt disperderem è ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Ad quod etiam adducit specialem rationem, quia licitum est (inquit) bruta animalia occidere, quia sunt propter hominem in ipsū ordinata, sicut imperfectū in id qđ perfectius est: cum igitur in humana Repub. hominum quisq; tanquam pars ordinetur in bonum totius communitatis, manifestè sequitur, quod in aliquo casu, vel casibus, licitum erit etiam aliquem hominem, seu homines occidere, quotiescunque, id ipsum visum fuerit expedire in bonum & conseruationem Repub. Aliud exemplum adducit in id ipsum D. Tho. deductum ex ijs, quæ experimur in humano corpore, supponendo quod oēs hoīes sunt quasi vnius corporis membra, quorum caput est Christus (vt inquit Apostolus) sicut igitur in humano corpore membrum resecatur, cum est putridum, & id ipsum exigere videtur totius corporis salus: cum salus & commune bonum totius Repub. exigat etiam, vt peccatores & malefactores interdum è medio tollantur, & occidantur, alias enim experientia teste, & recta ratione dictante, Respubl. in pace, & quiete conseruari minimè posset, manifestè profectò sequitur id ipsum esse licitum: quin verò & necessarium, vt fiat. Hac de re videantur Arragon Bañez, & Salon super secunda secundę D. Tho. in dicta q. 64 artic. 2. vbi & ad hoc propositum inuenire licebit quam plura, eaque notatu dignissima. Addentes † esse de 52 fide, quod iudicibus, magistratibus, atque Principibus licitum est in casu, vel casibus quando id ipsum saluti Reipub. videbitur expedire, homines noxios, criminosos, & malefactores occidere, id cum habeatur expresè præceptum in quampluribus locis Sacrę Scripturæ: quin verò in ipso Exodo, quo continentur præcepta Decalogi. Nam postquam capit. 20. dixit Deus, non occides: statim capit. 22. subiungit: maleficos non patieris viuere: Quo superq; satis insinuatur, supradicto præcepto non occides, malefactorum haudquaquam esse prohibitam occisionem, alàs enim Deus ipse sibi contrairet, quod non est dicendum. Cōfirmatur ex eo, quod habetur Deuteronom. 21. & 22. quibus in locis Deus ipse Optim. Maxim. homicidas, blasphemos, & adulteros, nonnullosque alios præcepit occidi. Facit & ad idem id quod dixit olim Diuus Paulus ad Roman. 13. agendo de iudicibus, magistratibus, & sublimioribus potestatibus. Postquam enim dixit, quod omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, quia non est potestas, nisi à Deo, & quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quodque qui potestati resistit Dei ordinationi resistit: & qui illi resistunt ipsi sibi damnationē acquirunt: statim subdit. Nam Principes non sunt timori boni

boni operis, sed mali. Vis autem (inquit) non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonũ. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit. Quid quæso clarius dici potuit? Quod & confirmauit etiam D. Petrus epist. 1. c. 2. dum loquendo cum omnibus fidelibus dixit: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis: ad vindictã malefactorum, laudem verò bonorum. Quin verò & quod malefactores licitum sit occidere, ipse etiam nos docuit sub exemplo, postquam (vt legitur Actuum 5.) occidit Ananiam, & Saphiram vxorem eius, pro eo quod mentiti sibi fuerunt, & fraudauerunt de pretio vẽditi agri: quod quidem fecit, quia ita sibi visum fuit expedire ad commune bonum fidelium illius temporis. Et certè ex cõtraria sententia innumera sequerentur, neq; ferenda inconuenientia. Et primo, quia (vt inquit D. Tho. 3. contra gentes cap. 146.) cum homines iniqui, sensum non vero rationem sequantur, nec pœnas æternas futuras timeant: iuxta rationem, quam maximè oportuit, vt per leges pœnis, & supplicijs corporalibus appositis, à peccatis coercerentur, & causa id ipsum exigente morte etiã durissima, & crudelissima plecterentur, cum (experientia ipsa edocente)
53 malefactores † & Reipub. perturbatores, omnes alias pœnas præter capitalem contemnant & parui pendant: aliàs enim quis vnquam securus viueret? Supradictis omnibus accedit communis omnium iurisprudentium consensus, qui incũctanter ferè vbiq; dicunt, præmio & pœna, sed maximè capitali, homines in officio contineri, & à scelerum, peccatorum, ac criminum perpetratione arceri. Quarum pœnarũ executores iudices, & Principes cum à Deo sint constituti, & ordinem diuinæ prouidentiæ exequendo, peccare nullus omninò possit dici: manifestè profe-
ctò sequitur, falsum † atq; temera- 54
rium: quin verò & errorem quam maximum esse asserere, non esse licitum iudicibus, magistratibus, atq; Principibus, homines noxios, criminosos, & malefactores occidere, vt volebant Vualdẽses. Et Scoti sententia, quamuis non adeo rigida, & rigorosa censura digna sit, nequaquã potest sustineri: nam multa etiam ex ea sequerentur inconuenientia, quę per tempus referre non licet, nec verò præsentis est speculationis, poteruntq; videri apud Magist. Aragon Bañez & Salon locis supra citatis. Et concludendo dico, quod leges ciuiles iubentes homines noxios, criminosos, & malefactores occidi, nec dum iure ciuili, verum etiam & canonico canonizatæ reperiuntur à multis Summis Pontificibus, sanctissimis, atq; sapientissimis viris, vt constare clarè poterit ex multis iuribus, quæ habentur 23. q. 4. per totam, sed maximè facit ad hoc c. quæsitum, c. si quos, c. illud, c. si ea, c. ea vindicta, & 24. q. 5. c. reos sanguinis ca. de occidendis, cap. miles, cum alijs multis breuitatis causa omissis: quod minimè credẽdum est fecissent ipsi, si eas iniquas, atq; iniustas diiudicassent: quin verò statim illas abrogassent, moderassent, siue emendassent, vt & factum fuisse legimus, ac videmus de multis alijs legibus ciuilibus, quæ postea fuerunt abrogatæ ab ipsis.

Solummodo superest respondere
† ad argumenta, & rationes propo- 55
sita pro parte Vualdẽsiũ. Et ad primum facilis est resolutio, dicendo quod per illud generale præceptum nõ occides, nullo modo prohibita est no-

noxiorum, criminosorum ac malefactorũ occisio publica auctoritate
facta, in illis casibus, quibus visum
fuerit id ipsum expedire bono communi; sed dumtaxat homicidium factum auctoritate priuata, & nõ cõformiter ad rectam rationem.

36 Ad secundum † de zizaniorum
parabola, dico Vvaldenses haudquaquam suum concludere intentum,
eamque ad summum locum habere, in casu quo prædictorum malefactorum occisio fieri nullatenus
posset absque graui, & notabili bonorum damno, & præiudicio: vt (v.g.)
quando ex eo bona, aut maior pars
alicuius ciuitatis esset perturbanda;
seu simul affligendi boni, & iusti, cũ
iniquis & iniustis: tunc quidem fortè dissimulationi esset locus, & suspendendum id ipsum, quoad vsque
punitionis adesset tẽpus opportunius.
Hoc solummodo colligi potest ex
illis verbis: Sinite vtraque crescere
vsque ad messem, ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis
& triticum. Nam cum malorum punitio fieri debeat ob commune bonum Reipublicę, quando certò creditur quod illi nocebit: dimittenda
est, & expectandum aliud tẽpus opportunius; prædicto tamen inconueniente cessante ex eiusmodi parabola non colligi potest, quod sit illicita
aut prohibita, noxiorum, criminosorum, ac malefactorum occisio.

Ad tertium † respond. cum Diuo
37 Thomæ loco superius citato, in solut.
ad 2. quod Deus secũdum ordinem
suæ sapientiæ, quandoque peccatores statim occidit ad liberationem
bonorum, quandoq; etiam eis pœnitendi tẽpus concedit, secundũ quod
ipse nouit suis electis expedire: in
quo pro suo posse eundem etiam in-
38 stitia † imitatur humana, nam illos,
qui perniciosissimi sunt in alios, statim occidit: eos verò qui peccant, sed
alijs non ita nocent grauiter: à morte reseruat, & pœnitendi tempus
indulget, semper in his omnibus
inspiciendo quod conuenit communi bono Reipub.

Ad rationem adductam † pro sen- 39
tentia, & opinione Scoti, facillimo
etiam negotio respondetur, dicendo
(vt supra dictũ est ad primum argumentum adductum pro sententia
Vvaldensium) quod illo generali
præcepto, de non occidendo, non est
prohibita occisio noxiorum, criminosorum, ac malefactorum publica
auctoritate, & potestate facta, sed priuata: & quæ fit contra dictamen rectæ rationis. Ad alia verò quæ dicit
de casibus exceptis in veteri lege, de
muliere adultera & de iure diuino,
non esse credo necessum, vt respondeamus: nam si vera essent, quæ ipse
ibidem dicit, non etiam liceret nunc
occidere incendiarios, hæreticos, &
crimen læsæ maiestatis committentes, nec Reipublicæ proditores, sicarij, & alij similes casus non fuerint
olim in veteri lege excepti: quod quidem neque Scotus, neque vllus alius
sanæ mentis dicet: Hæc pro hac dif- 40
ficultate breuiter dicta sufficiant, reliqua videantur apud Auctores supra
præmem oratos in locis citatis.

ARTICVLVS V.

Vtrum iudices relaxare, remittere, aut minuere possint reis pœnam illis à iure taxatam seu corporalem in pecuniariam commutare?

DE hac difficultate, & quæstione agit D. Thoma 2. 2.
quæst. 67. art. 4. vbi & videndi sunt eiusdem expositores, sed maxime Aragon, Bañez & Salon, apud

quos ad hoc propositum reperire licebit, plura, eaque notatu dignissima. Vt tamen ipse breuiter ab ea me expediam, supponendo, quod difficultas praesentis articuli intelligi potest de pœnis à iure taxatis pro delictis commissis in praeiudicium tertij, & de alijs impositis pro delictis simili praeiudicio carentibus: item & intelligi potest de iudicibus inferioribus, & de superioribus (maximè Principibus) quibus solummodo sicut iure conuenit leges condere, ita & ipsis dumtaxat super eisdem dispensare competere potest: pro propositi Articuli intelligentia sequentes statuo conclusiones.

Prima Conclusio.

60 IVDICES † inferiores, neque verò superiores (etiam supremi quales sunt Principes) relaxare, aut remittere non possunt licitè reis pœnam à iure taxatam pro illis delictis, atque criminibus, quae vergunt in praeiudicium tertij, non prius interueniente consensu partis læsæ, & simul existente iusta, atque rationabili causa. Et quod dictum est de relaxatione pœnæ, intelligendum est etiam de eiusdem diminutione, quantum spectat ad iudicem inferiorem: non enim potest ipse pœnam à iure constitutam minuere, nisi forsan in aliquo speciali casu: quamuis id possit superior, siue Princeps ex rationabili causa. Hæc conclusio sic explicata est Expressa D. Thomæ loco vbi supra, quã & tenent omnes supradicti ipsius expositores. Et quã tum ad primam partem, probatur hac efficacissima ratione. Nam certum est, quod omnes iudices etiam supremi, sunt Ministri, & Custodes iustitiæ, tenenturque proinde æqualitatem inter partes seruare, ac constituere, & reddere quod suum est vnicuique, sed pars læsa quamdiu in sua accusatione persistit ius habet postulandi apud iudicem (quicunque ille sit) punitionem rei, & recompensam damni sibi illati iuxta praescriptas leges: ergo nullus iudex etiam supremus, potest licitè reo remittere, siue relaxare pœnam à iure pro crimine taxatam, absque consensu partis læsæ, ac simul existente iusta aliqua rationabili causa: & contrarium faciens procul dubio peccabit mortaliter. Et vt dixi, quod dictum est de relaxatione pœnæ, intelligendum est etiam de eiusdem diminutione, facta ab superiore iusta, & rationabili causa. Quod & confirmatur alia non minus efficaci ratione. Nam omnis iudex, & maximè supremus, siue † Princeps, 61
cum sit persona magis publica, tenetur magis prospicere bono communi, quam cuiusuis particularis: sed cum communi bono quam maximè pugnat id ipsum vt fiat, nempe, quod pœna iure taxata remittatur, relaxetur, aut diminuatur in præiudicium partis læsæ: ergo nullatenus id fieri potest cum conscientia tuta. Consequentia cum maiori est nota, minor autem sic probatur: nam si parte læsa iustitiam petente, & punitionem delinquentis iuxta præscriptas leges: iudex, siue Princeps non illam sibi administraret: quin verò pœnam eidem relaxaret, aut remitteret, neque debitè ipsum puniret tota certè Respublica perturbaretur, & quam maximum exinde scandalum sumeret, & parte læsa clamante, clamarent pariter & omnes alij ciues, neque immeritò videntes in punitione delinquentium non obseruari iustas leges: iudicarent etiam, ac dicerent subinde se non gubernari à rectis, & iustis iudicibus, & Principibus: quin verò à tyrannis, iuxta id, quod dicit Ari-

Aristotel. 5. ethicor. capit. 5. Quod quando vident homines per inflicta supplicia, non compensari sibi iniurias, in seruitute, & tyrannide se viuere arbitrantur: ergo id ipsum nullo modo facere licet. Confirmatur secundò, nam & ex hoc aliud graue malum, atque maximum in Repub. sequeretur, & illud est, quod iniqui
62 sperantes † se posse iustam pœnam euadere, & pecunijs, seu amicorum precibus à iudicibus eandem sibi remitti, peccabunt liberius, & ipsi læsi, videntes læsores suos non à iudicibus debitè puniri, curabunt priuatim suis proprijs manibus iniurias sibi factas vindicare: quæ omnia in magnum cederent damnum, & præiudicium Reipublicæ: ergo nullatenus id ipsum facere possunt iudices, etiam Principes. Hoc itaque est certissimum, atque constitutissimum. Quantum verò ad secundam partē, probatur eadem conclusio, nempe quod iudex inferior, sicut non potest pœnam relaxare, ita neque eandem diminuere, etiam iusta existente, & rationabili causa, quamuis id possit superior. Nam iudex inferior in vtroque foro strictè tenetur iudicare secundum leges scriptas (vt supra diximus) neque ab eis potest vllo modo recedere, aut deuiare, seu in ipsis dispensare: iudex autem superior (vt etiam supra diximus) id ipsum facere potest, nec suis legibus ita strictè astringitur: quin verò sicut illas potuit condere, ita & in ipsis potest dispensare, maximè quando cognouerit non id ipsum vergere in damnū & præiudicium Reipublicæ, & boni communis: ergo intentum. Hæc de remissione, relaxatione, aut diminutione pœnæ parte læsa in accusatione perseuerante. Sed quid si ab eadem desistat? Respondetur & fit secunda conclusio.

Secunda Conclusio.

Parte læsa ab † accusatione desistente, & acceptam iniuriam remittente, iudex superior (nēpe Princeps) bene potest reo pœnam à iure taxatam remittere, siue relaxare, dummodo id non vergat in damnum & præiudicium Reipub. & boni communis: quin verò & iuxta quorundam opinionem id ipsum facere potest, etiam iudex inferior ex iusta, atque rationabili causa. Hæc conclusio quantum ad primam partem est certa, & clara, nam (vt sæpe dictum est) iudex superior, nempe Princeps non astringitur suis legibus quantum ad vim coactiuam, potestq; proinde in ipsis dispensare: nā quamuis eisdem gubernari teneatur quantum ad vim directiuam, hoc tamen nō obstat, postquam (vt supponitur) id ipsum nō vergit in preiudicium boni communis, siue alicuius tertij: & sic vtendo facultate dispensandi quam habet, iusta existente causa (de qua infra dicemus) tuta conscientia poterit illud facere. Quantum verò ad secundam partē de iudice inferiore, † conclusio prędicta aliqualem habet difficultatē: nam est differentia, & controuersia inter Doctores Iurisperitos, an prædictus iudex inferior, ex iusta, & rationabili causa (etiam non existēte alicuius tertij præiudicio) possit in legibus sibi positis dispensare? Quidam dicunt quod sic, id quod & videtur insinuari, in l. aut facta, §. persona, ff. de pęnis, & l. capitalium. §. secundum, eod. tit. & l. ferè in omnibus, ff. de regulis iuris, lege quid ergo, §. pæna grauior, ff. de ijs, qui notantur infamia. Facit & cap. vltimum de transactionibus, capit. at si clerici, §. adulterijs, de iudicijs, cap. de causis de officio delegati: quibus omnibus in locis dicitur, quod quā-

63 / 64 (margin numbers beside the second column)

uis crimina secundum proportionis mensuram pœnis à legibus statutis
65 sint puniendi, in his tamen † cum ex varietate loci, temporis, ac personarum certa quantitas à legibus statui minimè potuerit, iusti iudicis arbitrio multa relinquuntur, qui proinde pro suo iudicio legum pœnam, ac seueritatem ex parte tollere, & minuere potest. Quod & tenet expressè Abb. in cap. 3. de pœnis, & in capit. nisi de offic. delegat. quem multi etiam sequuntur Doctores. Alij verò è contra contrarium omninò dicunt, & iudicem inferiorem nec etiam ex causa, & nullius tertij periculo existente posse legum pęnas ordinarias alterare, minuere, immutare: & multo minus in eisdem dispensare, nisi consulto Principe, aut nisi mutationis alterationis, & minuitionis, siue dispensitionis causa, eidem commisso delicto cohæreat. De qua differentia, & controuersia videatur Couarruu. lib. 2. variar. cap. 9. numerò 8. & Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæstio. 85. numero 10. versic. vlterius quæro, & quæst. 86. num. 10. versic. etiam vlterius quæro; & latissimè Farinac. parte 1. quæst. 5. de inquisitione num. 8. & quæst. 17. à num. 10. cum sequentibus, sed præsertim numero 67 Quibus opinionibus in sua cuiusque probabilitate relictis: nam crediderim diuersis in casibus vtrumque rectè defendi, & practicari posse: breuiter, & resolutiuè dico, quod siue hoc, aut illud fiat à superiore, siue ab inferiore,
66 semper † tamen quam maximus est habendus respectus ad causam, & quod ea esse debet multum iusta, & rationabilis, id quod satis commendant glossæ supradictarum legum, ac iurium, quæ pro prima opinione adduximus: aduertendo quod si pęnæ alicuius immutatio, siue alteratio à iudice inferiore facienda sit: id fieri debet in sententia, siue antequã sententia ipsa proferatur: nam ea semel prolata, † certum est, quod iu- 67
dex inferior nihil tale facere poterit, iuxta textum in l. cum quærebatur, ff. de re iudicata, & l. pęnam, C. de pęnis, nam functus est officio suo. Secus est autem in iudice superiore, siue Principe, qui ante sententiæ prolationem, & post ipsam, pęnas legibus taxatas, augere, minuere, alterare, & mutare potest (vt prædictum est) iusta existente, & rationabili causa, postquam & in eisdem suprema sua utendo potestate potest dispensare. Videatur hac de re Couar. Iul. Clar. & Farin. locis supra citatis.

Tertia Conclusio.

Quando pęnæ † alicuius re- 68
missio, immutatio, seu alteratio vergit in damnum, & præiudicium boni communis, non potest etiam supremus iudex, siue Princeps, in illa dispensare, & contrarium faciens procul dubio peccabit mortaliter. Hec conclusio est cõmunis omnium Doctorum resolutio, & ferè iam cõstat ex supradictis: quamuis enim Principes (vt dicitur) nõ suis, aut suorum prædecessorum legibus astringantur, nec experiantur earundem vim, quam Theologi dicunt coactiuam: experiri tamen debent directiuam, ab ipsaq; in omnibus suis operationibus regi & gubernari. Nec proinde vtendo etiam sua suprema, & absoluta potestate in prædictis legibus vllo modo possunt dispensare, quando id ipsum vergit in præiudicium, & damnum boni communis, & contrarium faciendo procul dubio peccabunt mortaliter.
Non enim Principes † sunt suarum 69
legum Domini, & dispensatores, ac aliorum bonorum suorum temporalium: quin verò in hisce rebus tenetur prudenter, ac rectè se agere, & tunc

tunc solummodo in illis dispensare, quando visum fuerit id ipsum bono communi expedire, aut saltem non esse contra illud: semper habito respectu ad personarum, & delictorũ circumstantias. Vnde in criminibus atrocibus, & quando delinquentes nimium sunt facinorosi, & peccare assueti, ac Reipublicæ nocui nimis: non possunt Principes illis pœnas à legibus taxatas tuta conscientia remittere: nam vergeret id in magnum damnum, & præiudicium Reipublicæ eiusdem, postquam ex eo alij ansam sumerent ad similia crimina, & delicta perpetranda, & totus populus magnum inde scandalum su-

70 meret. Expedit † enim quam maximè ne in Republica delicta maneant impunita, vt habetur in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam, & in c. vt famæ, de sentent. excommunicationis. Videatur hac de re Nauar. in Rubr. de iudicijs à num. 99. cum sequentibus, vbi ad hoc propositum plura dicit, eaque notatu dignissima. Facit & ad hoc cap. est iniusta, 23. q. 4. quod est D. Ambrosij, vbi explicando illa verba Deuterono. 19. quibus de solicitante ad malum dictum fuit à Deo: Non misereberis illius: ac præcipitur de eiusmodi haudquaquam habendam esse misericordiam: & dicit eiusmodi misericordiam esse iniustam, & in fine concludit, quod facilitas veniæ incẽtiuum tribuit delinquẽdi: quod quidem pro iudicibus, ac principibus, quam maximè est notandum, ac memoriæ commendandum. Quibus permotus supradictus Nau. loco vbi

71 supra, dicit mortaliter † peccare non solum Principes, & Monarchas contrarium facientes, verumetiam & illos, qui eosdem obnixè rogant id ipsum vt faciant, & remittant, aut minuant reis, sine iusta, & rationabili causa, pœnas à legibus positas, siue taxatas. A quo (inquit) D. August. quam maximè se abstinuit dum viueret vt scribit Possidonius in vita eiusdem, & habetur in ipsius Epist. 158. & idem Nauar. de se ipso dicit, quod sæpe noluit in id literas deprecatorias ad quendam iudicem suum amicum mittere. Cum prædictis tamen omnibus stat, quod quando id ipsum nõ vergit in damnum Reip. b. ac boni communis, bene possũt Principes & supremi iudices, prædictam pœnarum remissionem, commutationem, siue alterationem facere ex iusta, & rationabili causa. Vtque sciri facilè possit quęnam causæ ad idem eosdem mouere possint, dico breuiter, quod eiusmodi causæ sunt in duplici differentia: quędam intrinsecæ, aliæ verò extrinsecæ. Prioris † generis sunt, minor ætas, ignorantia, discretionis paruitas, & similia, quæ dicuntur intrinsecæ, quia delicto cohærent, delictumque ipsum intrinsecè afficiunt, ac proinde ex sui ratione eiusdem pœnam diminuunt: secundi generis sunt, quæ proueniunt ab extrinseco, vt dignitas personæ, aut notabile obsequium in Rempub. præstitum, non solum à se verum etiam à suis maioribus, fratribus, siue parentibus: quam ob causam supradictus Nauar. loco vbi supra, num. 99. dicit consultum esse pœnam posse diminui, cuidam delinquenti verè iam pœnitenti, propter egregia suorum parentum merita in Rempub. præstita. 72

Quarta Conclusio.

QVamuis iudices † tam sæculares quam Ecclesiastici à iure arbitrium habeant minuẽdi, inmutandi & alterandi delictorum pœnas, iuxta eorundem circunstantias, & qualitates: non tamen debent passim corporales in pecuniarias commutare, propter scãdalum, & malum exemplum quod exinde 73

posset suboriri. Hæc conclusio communis est omnium Doctorum resolutio, & vt credo nulla alia indiget probatione, & de ea videatur Con. lib. 2. variar. ca. 9. num. 2. vbi specialiter de homicidij delicto quærit, an iustè possit puniri pęna tantum pecu-
74 niaria? Et respondet † negatiuè. Cuius rei rationem reddit, quia (inquit) si proprium est iustitiæ punitiuæ, vt pęna delicto correspondeat, vt iuxta peccati mensuram sit & plagarũ modus, ratio ipsa naturalis dictat, quod homicidij crimen non potest iustè pęna pecuniaria puniri, cum pecunia non vitæ possit comparari. Adducit in id ipsum id quod habetur Gen. 9: Quicunque fuderit humanum sanguinem, fundetur & sanguis illius, & Leu. 24. Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. Item & Num. 35. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidij & ipse morietur. Facit ad idẽ id quod habetur in Euang. Matt. 26. à Christo Domino D. Petro fuisse dictum. Omnes qui acceperint gladium gladio peribũt. Facit & c. duo ista, 23. q. 4. & l. 3. C. de Episcopali audientia, vbi dicitur, vt homicida quod fecit expectet. Facit & l. vnica, C. de raptoribus virgi. & l. 3. §. legis, ff. de sicarijs: lex etiam Regia 3. tit. 13. lib. 8. ordinam. & l. 5. tit. 8 part. 7. Quibus omnibus accedit, nam quod homicidia pęna pecuniaria puniantur delinquentibus, & facinorosis hominibus, quam maximam prestaret delinquendi occasionẽ, sed præsertim diuitibus, qui nul-
75 lam pertimescerent † culpam, quam nummis posse redimere existimarẽt. Vt enim dicitur in c. pauper, 11. q. 3. cito violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis posse existimat, & vt dixit olim Arnobius lib. 7. aduersus gentes: Multitudo peccantium crescit, cum redimendi peccati spes datur, & facilè itur ad culpas, vbi venialis est ignoscentium gratia. Qua quidẽ ratione Archidiaconus, Hostiens. Cardin. & Abbas in prædicto c. duo ista, 23 quæst. 4. dicunt,
† quod leges, pęna pecuniaria homicidas punientes, neq; sanctæ, nec Reipub. conuenientes, ac ideo neq; condi, nec seruari debent. Quid. minimè obstat, c. 2. de delictis puerorũ, vbi probatur homicidium posse iustè puniri pęna tantum pecuniaria: nam illa lex cuius ibidem fit mẽtio, procedit vltra corporalem pęnã, vt ibidem dicit Pan. vel intelligitur de homicidio fortuito commisso non verò ex malitia, iux. text. in l. aut facta, §. euentus, ff. de pęnis, & l. Regiæ penul. tit. 13. lib. 8. ordinam. Videatur Con. vbi supra, vbi ad hoc propositum dicit plura, eaq; notatu dignissima, quæ per tempus referre non licet, nec verò expedit, cum videri possint ibidem. Et concludendo dico, cõclusionem nostram prædictam de non facienda commutatione corporalium pęnarum in pecuniariã, quã maximè habere locum in Ecclesiasticis iudicibus, qui in causis criminalibus suorum clericorum rarissimè, aut nunquam id ipsum facere debent, maximè, quando eiusmodi commutatio (communiter vocata compositio) occasio esset eisdem permanendi in suis delictis, contra illud quod habetur in capitulo, licet, de pœnis: in cuius summario dicitur, quod non debent prælatis pro criminosis sustinendis pecuniam exigere, nec etiam correctionis causa, ex cupiditate pœnam pecuniariam imponere. Qua quidem ratione dico, quod id ipsum facientes, & iudices † sæcu- 77
lares in delictis meretricum, & concubinarum, verbera, exilia, & alias pœnas, quibus iuxta leges iustissimè deberent puniri, in pecuniarias commutantes, & easdem

in suis delictis, & criminibus dimit tentes, grauissimè mortaliter peccant. Qua de re videantur Doctores communiter super prædictum capit. licèt, de pœnis. Et Concilium Coloniense part. 4. de iurisdictio. Ecclesiast. capit. 8. Ioan. Driedon de libertat. Ecclesiast. & Caietan. in summa, verb. iudicis peccata, & Nauar. in suo manual. cap. 25. à nu. 12. cum sequentibus, vbi agit de peccatis iudicum. De quibus omnibus videatur etiam supradictus Couar. libr. 2. variar. capit. 9. num. 8. 9. & 10. vbi specialiter tractat de iudicibus Ecclesiasticis: an commutare possint clericorũ pœnas corporales pro suis delictis debitas, in corporales alias. Et de iudicibus sæcularibus videatur Farinac. 1. part. vbi agit de delictorum inquisitione, q. 5. à num 8. cum sequentibus, vbi tractat latissimè de prædictis pœnarum compositionibus, siue commutationibus.

ARTICVLVS VI.

Quænam sint à iudicibus in suis iudicijs summopere obseruanda. vsque ad sententia pronunciationem?

IN hoc articulo resoluentur breuiter, quæ ex varia Doctorum lectione cognoui ac didici summopere esse obseruanda in suis iudicijs à cunctis Prælatis siue iudicibus.

Prima Conclusio.

8 IN primis oportet, † meminerint iudices & Prælati omnes. quod sunt Dei ministri, cuius & in terris vicem gerunt, ab eodem que iudicandi munus, & potestatem acceperunt. Ex quo proinde sequitur, eosdem quam maximè, atque obnixè curare debere, ipsorum iudicium vt è vultu Dei videatur prodire, iuxta illud Psalm. 16. E vultu tuo iudicium meum prodeat. Quod fiet, si Deum ipsum præ oculis habentes, & eundem in omnibus, & per omnia imitari studentes, cum ipsius studium, & iudicandi stylum ex quampluribus suis factis, & innumeris Sacræ Scripturæ locis planè cognouerint, illumque proniorem ad misericordiam, quam ad iustitiam esse viderint: id ipsum & ijdem summo studio conentur efficere; nec inanis gloriæ cupiditate allecti (vt perperam à quibusdam fieri solet) delicta nimia seueritate puniant, quin verò cum mansuetudine misericordia, & charitate, quæ punitione, & correctione digna sunt corrigant. Etenim si in aliquod extremorum declinandum est (vt DD. omnes communiter dicunt) & habetur in capitulo alligant 26. q. 7. multo melius est in misericordia peccare, quam in seueritate siue in iustitia. Debent itaque Prælati siue † iudices, in suis iudicijs ita se 79 habere, vt nec rigor multum sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta, verba sunt expressa Diui Gregorij lib. 19. moral. cap. 23. Sunt enim (inquit D. Gregorius,) nonnulli iudices ita districti, vt etiam omnem mansuetudinem benignitatis amittant: sunt verò alij ita mãsueti, vt omninò perdant districti iura regiminis. Non igitur hoc aut illo modo procedendum est à Prælatis, siue iudicibus, sed iuxta id quod consulit Diuus Isidorus lib. 3. sentent. de summo bono c. 54. & refertur, in cap. omnis distinct. 45. cuius sũt quæ sequũtur expressa verba. Omnis, qui iustè iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroque penso iustitiã & misericordiam portat: & per iustitiam reddit peccanti sententiam, per misericordiam autem peccati temperat penã: vt iu-

vt iusto libramine, quędam per æquitatē corrigat, quędam vero per misericordiam indulgeat. Verba sūt certè ista aurea & mira, à cunctis Prelatis & iudicibus summopere cōsideranda, sunt etenim notatu dignissima. Quæ iudicandi forma tradita est etiam à supradicto Diuo Gregorio homil. 24. super euangelia, refertur que ipsius sententia, in cap. vera iustitia, distinct. 45. cuius sūt quæ sequuntur verba. Vera iustitia compassionem habet, falsa verò dedignationem: quamuis & iusti soleant rectè peccatoribus dedignari: sed aliud est, quod agitur typo superbiæ; aliud quod zelo disciplinæ. Dedignā tur enim, sed non dedignantes, & post pauca. At contra ij, qui de falsa iustitia superbire solēt cęteros quosque despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt, & quo se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiūt. Facit & ad idem id, quod habetur, in capit. licèt eadem dist. quod est Beati Leonis Papę in epist. 82 ad Anastasium, cuius etiam sunt quę sequuntur verba. Licet nonnunquam accidant, quæ in Sacerdotalibus sunt reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quam seueritas; plus cohortatio, quam comminatio; plus charitas, quam potestas. Sed ij qui quæ sua sunt quærunt, nō quę Iesu Christi, facile ab hac lege discernuntur, & dum dominari magis, quam cōsulere subditis quęrunt placet honor inflat superbia, & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Supradicta confirmantur omnia per id, quod dicit Gratianus, & refertur super c. plerique 2. q. 7. §. illi enim, vbi contrariam faciētes comparat olim leuitæ Ozæ, de quo habetur 2. Reg. 6. quod tangendo testamenti arcam, vt eam erigeret recalcitrantibus bobus a Domino percussus interijt. Et postquā dicit quod Oza interpretatur robustus subdit. Ij enim robusti dicuntur, qui cum de sua iustitia præsumunt, misericordiam peccantibus denegandam putant, & impendentes reprehendunt. Vnde à Domino percussi intereunt, quia iuxta Iacob cap. 2. iudiciū sine misericordia illis erit, qui delinquentibus nolunt facere misericordiam: quibus & per Salomonem dicitur Ecclesiast. 7 noli esse nimis iustus, quia est iniustus, qui petit in iustitia sua. Verba sūt certè ista omnia notatu dignissima Quibus se in omnibus, & per omnia confirmando Concilij Tridentini Patres, sess. 13. de reformat. c. 1. agēdo de Prelatis & Ecclesiasticis iudicibus, eosdem admonent, vt meminerint † se esse pa- 80
stores, non percussores: atque oportere ita præesse sibi subditis, vt non in eis dominentur, sed illos tanquam filios, & fratres diligant: elaborentque vt ortando, & monendo ab illicitis deterreant, ne vbi deliquerint, debitis eos pęnis coercere cogantur. Et addunt, quod si quādo aliquem per humanam fragilitatem peccare contigerit, seruetur ab eisdem illa Apostoli Pauli, sententia 2. ad Timoth. 4. vt illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate, patientia, & doctrina: cum sæpè plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam austeritas; plus exhortatio, quam comminatio plus charitas, quam potestas. Postque etiam addunt, quod si ob delicti grauitatē quandoque virga opus fuerit, cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate seueritas adhibēda est. Quid quæso amplius, aut melius dici, aut desiderari potuit? quæ omnia rectè præstabunt iudices, atque Prælati, si nō inanis gloriæ cupiditate allecti, in delictis puniendis nimia seueritate vtantur, aut iniusta miseratione commoti, delicta ipsa omninò impunita relinquant.

Secun-

Secunda Conclusio.

IN processuum † examine & causarum determinatione, cauere debent nimium iudices, & Prælati, ne sint celeres, atque præcipites: nam licet celeritas multoties laudanda sit, & iuxta poeticum dictum, semper noceat differre paratis; non tamen hoc verum habet in iudicando, & iudicij munere exercendo, quin verò debent in processuum examine, & causis determinandis, lento gradu procedere, id quod Hispano sermone dicitur, *con pies de plomo*: partes litigantes, & illos inter quos est lis, & controuersia, equis & benignis auribus audiendo, nihil de iuris ordine (nisi aliunde id ipsum liceat) prætermittendo: & omnia quæ in iure sunt stabilita obnixè obseruando, iuxta id quod habetur in cap. iudicantem 30. quæstione 2. quod est Eleuterij PP. in Epistola ad Galliæ prouincias, cuius sunt quæ sequuntur verba. Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere: interrogandi, respondendi, obijciendique præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarũ partium illuminata, sit plenior. Nec litigantibus iudex prius velit sua sententia obuiare, nisi quando ipsi tam peractis omnibus nihil habeant in quæstione quod proponant: & tamdiù actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perueniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum fortè remaneat, quod annecti conueniat. Videatur ad hoc propositum Glossa prædicti capituli, quæ est valdè notabilis. Ad quod etiam facit quam maximè, id quod dixit olim Diuus Isidorus, & refertur, in cap. sciendum distinct. 39. cuius sunt, quę sequuntur verba. Sciendum est, quod pleraque capitula, ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore consideranda sunt, quorum modi, quia medullitùs non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant, quam intelligant, ante inculpant quam iterando lecta perquirant.

Ex quibus omnibus licebit colligere, quam perperam faciant aliqui iudices, siue Prælati, qui celeriter, & (vt dicitur) breui, & veloci manu expediunt lites, & vt amicis suis potentioribus complaceant, aut certè vt diligẽtes, & expediti ab omnibus habeantur, ac magnorum iudicum nomen acquirant, contrarium omninò practicant: & causas quandoque grauissimas ferè inconsultis partibus determinare non erubescunt. In quo quidem, præterquam quod mortaliter peccant, aut saltim periculo mortaliter peccandi se exponunt, innumeris iniustitijs viam parant, vt enim dicitur, præcipitata voluntas, nouerca est iustitiæ. Quod præsertim faciunt quidam iudices & Prælati, † ingenij nimiam subtilitatem habentes, magna sui ingenij celeritate freti, qui casu, siue causa nõdum enarrata, atque discussa, se iam vsque in finem eandem percepisse contendunt. Vnde fit vt animo immaturo & indigesto, ius ipsum partibus, in magnum ipsorum & suarum litium damnum, & dispendiũ, pronunciant. Meminerint obsecro huiusmodi Prælati, siue iudices, quod ex nimia celeritate non quidẽ recta iudicia: sed praua, & non modica interdum exoriuntur damna: & præterea quod apud viros probos, peritos & doctos, omnia sibi ita probantur incauta, vt enim dixit Seneca, qui citò iudicat, ad pœnitudinem properat: non enim potest vlla res simul esse festina, & vti expedit examinata. Et frequenter contingit, vt id quod in principio malum apparuit, post aliqualem deliberationem, diju-

dijudicari bonum, re amplius discussa ac penitus explorata.

Tertia Conclusio.

83 IVdices & Prælati, † in processibus faciendis, & litibus finiendis atque determinandis, eam curam, studium, atque solicitudinem debent adhibere, quam litis, & causæ materia, & negotij ipsius grauitas expostulauerit. Tenentur enim cuncta rimari, & ex necessarijs omninò nihil prætermittere; processus acta non temerè, & inconsultò transfigere: tunc præsertim quando negotiū fuerit graue, & in quo oporteat vt aduocati, & iurisperiti circa factum, siue ius litigantium consulantur. Et certè contrarium qui faciunt, præterquam quod mortaliter peccant, nec sunt in conscientia tuti; tenentur ad omne damnum illatum, & à suis officijs tanquam iniqui iudices, certè venirent submouendi. Pro hac conclusione facit id quod habetur in supra allegato cap. iudicantem 30. quæst. 5. vbi ab Eleutherio PP. nec immeritò, reprehenditur stulta quorundam iudicum in iudicando audacia, seu potius arrogantia, quod & fecit Diuus Isidorus etiam in supra allegato cap. sciendum dist. 19.
84 vbi inuehitur † in iudices, qui ante iudicant quam intelligant: ante inculpant, quam iterando delicta perquirant. Facit & ad idem id quod habetur, in cap. omnis distinct. 45. vbi de iudicibus agendo post alia sequentia habentur verba. Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timens & tremens in omni negotio formidat: ne de iustitiæ tramite deuians cadat, & vnde nō iustificatur, inde potius condemnetur. In l. etiam lata culpa, ff. de verb. signif. habetur, quod iudex non semel sed pluries processus perlegat, quæ videnda sunt videat, & nihil omissum quod ad suum spectat officium prætereat. Facit & ad hoc id, quod dicitur in cap. graue 35. quæst. 9. vbi habetur, quod veritas sæpius excogitata, magis splendescit in lucem. Quo fit, vt qui iudex intra illum diem, vel sequentem alterum, quo illi causæ processus fuerit præsentatus, sententiam tulerit: huiusmodi sententia † tanquam causa incognita, & actis 85
non visis lata est ipso iure nulla: nam intra tam breue temporis spatium, non iure præsumitur, quod merita illius causæ debitè potuerint perpendi, aut maturè super ea re potuerit deliberari.

Quarta Conclusio.

SVmmopere † aduertere, & obseruare quam maximè oportet 86
iudices, & Prælatos, iudicium exercentes, & lites ac causas forenses determinantes, vt processus acta proprijs oculis subijciant, & non per Notarios, Secretarios, siue Relatores, sed per semetipsos quam maximè fieri poterit, ea semel, & iterum legant, atque perlegant: haud enim potest summatim dici, ex contrario vsu quot mala, & damna in Christiana Republica subsequantur, ex eo quod Notarij, Secretarij, siue Relatores prædicti: vt vni parti fauorabiles se præstent, processus acta substantialia interdum omittunt (vt ne dicam immutant) testiumque depositiones, & ipsarum genuinum intellectum ficta quadam voce multoties peruertere conantur: Quod quis non videat in quantum partium ipsarum, ac totius Reipublicæ vergat damnum, & detrimentum? Hanc igitur † ob causam pro iudicibus sæ- 87
cularibus iure regio habetur stabilitum, idque eis sub grauissimis pœnis omninò præceptum, vt ne tabellionibus processus committant legendos, quod & obseruari deberet ab

omnibus

omnibus Ecclesiasticis iudicibus nec
non & ab omnibus Religionũ om-
niũ superioribus, & Prælatis, ne suo
rum subditorũ causas, & processus
acta, suis secretarijs legenda com-
mittant. Nam quamuis ita sit quod
sine fraude, & dolo, quæ in processi-
bus continentur scripta ad vnguem
referantur ab eisdem: adhuc tamen
multum refert, & reis ac iustitiæ ip-
si summopere erit proficuum, vt iu-
dices, & Prælati ipsi proprijs oculis
eadem videre studeant, vt diligenti
calamo substantialiora processus ad
notare possint in memoriamque re-
digere; & ad sententiam proferen-
dam in promptu habere. Id iudices
& Prælatos omnes facere expedien-
tissimum quidem erit, cum alijs mul
tis litibus, negotijsque innumeris mul
toties distrahantur, & haud possibi-
le sit omnia simul memoria retine-
re. Vt enim dicitur, hominum
memoria labilis est, ac obliuioni ex-
posita, nec humanitatis, sed diuini-
tatis est omnium rerum actualem
notitiam habere. Hoc itaque admo-
tare oportet quam maximè, Iudices
& Prælatos omnes.

Quinta conclusio.

88 ADuertant † etiam summope-
re oportet iudices, & Prelati,
quod in suis iudicijs æquitas
nō à capite, seu imaginaria esse de-
bet, quin verò sẽper regulata à iure.
Pro hac conclusione facit illud, quod
habetur in c. de cōstitutionib. vbi de
iudicibus Ecclesiasticis agendo, præ-
cipitur vt Canonum statuta ab om-
nibus custodiantur, & vt in actioni-
bus et iudicijs suis nemo suo sẽsu sed
eorum authoritate ducatur cui etiã
& alludit illud D. Ambrosij quod re
fertur in cap. iudicet. 3. q. 7. vbi post
alia sequentia habẽtur verba. Bonus
iudex nihil ex arbitrio suo facit, &
domesticæ proposito voluntatis: sed
iuxta leges, & iura pronunciat, statu
tis iuris obtẽperat, nō indulget pro-
priæ volũtati nihil paratũ, & medita
tum è domo defert, sed sicut se habet
negotij natura decernit: obsequitur
legibus, non aduersatur: examinat
causæ merita, non mutat. Post quæ
addit. Discite iudices sæculi, quem
in iudicando tenere debeatis affectũ
quam sobrietatem, quã sinceritatẽ.
Et paulo post. Qui iudicat, nō volũ-
tati suæ obtemperare debet, sed tene
re quod legum est, & post pauca: In
iudicãdo magis cordi sit veritatis cu
stodia, quam obedientia voluntatis.
Verba quidem sunt notatu dignissi-
ma. Quocirca dico, quod quam-
uis † nimia ingenij subtilitas Docto 89
ribus speculantibus, & pro Scholis,
quam maximè æstimanda sit, ni
miumque proficua: non sic autem
iudicibus iudicantibus, & eiusmodi
munus, & officiũ exercentibus: quin
verò multoties nociua, & magna dã
na afferre solet, vt enim dicitur, in
capit. hinc etenim 49. distinct. In-
genij immoderata subtilitas, dum
plus nimio exercetur actionis suæ
rectitudinem confundit. Compatã-
tur enim ingenij nimiam subtilitatẽ
habentes in prædicto capitulo, ho-
minibus habentibus grãdem & tor-
tum nasum, qui (vt habetur Leuit.
21.) olim erant veteri lege à diui-
nis ministerijs prohibiti. Quem
locum explicans Diuus Gregorius
in Pastorali capit. 11. inquit, quod
Nasus grandis, & tortus, est discre-
tionis immoderata subtilitas, quæ
dum plusquã decet excreuerit, actio
nis suæ rectitudinem ipsa confundit.
Quod quidem certissimum est, & ex
perientia rerum omnium magistra
edocente, propter ingenij subtilita-
tem nimiam, sub authoritate iuris,
& multæ scientiæ, quam plurimi iu-
dices perniciosissimè quandoque er-
rarunt, Qua quidem ratione dicunt
communiter DD. quod nimia in-
genij

genij subtilitas iuribus, & legibus otiosa est, & nec propter illam veritas est immutanda; quin verò è contrario fieri debet, & illud quod in puncto iuris verius interdum apparet, veritate cognita, atque perspecta, quandoque immutare licet. Hinc doctissimi, & peritissimi iudices inter iudicādum dicere assolent: Hæc opinio in puncto iuris est verior, sed contraria in praxi obseruanda: & nec quidem id immeritò, cum iuxta sententiā Philosophi multoties contingat, quod multa falsa sunt, aut saltem esse apparent probabiliora veris. Quod quam maximè est notandum, ac memoriæ commendandum.

Sexta Conclusio.

90 IN adhibendis † pęnis, hoc quam maximè præ oculis habere debēt iudices & Prælati, vt curent nimiū esse discreti: & non ad pęnā, punitionem, siue vindictam principaliter attendant: sed potius ad criminū, & malefactorū correctionē, & emēdam; quod quāuis in cunctis iudicibus generale esse debeat, quam maximè tamen id ipsum conuenit Prælatis, & iudicibus Ecclesiasticis: quorū esse debet propriū munus, & officiū subditorum saluti magis prouidere, quam pęnam, siue vindictam ab eisdē exigere: quod certè consequētur, si nunc clementia, & pietate, nunc rigore & seueritate, pro loco & tempore & personarum dignitate, & qualitate vtātur. Vt enim habetur in c. prodest. 23 q 5. plectēdo & ignoscēdo hoc solū bene agitur, vt vita hominum corrigatur. Vnde in leuiori-
91 bus † causis, siue delictis (quę maximè si secreta ipsa sint) priusquam ad vindictā, siue punitionē deueniatur; secreta & verbalis correptio præmittēda est: quia vt habetur, in c. si quis 2. q. 8. in leuibus delictis pudor ipse pro pęna poni potest, & satis sufficiens esse videtur. Cōtra enim processus rationem est, vt quę verbis possumus, verberibus, & flagellis corrigamus. Hoc inquā in leuibus delictis: in grauioribus tamen seueritatem legū, sed adhuc cum misericordiæ tēperamento & clementia adhibere debent iudices, atque Pręlati: ex pęnis à iure constitutis minorem semper eligendo, dubia meliorem in partem interpretando (postquam diffinitiuum ipsorum est iudicium) secus autem in pręsuppositiuo, vt supra, q. 4. art. 6. diximus agendo de iudicibus quantum ad actum iudicandi: & si quando recto tramite recedendum sit, curare debent quam maximè, vt peccēt † magis in misericordia 92
pietate & clementia, quā in seueritate, crudelitate & iustitia nimia: & vt in dubio potius reos absoluant, quā condemnent: etiam & ex hoc maior honor cūctis iudicib. acquiritur, & quidquid perperam alij contrarium existiment (clauę tamen non errāte) maiorem consequuntur gloriam in absoluendo, quam in cōdemnando; & hoc expostulat ipsorū officium, vt iudices & Prælati proniores semper sint ad misericordiam, & clementiā, quam ad seueritatem, & iustitiam.

Septima Conclusio.

QVando iudices † sæculares 93
propter ingentia reorum crimina, vltimo supplicio quēpiam cōdemnare habent, quam maximè oportet illius vt vicem doleāt: vt enim inquit Diuus Gregorius, vera iustitia compassionem habet, falsa autem dedignationem: & vt scripsit Diuus Augustinus Macedonio epist. 54. & refertur in c. prodest. 23. q. 5. debent id ipsum facere nō nocēdi cupiditate, sed consulendi charitate nō inhumaniter, nec immaniter. Faciant & ad hoc quā maximè alia

etiam

etiam eiusdem August. verba, quæ scripsit ad Marcellinum Comitē, & referuntur in c. circumcelliones, eadem causa 23. q. 5. vbi post alia nota bilissima ponūtur. Imple (ò Christiane iudex) pij Patris officium, sic succensere iniquitates memineris, vt nō in peccatorū atrocitatibus exerceas vlciscendi libidinem peccatorū vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Verba sunt aurea, & mira, & à cunctis iudicibus summopere cōsideranda. Etenim qui hominē sponte occidit, eius quē lex occidere iubet, quantum ad Deum reuera est homicida. Pro quo facit quam maximè illud, quod dixit olim Cicero offic. 1. nempe, quod qui Reipublicæ presūt † legibus similes esse debent, quæ ad puniendum non quidem iracundia, sed æquitate ducuntur. Suetonius, etiam tranquillus in Vespasiani vita capit. 15. laudat illum, ex eo quod nunquam cuiuspiam cæde lætatus est quin verò in exequendis iustis enam iudicijs semper lacrymauit, & ingemuit. Et Bias antiquus olim iudex, damnaturus quempiam ad mortem lacrimasse fertur, cum dixisset quidam quid est quod fleas, cum penes te sit eundem non condemnare? Respondit, quia necessarium est, & naturæ affectum, & legi suffragium reddere. Verba quidem sunt quam maximè notanda. Qua quidem ratione omnes in vniuersum iudices vehementer admoneo, prout & superius admonui, vt in his, alijsq; omnibus Deū, cuius in terra vicem gerunt semper præ oculis habeant, omnesque humanos affectus, quam maximè fieri poterit, à se prorsus exuāt, & abijciant: atque in suis iudicijs non odium, aut gratiam spectent, sed in omnibus, & per omnia diuinæ voluntati placere studeant. Vt enim habetur in capit. ipse capit. iudicare, capit. rectè, 11. quæst. 2. odium & gratia duo sunt corrumpēdæ iustitiæ pessimi consultores. Considerent quid secundum æquitatem liceat, quid secundum honestatem deceat: ac tandem quid pro Reipublicæ vtilitate amplecti conueniat. Hinc fiet quod integritatem, & iustitiam perpetuò, atque inuiolabiliter obseruātes: iudicium sed semper cum misericordia faciant, semperque attendāt vt indulgentia nimia, delinquendi iterum occasionem nulli præbeat. In cuius conclusionis
† fine pro Prælatis, & iudicibus ni- 95
mium misericordibus, & iustitię statéram omninò paruipendentibus, adijcere libuit, id quod dicit D. August. & refertur, in cap. qui vitijs 23. quæst. 5. Quod non est misericors, sed crudelis, qui vitijs nutriendis parcit, & fauet. De Licurgo fertur olim dicere solitum fuisse, quod nocentium remissio, improborum studia ad peccādum excitat. Diuus etiam Gregorius explicans illud Psalmi. Lætabitur iustus cū viderit vindictam, inquit, quod pestis Reipublicę est, qui reos, quando conuenit non corrigit. Et idē lib. 1. Epistolæ 33. scribens ad Venantium, & habetur in cap. Ephesijs dist. 43. dicit, quod Prælatus, qui peccātes incorreptos dimittit, ipsos occidit: imò verò dupliciter illos occidit tēporaliter in hoc sæculo, & æternaliter in futuro. Videatur ad hoc propositum, c. infirmitas de pœnitentijs & remis. vbi ad hoc propositum inuenire licebit, plura, atque notatu dignissima.

Octaua Conclusio.

ADuertant † etiam iudices, & 96
Prælati, quod in prolatione sententiæ tria debent esse cōformia: nēpe libellus, probatio, & sētentia. Quæ nunquam proferenda est, priusquam omnia prorsus acta rite, ac rectè fuerint examinata.

ac penitus introspecta: scire vt possint quem debeant condemnare, quem verò absoluere, & quonam pacto circa reum condemnandum, vel absoluendum se debeant habere. Quo viso ac plenè perspecto, haud quaquam decet iudices, siue Prælatos excandescere, furiosè clamare, & imprudenter (vt ne dicam impudenter) reos ipsos verbis iniuriosis obiurgare: ni forsan in aliquo raro casu, quando pro loco, & tempore, pro personæ qualitate, & ex aliqua speciali circunstantia id ipsum ob delicti alicuius grauitatem visum fuerit expedire: & nec tunc nisi cum ea authoritate, & grauitate, qua decet, sententiam debent pronunciare, & proferre.

97 In cuius quidē prolatione † oportet etiam aduertere, quod si ex parte rei alicuius, iurisdictionis exceptio, seu incompetentis iudicij aduersus eosdem fuerit proposita, circa hunc suæ potestatis, & iurisdictionis articulum, priusquam ad vlteriora procedant: pronunciare debent, declarando se esse competentes iudices: Nam cum hæc iurisdictionis potestas basis sit, ac veluti totius iudicij fundamentum, eo sublato totum profectò corrueret ædificium. Sicque id obseruandum omnixè est, nedum in ciuilibus causis, verumetiam in criminalibus, quotiescunque eiusmodi proposita fuerit exceptio: id quod obseruat communis praxis, nā semper ante sententiæ prolationem, dicere solent iudices, quod propter hanc, aut illam rationem nō obstante prædicta recusatione, quod vulgò dicitur, *Se pronuncian jueces de aquella causa*.

Ad vlteriora autem procedendo, si processus factus fuerit per viam accusationis, actore siue accusatore iudicem impellente, siue instigante adhoc, vt iustitiam administret eidem, reo verò se defendente: pronunciare debent ijdem iudices alteram partem nihil omninò probasse, aliam verò plenè suam intentionem probatam habere: ex quo ipsarum † vnā 98 condemnare habent, alteram verò absoluere, & vt Hispano sermone loquar in sententia dicere debent; *Fallo que N. probo bien y cumplidamente su intencion, accusacion y demanda, y assi la doy y prononcio por bien probada, etc. O al contrario sino probo nada.* Et quamuis inter DD. iurisperitos lis sit, & controuersia, neque parua, quin verò magna, an iudex in criminalibus sententijs teneatur exprimere condemnationis causam, de qua controuersia videatur Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 93. num. 1. verbo, fuit aliquādo dubitatum, vbi dicit apud ipsum non seruari talem practicam, nisi quando rei condemnantur in contumaciam, de quo etiam agit q. 44. num. 15. ver. videamus, & quod quando sunt præsentes non quidpiā aliud dicitur, nisi viso hoc processu condemnamus, vel absoluimus, atque ita prolata sententia valet & tenet, vt amplius dicit idem ipse quest. 85. num. 10. vers. vlterius quero. Nihilominus tamen † verior multo, ac 99 rationi conformior videtur maioris iustificationis gratia aliorum sententia, dicentium quod condemnationis causa in sententia etiam inseratur: quam tenet Albinus, in l. properandum, §. illo num. 34. C. de iudicijs, & dicit id ipsum seruari vbique de facto in communi praxi, & quod iudices maleficiorum in suis sententijs ponunt; quoniam, N. accusatus fuit de tali crimine, N. & nobis per legitimos testes, seu per eiusdem confessionem constat quod ipse illud commisit: illum condemnamus ad hoc vel illud, &c. vel è conuerso: si repertus fuit innocens, illum absoluimus, &c. Quam Albini senten. refert August. ad Angelum de maleficijs. verb. & quia nobis, num. 4. dicendo

-cendo id etiam communi obseruan-
tia, à quo non est recedendum: atque
ita prædictam probabiliorem senten
tiam sequendo oportet id ipsum vt
faciat in suis criminalibus sententijs
iudices & Prælati. Qui & in condē-
100 natione † & pena aduertere debent,
reis semper esse imponendas à iure
taxatas ex appositis tamē expedit vt
minorem, atque mitiorem eligant,
nisi aliud delicti grauitas, & aliæ cir
cunstantię exposcant, quod habetur
expresse in l. penult. & finali, ff de pę
nis. Et si quando ex iusta aliqua, &
rationabili causa pęnam aliquam à
iure constitutā immutare, minuere,
& moderare expediens visum fue-
rit (quod posse eosdem facere in præ
cedenti articulo diximus) & tradit il
lud Iul. Clar. in suprad. quæst. 85. n.
10. verb vlterius quæro, oportet quā
maxime, vt iudices atque Prælati,
causam qua ad pęnam iuris immu-
tandam, minuendam, siue moderan
dam moti fuerunt, in ipsa sua senten
tia exprimant, vt ne postea à superio
ribus redarguantur, cum iuxta gra-
uissimorum DD. placitum, puniri ip
si possint, si eiusmodi causa in sentē-
tia non fuerit expressa quāuis enim
101 in dubio † semper præsumendum
sit pro iudicibus, quod non pro libi-
to sed ex iusta causa pęnas iuris im-
mutauerint, quia tamen contingere
potest, quod id ipsum non ita sit
quin verò quod causa fuerit confi-
cta, seu imaginata, nec sufficiens:
consultius multo videtur ad euitan-
dam pęnam, & suspensionem prædi
ctam, & ne forsan totius processus
actus corruat, vt causam, qua ad id
faciendum moti fuerunt in senten-
tia exprimant, eo vel maximè, quia
quotiescūque iudex supplet aliquid
quod ex officio suo facere tenetur,
onus probandi causam sibi incūbit
vt tradit Glos. in ca. iudicantem 30.
quæst. 5. Qua etiam ratione necessa-
102 rium † videtur, vt non solum in sen-
tentia prædicta exprimatur causa, ve
rum etiam & quod id ipsum ex scriptis
& processus actis constet quia vt ha
betur in c. quoniam frequenter, vt li
te nō contestata, haudquaquam stā-
dum est verbo iudicis, nisi quatenus
id, quod dicit legitimis documentis
comprobauerit. Vnde si quandoq;
contingat quod causa sufficiens ad
immutandam, minuendam, siue mo
derandam iuris pęnam, ex processus
actis non appareat, summariè de ea
ante sententiæ prolationem, cogno-
scendum est superiori iudici liquido
vt constare possit eandem fuisse suf-
ficientem. Per quæ superius dicta
exploditur praxis quæ iam pridē in
vsu inoleuit sed perperam: qua qui-
dam iudices, & Prælati pro arbitrio
suo iudicantes, & iuris pęnas ad libi
tum immutantes, minuētes, siue mo
dificantes (vt ne dicam corrumpen-
tes) in suis sententijs generaliter di-
cere assolent, ex iustis causis animū
suum mouentibus, se id ipsum fecis-
se. Non inquam id ita debet fieri
sed (vt prædictum est) causa immu-
tandi, minuendi, siue modificandi
pœnam in sententia ipsa est expri-
menda, quin verò & curandum
quam maximè, vt id etiam ex scri-
ptis, & processus actis appareat, aut
summariè de causa ante prolatio-
nem sententiæ cognoscatur: prout
latissimè tradit supradictus Iu-
lius Clarus loco vbi supra, & Do-
ctor Segura de Aualos 2. parte sui
directorij Ecclesiasticorum iu-
dicum cap. 11. num. 5. vbi
ad hoc propositum
dicit multa quam
maximè
nota-
tu
digna, quæ vide-
ri poterunt
ibidem.

ARTICVLVS VII.

De modo, & forma, quo formanda est sententia diffinitiua, condemnatoria, vel absolutoria.

HVCVSQVE diximus, quæ aduertere, atque obseruare oportet quam maximè, iudices sæculares, siue Prælatos, tam iuxta theoricam, quam iuxta praxim, in substantiandis processibus, & diffiniendis, atque determinandis criminalibus causis. Nunc superest dicamus, qualiter etiam ipsi se habere debeant in pronuncianda sententia diffinitiua, condemnatoria, vel absolutoria dico breuiter, quod post omnia superius dicta, quando reus inquisitus, denunciatus, siue accusatus, in tortura, vel extra ipsam (iuxta modum proprio suo loco dictum) delictum confessus fuerit, & in sua confessione perseuerauerit, ipsamque ratificauerit: aut si non illud fuerit confessus, aduersus eum plenè fuerit probatum legitimis, & sufficientibus testibus; de-
103 uenire † debet iudex ad sententiam diffinitiuam condemnatoriam: aut verò absolutoriam, si contra ipsum nihil omninò fuerit probatum. Vtque præ manibus habeatur qualiter id faciendum sit Hispano sermone eiusmodi sententiam libet apponere, quæ & ferri debet stylo dicendo in sequenti conclusione.

Conclusio.

104 *VIsto esto † processo, que ante mi pende en tre partes de la vna N. actor accusante y de la otra N. reo accusado (y si fuere el juez seglar ha de dezir, y sus procuradores en su nombre) y vistos los autos y meritos de el, y lo que mas de derecho verse debia à que me refiero.*

Fallo que el dicho N. no probo bien y cumplidamente su intention, y lo que probar le conuenia: y el dicho N. no probo nada, que pueda hazer en su defensa. Por lo qual por la culpa que contra el resulta del dicho processo, le debo condenar y condeno en esto y en esto, &c. Lo qual todo se ha de dezir al contrario, si el actor o acusador no vuiere probado nada, y el reo probo lo que conuenia para su defensa. Que en tal caso ha de dezir que le absuelue de la instancia, y condena al acusador à la pena del talion, o a tal o tal pena arbitraria.

Qui de hac sententia condemnatoria, vel absolutoria plura videre voluerit, consulat Paz in sua praxi, tom. 1 p. 5. capit. 3. §. 12. à num. 95. cum sequentibus latissimè, vbi & ad vnguem Hispano sermone ponit, qualiter proferenda sit sententia diffinitiua condemnatoria contra reum, quando in pœna aliqua pecuniaria, exilio, siue relegatione condemnatur, item & quando diffinitiuè condemnari habet ad mortem, & vtrasque exactissimè explicat, dicendo quod quamuis ex communi praxi exprimenda sit in sententia pęna, quam reus pati debet, seu ad quam debet condemnari: siue pro commisso delicto aliqua certa, & determinata statuta sit à iure, siue nulla certa, & determinata reperiatur expressa, sed tantummodo sit arbitraria: nihilominus tamen de iure communi loquendo (inquit) quod sufficeret pronũciare iudicem reum hoc, vel illud delictum commisisse: quamuis in sententia non exprimeret pęnam imponendam: cuius ratio est, nam eo ipso quod determinatur, & declaratur commisisse delictum, pęna per legem determinata esse censetur imposita, quod probat per text. in l. 1. §. nam si quidem, ff. ad turpulianum, quem textum ad hoc notant Glossa, & Doctores communiter ibidem. Et Panormitan.

mitan.in cap. nisi specialis de officio delegati, & Ancharran.in capit. 1. de homicidio lib.6. Quæ supradicta omnia dicit prædictus Paz. quia fuit in ea opinione, quod in sententia pęnæ causa non est nec ffarió exprimenda:sed standum esse credo in supra dictis in præcedenti articulo conclusione vltima. Multa alia dicit quæ per tempus referre non licét, circa pęnas quas iudices reis possunt imponere, tam pęcuniarias, quam exilij iuxta delictorum diuersitatem, necnon & mortis naturalis, in casibus, quibus leges id ipsum disponūt. Ac tandem concludendo dicit, quod

105 † prædictæ sententiæ condemnatoriæ per tabellionem reis debent intimari, & statim in continenti executioni mandari, iuxta textum in l. si quis fortè, ff de pęnis, & l. cum reis, C. eodem titulo, & cap. sicut 2. q. 2. & lex Regia 5 titulo 27. partita 3. & l.1.tit 15. lib. 2. fori quod intel-

106 ligendum † esse dicit, postquam eiusmodi sententiæ fuerint transactæ (vt dicitur) in auctoritatem rei iudicatæ hoc est, postquam transactum fuerit tempus intra quod ab eisdem potuit appellari, iuxta textum in l. addictos, C. de appellationibus: quod confirmat auctoritate Bartoli in l. qui vltimo supplicio. ff. de pęnis ī fine, & Glossa in l. 1. ff nihil innoua. appellat. pend. & c. non solum de appellationibus, lib. 6. quæ est opinio communis, & seruanda stādo in pūcto iuris, quamuis (inquit) non desint qui dicant aliud esse obseruan-

107 dum stando † in communi praxi, & de consuetudine sententias capitales, & corporis afflictiuas, statim executioni esse mandandas, non expectato lapsu tēporis concessi ad appellandum, iuxta legem 101. styli. Quam praxim, vsum & consuetudinem ipse Paz nō approbat, nisi in casu, vel casibus quibus iudex non teneretur appellationi deferre: quod etiam tenet Couarruuias in practic. quęstion. cap. 23. numero 4. vers. sexto est omninò, & Anton. Gomez tomo tertio variarum capit. 13. nu. 36. cum sequentibus, & Iulius Clarus lib. quinto sententiarum, § final. q. 96. num. 1. vers. nunc de executione sententiarum corporaliū videamus, & q. 97. 98. eadem de re agit, ac multis tractat, quibus causis sententiarū capitalium executio sit differenda, aut impediri possit, & q. 99. dicit quænam sit forma exequendi prædictas sententias corporales. A quibus omnibus referendis consulto supersedeo breuitati studens, cum facili negotio videri possint ibidem. Et cōcludendo dico, prædictum modum procedēdi in causis criminalibus obseruandum esse semper, quando delinquentes potuerint haberi, & fuerint præsentes. De modo autem † procedendi contra delinquentes absentes, & qui capi nō potuerūt, vi 108 deatur supradictus Paz in dicta sua praxi tomo 1 parte 5 capit. 4. vbi ea de re latissimè agit, à num. 1. cum sequētibus, & ponit stylum, qui in hisce rebus solet obseruari, à quo etiam referendo, & dicendo consulto supersedeo, cum id non ita esse videatur mei instituti, & professionis, & possit etiam facilè videri ibidem. Sed quia stando in nostro Ecclesiastico foro, quandoque contingit quod reus non diffinitiuè condemnetur ad ordinariam, aut verò arbitrariam pęnam, neque etiam omninò absoluatur: sed indicatur eidem pęna purgationis canonicæ communiter dicta, sciri vt possit, ac haberi præ manibus quid hac in re practicandum sit, sequens instituitur quæstio de eiusmodi purgatione canonica.

QVÆSTIO XXVIII.

De purgatione canonica, & alijs ad tandem materiam spectantibus: in quinque articulos diuisa.

SVMMARIVM.

1. *Purgationis canonicæ pœna in iure ciuili non magna habetur notitia, sed in iure canonico.*
2. *Purgationum modi quibus antiquitus christiani vtebantur, & qui hodie non sunt in vsu.*
3. *Purgatio vulgaris quæ olim fiebat, vt ferri candentis, aquæ bullientis, duelli, & aliorũ nõ est in vsu.*
4. *Monachi olim purgabantur sacra Communione, dicendo corpus Dñi sit mihi ad probationẽ hodie.*
5. *Purgatio olim fuit in vsu apud Christianos, etiam apud Summos Pontifices.*
6. *Leo III. Pontifex coram Carolo Magno se purgauit, et eius forma ponitur.*
7. *Purgatio fiebat etiam olim de iure ciuili, & qualiter.*
Hodie seruatur in causis hæresis & reus in purgatione deficiens habetur pro conuicto. nu. 8. & vide num. 16.
9. *In purgatione canonica de iure ciuili hodie succedit iuramentum de veritate dicenda.*
10. *Purgatio Canonica est probæ æstimationis ob impositum crimen maculatæ legitima probatio iure canonico introducta, &c.*
11. *Fama bona semper est æstimanda, & summo precio habenda.*
Ea contenta contemnuntur etiam virtutes ipsæ, nu. 12.
Qui illam antiquitus integram non habebant ad nullum officium promouebantur, nec sacris ordinibus initiabantur. nu. 13.
Olim omnibus non bene famatis canonica purgatio indicebatur n. 14.
Et qualiter purgabantur nu. 15.
16. *Purgatio canonica, quamuis maiori ex parte desierit esse in vsu, quandoque practicatur in tribunali inquisitorum.*
17. *Hæresis nulla omninò suspicio ferenda est.*
18. *Iudices quid cauere debeant in purgatione canonica imponenda, & aliquem condemnãdo ad purgationem canonicam.*
19. *Crimen si notorium fuerit, plenè, ac sufficienter probatum per testes, aut confessionem non est indicenda purgatio canonica, sed reus puniendus.*
20. *Purgatio canonica est remedium subsidiarium quod cessat existente ordinario.*
21. *Canonica purgatio non est indicenda reo legitimo accusatore existente.*
22. *Purgatio canonica indicitur, quando aliquis laborat infamia, & non potest conuinci, vel etiam non accusatur.*
23. *Fama illa ad purgationem sufficit, quæ à viris probis nõ infamibus, aut leuibus hominibus ortum habet, & quæ ex præsumptione deducitur.*
24. *Indicium sufficientis infamiæ ad indicendam alicui purgationem canonicã quale esse debeat tres referuntur opiniones, vt n. 25. 26. 27.*
28. *Infamia adhoc quod ad indicendã canonicam purgationẽ sufficiat, si orta est à maleuolis, necesse est, quod sit scandalosa, & ex se aliquod graue damnum immineat.*
Infamia aliquãdo fallax est nu. 29.
30. *Purgatio Canonica infamato indicenda est, quando fit inquisitio de aliquo crimine & testes per quos procedit inquisitio, probant semiplenè.*
Qualiter iudex procedere possit ad indicendam purgationem canonicam

nicam post factam prius inquisitionem nu. 31. 32. 33.

34 *Accusatus de crimine, si non plenè conuincatur ex processu, tamen remanet suspicio Episcopo, alijsque honestis viris contra eum, indicenda est purgatio Canonica.*

Intellige, quando vehementer remaneret suspectus nu. 35.

Etiam ex dicto vnius mulieris, si ex hoc infamia apud graues viros resultat, indicenda est purgatio, nu. 36.

37 *In crimine spectante ad Ecclesiam indici potest ab Episcopo purgatio Canonica, non solum clericis verum etiã laicis suis parochianis.*

Contra quod etiam super alijs criminibus indici possit purgatio, n. 38.

Distingue vt nu. 39. & quid seruetur in praxi ibid.

40 *Episcopus, & Prælatus, habens iurisdictionem super moniales, indicere potest purgationem Canonicam moniali sibi subdita infamata de non seruata castitate, si crimen plenè nequeat probari. & hoc de iure communi, quamuis in praxi non seruetur, ibid.*

41 *Purgatio canonica quando sit indicenda iudicis arbitrio, vt plurimum relinquitur.*

42 *Purgans se canonicè iurare debet coram iudice, se non commisisse delictum illud, de quo est infamatus, inquisitus, &c. nec mandasse fieri, nec consuluisse, aut ei authoritatem dedisse.*

43 *Purgationi facienda testes compurgatores concurrere debent qui iurare debent, quod credunt reum veritatem iurasse.*

Quales debeant esse testes compurgatores, nu. 44. & compurgatorum numerus. nu. 45.

46 *Compurgatio facienda est in publico, si purgandus apud populum fuerit diffamatus, vel coram clero siue apud clerum, & in vtroque casu coram iudice siue prælato, & testibus.*

47 *Corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus, illa verò secretius, quæ peccantur secretius.*

48 *Purgatum perfectè, & canonicè iudex statim debet absoluere, eique suspensionem, si præcessit relaxare, ipsum annunciando boni testimonij virum.*

49 *Ecclesia non iudicat de occultis, sed de his, quæ probantur. quæ & proinde interdum falli potest.*

50 *Deficiens in purgatione, si fuerit accusatus, punitur tanquam conuictus, si verò denunciatus erit arbitraria pœna puniendus. & quare puniatur, nu. 52.*

51 *In purgatione quis nam dicatur deficere.*

53 *Clerici non minus studere debent in vitanda infamia, & suspicione, quàm culpam.*

54 *Si contra deficientem in purgatione non fuerit processum, nec per accusationem, nec per denunciationem, sed ex sola infamia, puniri debet pœna extraordinaria.*

55 *Purgatio si non fuerit sufficienter, & canonicè facta, potest quis post ipsam accusari de eodem crimine, & iudex accusationem tenetur admittere.*

Si fuit canonicè præstita, & interueniente accusatore post ipsam regulariter non admittitur accusatio, nisi in aliquo speciali casu nu. 56. vt ibid. notatur.

57 *Si purgatio canonicè sit adimpleta etiam sine accusatione, terminusque à iudice in ea præfixus, cum clausula, de non admittendo accusatore post eum, nullus ad accusandum de nouo est admittendus.*

58 *Purgatione indicta à iudice, & præstita ab infamato, non interueniente accusatore, nec præfixo termino accusare volentibus cum* pre-

prædicta clausula, & decreto, quod eo elapso accusator non admittetur, si adhuc absolutio de facto non interuenit, accusator debet admitti.

59 *Purgatione semel præstita reus non est alia purgatione onerandus, etiam instante accusatore, quando absolutio est sortita effectum, nisi accusator onus probandi in se velit suscipere.*

ARTICVLVS I.

Quidnam sit purgatio canonica, et vnde habuerit ortum, & originem, in quem finem fuerit introducta, & an modo etiam sit in vsu?

PRO huius articuli intelligentia, vt etiam paremus viam ad ea quæ in subsequentibus sunt dicenda, & ne in æquiuoco laborare videamur: aliqua oportet præmittere fundaméta, quibus breuiter explicemus, naturam, essentiam & quidditatem pœnæ huius purgationis canonicæ, & a primis suis liminibus trahamus, & eruamus, ea vnde iam habuerit suum ortum, & originem, constare vt possit, an modo etiam sit in vsu, & in quem finem fuerit introducta?

1 Et dico primò, quod † quamuis supradictæ pœnæ non magna habeatur notitia ex iure ciuili, habetur tamen ex canonico in Decreto Gratiani, 2.q.5. per totam, & in Decretalibus habetur expressus titulus lib. 5. nu. 34. sub hoc etiam nomine de purgatione canonica. Et vt hanc rem magis à suo fonte trahamus, dico cũ Syluest. in summa verb. purgatio canonica. Quod purgatio (vt nomen ipsum sonat) nihil est omnino aliud, quam eductio vitiorum aliquarum sordium de aliquo. Quod contingere pôt multipliciter, secundum quod multis modis dici potest de quopiã, quod sit sordidus, & expurgatione indigeat. Nã primò peccatores † quo 2 ad Deum à peccatorum suorum labe, & fæce purgantur, atque mundantur per Ecclesiastica sacramenta, sed maximè pœnitentiæ, quoad culpam, & quoad pœnam: per tribulationes etiam, & purgatorij ignem, quoad pœnam & venialium culpam, quæ etiam in purgatorio remittitur, & purgatur. Sed de hac purgatione non in præsentiarum est sermo, sed de alia, quæ fit, fierique consueuit in foro exteriori & quoad homines, quando quis aliqua fæce, siue labe reperitur infamatus (saltim præsumptiuè) de aliquo à se commisso delicto, siue crimine. De quo purgationis genere in Scriptura Sacra reperimus olim in veteri lege, vsitatam fuisse quandam ceremoniam Numer. 5. Attamen hæc cum eiusmodi præceptum ceremoniale fuerit positum in lege Moisi, iamque omninò cessauerit & spirauit in morte Christi (vt enim dixit D. Paulus ad Heb. 7. trãslato sacerdotio, necessum fuit, vt legis translatio fieret) non est cur & in eodem explicando nunc immoremur. Et veniendo ad nouum testamẽtum, fuere etiam olim aliqui purgationis modi, qui iam modo etiam non sunt in vsu: quin verò reperiuntur expressè iure prohibiti, quia non ex diuina, aut Ecclesiastica ordinatione, sed ex diabolico instinctu, suũ habuerunt ortum, & originem. Talis fuit † ille ferri candentis, aquæ 3 bullientis, siue frigidæ, duelli, & aliorum, de quibus fit mentio in c. mennam, cap. consuluisti, cap. monomachiam, 2. quæst. 5. & in Decretalibus toto titulo de purgatione vulgari: qui & meritissimè prohibiti sunt, pro eo quod contra diuinum erant expressum præceptum, positum Deuteron. 6. vbi habẽtur illa verba, quorum fit etiam mentio in Euangelio, dicta

dicta fuisse à Christo Domino, diabolo sibi tentationem vade Sathana, nō tentabis Dominum Deum tuum: & quia per eiusmodi purgationes, siue vulgares purgandi modos, multoties absoluendi condemnabantur, & condemnandi, absoluebantur. Quam etiā ob causam è medio sublatus est, ac esse desiit in vsu alius purgandi modus, cuius fit mentio in cap. sæpè, 2. quæst. 5. quo ex decreto Concilij Vvormacien. cap. 15. expur-
4 gabantur olim Monachi, † cum aliquod furtum contingebat in Monasterio: & quia res est notabilis, libuit ipsum producere in medium, & sunt expressa verba prædicti cap. sæpè quę sequuntur. Sæpè contingit vt in Monasterijs furta perpetrentur, & qui ea committant ignorētur. Idcirco statuimus, vt quando ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint, Missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse Abbas præceperit pręsentibus fratribus, & sic expleta Missa omnes communicent in hęc verba: corpus Domini sit mihi ad probationē hodie. Quod quidē faciebant olim Monachi, vt per id ipsum innocentes se ostenderēt. Sed iā hic purgationis modus non etiam in vsu est: quin verò eidem est derogatum, vt ibidem dicit Glossa, verbo sæpè, eius rei rationem reddens, quia (inquit) suspectis non est danda Eucharistia: vt habetur in cap. tribus, de consecrat. dist. 2. & capit. cum delictis de purgatione canonica. His igitur purgationis modis prętermissis est alius introductus, & adinuentus iure canonico, de quo reperiuntur multa iura, 2. quæst. 5. fere per totam, & in Decretalibus toto titulo de purgatione canonica: quo de aliquo crimine infamati, purgari, iubentur coram prelato, siue iudice, vel per solum infamati ipsius iuramentum, aut per iuramentum simul aliquorum testium compurgantium, qui communiter dicuntur compurgatores. Et vt de eo plenior habeatur notitia, sit secundum notabile.

Secundò præmitto, quod fuit
† olim tanta priscis illis Catholicæ 5
Ecclesiæ temporibus, Sanctis Patribus bonæ famæ, ac honestatis cura, vt necdum in clericis & Ecclesiasticis personis, aperta crimina tolerarent: quin verò neque suspicionem, & alicuius criminis infamiam in eisdem sustinere voluerint. Qua quidem ratione, sicut sacris Sanctionibus pro delinquentibus, quorum crimina legitimis testibus possent comprobari, certas atque determinatas statuerunt pęnas: sicque etiam & pro illis, contra quos de crimine aliquo exorta erat infamia, scandalū graue, aut vehemens suspicio ad purgandam eiusmodi infamiam, purgationem canonicam sibi indicendam decreuerunt. De qua pęna (vt dixi) habentur plura iura in decreto 2. quæst. 5. fere per totam: & in decretalibus supradicto titulo de purgatione canonica. Fuit que bonæ tuendæ & conseruandæ famę, apud Sanctos olim Patres tantus ardor, ingensque studium, vt sicut refert Platina in annalibus Romanorum Pontificum, necdum priuati homines in id ipsum purgatione prædicta vsi fuerint, verum etiam & multi Pontifices Maximi de aliquibus criminibus infamati, quamuis à nemine iudicari possent, ipsi nihilominus ex zelo sancto suo, & charitate nimia, semetipsos publicè, ac solemniter purgare haudquaquam sunt dedignati: ad tollendam, atque omninò auferendam, subditorum suorum offensionem, & scandalum, si quod ex illis perceperunt. Nec id immeritò, cum (teste Diuo Augustino libro de bono viduitatis cap. 22.) vita nostra nobis necessaria sit, fama verò etiam

alijs. Sic dicitur de Paschali Primo, Damaso, Symacho alijsque Pontificibus maximis, quod coram toto populo solẽniter se purgarunt, id quod & fecisse legitur Leo III. coram Carolo Magno, Greg. VII. corã Enrico IIII. & Sixtus III. coram Valentiniano, & Pelagius I. coram Narsethe. Qua de re videatur latissimè supradictus Platina, alijque scribentes de Romanorum Pontificũ viti agentes. De purgatione facta à supradicto Sixto III. coram Valentiniano, est textus expressus in iure in capit. mandastis, 2. q. 5. De facta

6 verò à Leone † PP. qui etiam semetipsum purgauit, habetur in capit. auditum est eadem causa, & quæst. & quia ipsius verba meo quidem videri, quam maxima sunt consideratione digna, libet ea hic referre ad vnguem, & sunt quæ sequuntur. Auditũ est (Fratres charissimi) qualiter mali homines, grauia in me crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, purifico me in conspectu vestro coram Deo, & Angelis eius quod istas criminosas, & sceleratas res, quas illi mihi obijciũt, nec perpetraui nec perpetrari iussi. Hoc autẽ faciens cũ sim Põtifex, nõ legẽ perscribo cæteris, quã id ipsũ facere cogãtur, sed ipse à nemine iudicatus neque coactus, spontanea mea voluntate purificare volui me ipsũ, ad suspiciones malas de me tollendas: nõ quasi in canonibus idipsũ inuentũ sit, aut quasi ego hãc consuetudinẽ & decretũ in sancta Ecclesia successoribus meis, aut fratribus & co Episcopis nostris imponã: sed vt melius abscinderetis à vobis rebelles cogitationes. Hęc vbi supra. & quamuis in iure ciuili purgationis prędictę (vt dixi) nõ ita expressa habeatur noti

7 tia, haudquaquã † tamẽ deficit ibidẽ, vbi ipsã possimus fundare. Facitque ad hoc propositũ id quod dicit Iul. Clar. lib. 5. senpent. §. fin. q. 63. n. 4. vers. solet etiam, vbi agendo an iuramentum in causis criminalibus deferri possit in probationis supplementum, postquam dicit quod non, & eam esse opinionem communem: probatque illud nonnullis Doctorum auctoritatibus: tãdem in dicto num. 4. inquit. Solet etiam quandoque accusatore nõ probante, reo deferri iuramentum quod dicitur purgationis, & hoc etiam si reus ipse nihil probauerit, quæ etiam est communis opinio, vt dicit Socinus in l. ait prætor, ff. de iure iur. in principio, vers. circa secundum. Hoc tamen iuramentum purgationis locum habet, quando contra reum ipsum non adsunt indicia, quæ ad torturam sufficiant: & quamuis olim non esset in vsu, nisi cum clericis, (vt dicit Simancas de hæret. cap. 54. in fine) hodie tamẽ præsertim in causis hæresis seruatur † etiam cum 8 laicis, & cum tanto rigore, vt reus in purgatione deficiens habeatur pro conuicto, & puniendus sit pęna ordinaria delicti, de quo imputatur: quam sententiam dicit communiter approbatam Simancas in loco præallegato num. 7. subdens, quod ita fuit obseruatum superioribus annis cum quadam obstetrice, quæ post reconciliationem solemnem, iterum capta defecit in probatione, & tanquam verè relapsa, relicta fuit curiæ sæculari. Forma autem huius purgationis ponitur, per Card. Alex. in cap. 1. 2. quæst. 4. quem refert Follerius in pract. crimin. capit. nono fol. 298 num. 9. & Simancas in loco pręallegato numero 15. Licet autem videatur, quod hæc purgationis species sit potius inuentio, & obseruantia iuris canonici, quam ciuilis, est tamen in vsu etiam de iure ciuili, vt attestatur Ioannes de Anania in capit. excommunicamus, el 1. §. qui

autem

autem nu. 1. de hæretic. prout illum refert Blanc. in practica criminali, folio 37. numero 72. & reperio, quod Bartol. in leg. 4. §. si magister in fine, ff. ad legem Aquiliam, dicit hoc semel fuisse obseruatum Perusij, cum quodam magistro, qui percusserat suum discipulum, & illum refert Angel. de malefic. in verb. adimenauit, numero secundo. Et hoc etiam seruatum fuisse Rothomagi cum quodam iuuene, qui in die festo Pentecostes quãdam ancillam decrepitam interfecerat, recenset Igna. in repetitione, §. non alias, num. 191. & seqq. ff. ad Sillanian. Dicit etiam pract. Iodoc. fol. 125. numero sexto, quod hac forma vtuntur frequenter curiæ spirituales, & earum imitatione etiam tribunalia sæcularia in Flandria, & alijs in locis. Sed certè in hoc Ducatu non seruatur hoc iuramentum purgationis, vt etiam attestatur Bossius in titul. de sentent. numero 75. in
9 fine, sed eius loco † succedit iuramẽtum de veritate dicenda, quod defertur reo in eius examine, iuxta ea, quę dixi supra quæst. 45. versic. sed quæro. Vbi igitur non adsint indicia contra reum, quæ sufficiant ad torturã, reus absolui debet. Si verò existent contra eum indicia, quæ ex suis defensionibus non sint sublata, vel elisa: tunc non est locus iuramento, sed deuenitur ad torturam: & ita quotidie practicatur, vt dicit Blanc. in loco præallegato. Hæc supradictus Iulius Clarus loco vbi supra, quæ quam maximè sunt notanda, ac memoriæ commendanda. Atque ex dictis in prædictis duobus notabilibus, superque satis colligitur solutio difficultatum, propositarum in præsenti articulo, quando quæritur quidnam sit purgatio canonica prædicta, & vnde habuerit ortum, & originem: in quem finem fuerit instituta: & an etiam modò sit in vsu? Vt tamen hæc magis resolutiuè habeantur, de prædictis omnibus sequentes statuuntur conclusiones.

Prima Conclusio.

PVRGATIO † canonica, 10
est probæ æstimationis ob impositum crimen maculatæ legitima probatio, iure canonico introducta ad satisfaciendum alijs, & omnem sinistram opinionem funditus tollendam. Hæc diffinitio siue descriptio purgationis canonicę, traditur ab Hostiensi in titulo de purgatione canonica, §. quid sit canonica purgatio, vbi in id ipsum plures adducit alias, sed cum omnes ad idem tendant, prædicta sufficit. Ex qua colligitur in quem fuerit finem à sacris canonibus instituta: nempe ad recuperandam famam ob impositum crimen maculatam, & ad satisfaciẽdum alijs, & sinistram omnem opinionem funditus tollendam. Ex
quo subinde colligi potest, † quan- 11
tum semper bona fama sit æstimanda, ac summo precio habenda. Ad quod quidem propositum facit quã maximè, id quod dixit olim D. Aug. serm. de communi vita clericorum, & refertur in capitulo nolo, 12. q. 1. vbi cum illis loquendo inquit: Nolo vt aliquis de vobis inueniat malè viuẽdi occasionem, prouidemus enim bona (vt ait Apostolus) non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus: propter nos consciẽtia nostra sufficit nobis, propter vos fama nostra non polluit, sed pollere debet in vobis: tenete, quod dixi atque distinguite. Duæ res sunt conscientia & fama, conscientia necessaria est tibi, sed fama proximo tuo. Qui fidens conscientiæ suæ famam suam negligit, crudelis est. Hæc vbi supra. Facit & ad idem, id quod dixit etiam olim Plato lib. 12. de legibus: Non oportet (inquit) vnquam par-

patefacere vtrum probus an improbus videaris alijs: quando quidē sūt multi (tametsi ipsi improbi sint) qui tamen probi, & qui improbi sint diiudicant. Est enim prauis quoque hominibus, diuina quędam indita vis per quam multi, vel pessimi, rectè sunt opinione, tum verbis: deteriores a melioribus distinguant. Quod & confirmatur ex verbis Diui Chrysostomi. Homil. 24. super epist. ad Hebræ. capit. 11. vbi ea de re agendo dicit: Indidit nobis Deus iudicium, quoddam inuiolabile, quod nunquā valeat corrumpi, etiamsi ad fundum iniquitatis veniamus: quo etiam qui maligni sunt condemnant seipsos, & similes quoque morum suorū, & malitiam omnes accusant, etiam ij, qui illam exercent, & in eadem versantur. Quocirca expedientissimum est, vt bonam apud alios habere existimationem homines non paruipendant. Verba sunt D. Chrysost. expressa. Facit & ad idem quod dixit olim Cicero lib. 1. de offic. Negligere (inquit) quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, verumetiam animi omninò dissoluti. Quod etiam comprobatur ex eo quod refert Cornelius Tacitus lib. 4. annal. dixisse
12 olim Tyberium Cæsarem: † Nempe contemptu famæ, contemni etiam & virtutes ipsas. Eam etiam ob causam Quintus Curtius lib. 7. refert prudēter dixisse olim Alexandrum Magnum. Quod satius est purgatos esse, quam suspectos. Prædicta omnia valde sunt notanda. Ex quibus superq; satis colligitur, quanti semper æstimāda sit fama ab omnibus, sed præsertim a viris Ecclesiasticis. Quæ &
13 in tantum † apud antiquos Ecclesiæ Patres habebatur, vt, qui illam integram non haberent, haudquaquam ad officium [illegible] Ecclesiasticum promouerentur, neque etiam sacris ordinibus initiari permitterētur. Ad quod quidem propositum facit quā maximè, id quod habetur in ca. omnipotens, de accusationib. quod est Diui Gregorij lib. 4. epist. 14. ad Cōstantiam Augustam, c. 78. vbi refertur, quod ab eadem rogatus, vt quēdam non bene famatum promoueret, quique de certo quodam crimine erat accusatus siue denunciatus: eidē respondendo post alia in sequentia verba prorupit. Valde graue est vt vir de quo tāta & talia nūciātur, cum antea requiri, & discuti debeāt: honoretur. Ex quo loco infert Glossa ibidem, quod promouendorū ad honores opinio in nullo debet vacillare: quin verò esse debent bene opinati, & famati. Et Panor super eodē c. inquit. Quod ex dependentia accusationis siue inquisitionis alicuius criminis, redditur persona non integra: si non iure quæsito, saltim quoad ius acquirendum. Quod quam maxima est animaduersione dignum. Facit & ad idem propositum. † magni æ- 14
stimandi famam, id quod habetur in cap. si mala fama, 2 quæst. 5. cuius sunt quæ sequuntur expressa verba. Si mala fama de presbytero exierit, & accusatores, ac testes legales defuerint, ne contra Apostolum infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperentur ministerium nostrum, neve securiores presbyteri existentes licentius in peccatum prolabuntur: secundum decreta maiorum, tum denominatis sibi vicinis presbyteris, quos scimus se nolle peccare, sacramento famā suam purget. Nec solum priscis illis Catholicæ Ecclesiæ tēporibus, purgatio canonica prædicta indicebatur nō bene famatis, seu potius infamatis de aliquo crimine, verumetiam & infamatis de alijs, quæ sine cuiusuis culpa possunt contingere. Ad quod facit c. accedens, de purgatione canonica: vbi infamatus super defectu talium, † haudquaquam fuit promotus ad 15
ordi-

ordines, quousque ea de re prius se purgaret. Et quia verba huius capituli sunt notanda, ea ad vnguem in præsentiarum libuit referre. Dicit ibi Innocent. III. scribens cuidam Florentino Episcopo. Accedens ad præsentiam nostram T. diaconus sui modi nobis insinuatione monstrauit, quod cum à suis æmulis diceretur, quod esset filius Sacerdotis, tu eum nec promouere voluisti: nec permisisti ab alio promoueri. Quocirca mandamus, quatenus si publicè fuerit nota respersus, & de ipsa tibi legitimè cõstare non poterit, purgatione ab ipso recepta, ipsum non differas propter hoc ad Sacerdotis officium promouere: quia etsi non sit nota delicti: est tamen nota defectus impedientis ad sacros ordines promouendum. Prædicta sufficiant, superque satis sint, ad ostẽdendum proprium effectum supradictæ pœnæ purgationis canonicæ, & in quem finem à sanctis Patribus, & sacris canonibus fuerit introducta: nempe ad satisfaciendum alijs, ac famam bonam conseruandam, & de viris quã maximè Ecclesiasticis, sinistram omnem opinionẽ tollendam.

Secunda Conclusio.

16 PVrgatio † canonica prædicta, quamuis magna ex parte iam desierit esse in vsu adhuc tamẽ practicatur (sed rarò) maximè in tribunali Inquisitorum. De veritate huius conclusionis videndus est specialiter Simãc. de cathol. instit. tit. 56. quæst. de purgatione canonica. Vbi postquam nu. 1. multa dixit ad monstrandum quantum semper æstimãda sit fama, in sequenti 2. & 3. dicit, quod quamuis in alijs criminibus sinistra maleuolorum suspicio interdum negligi, & tolerari possit, in hæ
17 resis † tamen, & impietatis crimine, nulla omnino suspicio ferenda, aut dissimulanda est. Quod probat exẽplo Diui Hierony. de quo scribit Rufinus in lib. 1. retractationum in eundem, dixisse: esse quidem gloriosum Christi exemplo patienter iniurias tolerare: at vnam hæreseos notam qui ferat, vel dissimulet, non esse Christianum. Et subdit: Nolo in suspicione hæreseos quemquam esse patientem, ne apud eos, qui eius innocentiam ignorant, dissimulatio conscientia iudicetur si taceat. Quã quidem ob causam (inquit prædictus Simancas) iure, catholica mater nostra Ecclesia sanctissima, hæresis suspicionem vllo modo ferre nõ potest, sed suspectis varijs medetur antidotis, eos nunquam hæreses abiurare, aut semetipsos purgare cogens: interdum etiam quæstionibus veritatem eruens: & frequentissimè pœnis extraordinarijs eosdem coercens: quia purgatio canonica nihil est omnino aliud, quam de aliquo obiecto crimine innocentię ostensio. Hæc Simãcas vbi supra. Qui & postquam n. 26. cum sequentibus, de mẽte Alexandri de Ales 3. par. quæst. 45. num. 3 dicit purgationem canonicam prædictam ortum habuisse ex sacris literis, seu potius ad earundem imitationem iure canonico fuisse introductam: nam vt habetur Exodi 22. suspectus olim de furto iurare tenebatur, quod non extenderit manũ in rem proximi sui. Et Deuteron. 21. dicitur, quod maiores natu ciuitatis suspectæ de homicidio, certa quadã ceremonia purgabantur. Tandem concludendo inquit, quod admonet iterum atque iterum † iudices, vt ne 18
temerè, & de facili quẽquam ad canonicam purgationem condemnẽt, cum res sit fragilis, & periculosa cæca, & fallax, in qua vita & fama reorum ab opinione, arbitrio & credulitate testium expurgatorum pendet. Quibus (inquit) accedit quod ita sunt iam corrupti omne fere hominum

reinũ mores: adeò Christiana charitas refrixit, vt vix inueniri queat qui alterum purgare velit, & qui non de quibusnis facile sinistram suspicionem habeat, & qui res dubias in deteriorem partem non interpretetur. Propter quæ & alias rationes quas ibi affert, & breuitatis gratia facio missas, dicit quod iuxta suam sententia illi tantum se purgare cogendi sunt, quorum fama populo Christiano valde est necessaria, nempe Episcopi, Sacerdotes, Prædicatores, & id genus alij, pro quo citat capit. presbyter, 28. dist. & capit. presbyter si à plebe, ca. si mala fama, 2. quæst. 4. Quod ferè omnino dicit Bernard. Diaz de Lugo in sua practic. crim. c. 49. vbi postquam à num. 1. cum sequentibus plura dicit de prædicta pœna purgationis canonicę, & rebus ad ipsam pertinentibus, tandem in numero quinto cõcludendo dicit, quod hodie raro ipsa indicitur ab Ecclesiasticis iudicibus, & raro etiã, aut nunquam accidit, quod iuxta canonum rigorem in purgatione canonica deficiens, vt conuictus damnetur. Post quæ addit rationem, & causam, ob quam iudices nostri temporis rarissimè aut nunquam vtã tur huiusmodi pœna. Nam quamuis (inquit) partim hoc referri possit ad ipsorum tepiditatem, quibus minima cura est clericos purgandi, ab infamijs, & suspicionibus vehementibus, & satagendi vt Christi bonus odor sint, non nihil tamen prudentis considerationis id ipsum videtur habere, perpendentes facilitatem, qua vulgus hodie contra quemlibet famam suscipiat: quin verò & sustinet, & quam difficile his nostris temporibus inueniantur compurgatores, qui de crimine aliquo notatos ab exorta infamia possint, aut velint liberare: hac (vt videtur) ratione, quia si nominati ad alios compurgandum peccatores, & fragiles sunt, faciliter credunt infamatos commisisse crimina, quorum inculpantur, eadem fragilitate, qua & ipsi solent in alia similia crimina prolabi. Si vero viri sunt probi, cum videãt huius tempestatis morum corruptionem, & clericalis status deformationem, eò quod ad illum sine delectu vndecunque venientes solent admitti, nisi benè notam habeant vitam purgandi clerici, compurgatorum onus quã maximè refugiunt. Hæc (inquit) est causa, ob quam supradictæ purgationis canonicæ pœna, in statu etiam Ecclesiastico, iam penè esse desijt in vsu. Ad cuius rei remedium, vt ne antiquus ille pius Sanctorum Patrum zelus, & ardor omninò pereat, aut si his nostris temporibus ad vnguem seruetur, innocentes quandoq; lædat: consulit prædictus Bernardus Diaz omnibus prælatis, & Eccclesiasticis iudicibus, vt synodali aliqua constitutione, siue publicis edictis, suarum Diœcesum clericos omnes moneant, vt ab omni infamiæ, & suspicionis nota omnino se abstinere procurent, pro certò atque comperto habentes, post monitionem prædictam, si non ipsi vti debẽt tales se exhibuerint, exequendum contra eosdem fore canonum omninò rigorem, iuxta personarum & delictorum qualitatem, & infamiam, siue suspicionem contra illos exortã. Hæc in substantia prædictus Auctor. & multa alia dicit, quæ per tempus referre non licet.

ARTICVLVS II.

Quibus in casibus de iure communi loquendo indicenda sit prædicta purgatio canonica?

HVIC articulo fiet satis per sequentes conclusiones, quibus paulatim certa, & indubitata, ab incertis, & dubijs separantes,

rantes, perspicuum fiet, quid hac in re stando in iure communi debeat obseruari: in casu, quo purgatio prędicta canonica indicenda sit.

Prima Conclusio.

CRimine existente † notorio, plenave probatione per legitimos testes, aut partis confessionem: purgatio canonica infamato indicenda non est, sed debitè puniendus, iuxta delicti qualitatem. Hæc conclusio est omnium Doctorum communis, & colligitur expresse ex cap. cum dilectis, de purgatione canonica, ex illis verbis, ibi, Cum nimirum si crimē notorium existebat, non erat illi indicenda purgatio: sed in eum condemnationis sentētia promulganda. Super quod capitulum notat, & aduertit Glossa, quod cum crimen est notorium, non est canonica purgatio indicenda, sed condemnationis sententia ferenda: quin verò addit, quod in notorijs non est necessaria sententia, quia (vt dicitur) in notorijs iudicis partes non sunt, nisi in exequendo. Facit & ad eādem conclusionem comprobandam, cap. nos inter alios, eodem titulo de purgatione canonica, quatenus ibi dicitur, quod cum quis de crimine aliquo publica infamia laborat, accusatore, & testibus deficientibus, per Episcopū ad purgationem canonicā est compellendus. Ex quo loco à contrario sēsu colligitur, quod accusatore, & testibus existentibus, eiusmodi purgatio canonica non est indicēda. Fauet & huic nostræ resolutioni rō, quædā appositissima, & ea est, quia prædicta † purgatio canonica (vt dicitur) est remedium subsidiarium, quod proinde cessat existente ordinario: ex quo plane sequitur vt in conclusione est dictum, quod crimine existente notorio, aut plene probato per legitimos testes (idemq; est iudicium per partis confessionem) eadem non sit indicenda.

Secunda Conclusio.

NOn etiam † est indicenda prędicta purgatio canonica, regulariter loquendo, legitimo accusatore existente. Hæc conclusio satis constat ex dictis in præcedenti, & prædicto capitulo nos inter, argumento deducto à contrario sensu, ex illis verbis, accusatore, & testibus deficientibus: ex quibus colligitur, quod existente accusatore vel testibus, purgatio prædicta non sit indicenda. Quod tenet expresse Panorm. in c. 2. de purgatione canonicā. Sed eo nihilominus non obstante, Bernardus Diaz de Lugo in sua practica criminali, capit. 48. numero primo, dicit, quod licèt verum sit, quod accusatore existente, purgatio canonica infamato non debeat indici, vt probat textus, & notat prædictus Abb. in dicto capit. 2. de purgatione canonica, eius rei rationem reddens, quia purgatio prædicta est subsidiaria: nihilominus tamen, quando aliquem accusat fiscalis, qui loco iudicis succedit (vt ipse credit) ad ipsius petitionem infamato purgatio canonica optimè indici potest. Quod multum est notandum ac memorię commendandum, sed de hoc infra dicemus amplius. 21

Tertia Conclusio.

CAnonica † purgatio indicenda est, quando quis publica laborat infamia, & non potest conuinci, vel etiam non accusatur. Hanc conclusionem tenet expresse Syluester in summa, verbo purgatio canonica, nu. 2. quæst. 2. vbi quærit, quibus in casib. prædicta purgatio sit indi- 22

indicenda, & respondendo in primo loco constituit positum in conclusione, quod probat per cap. inter sollicitudines, de purgatione canonica, in illis verbis. Neque etiam illud improbamus, quod licèt contra eum nullus accusator legitimus appareret, ex officio tuo tamen (fama publica deferente) voluisti plenius inquirere veritatem. Attendentes autem vulgatam infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem ex testium dictis obortam, quæ contra Decanum facere videbantur, cum propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda, seruantes iustitiam, & mollientes rigorem, purgationem ei quartæ decimæ manus sui ordinis duximus indicendam. Quæ verba ad hoc propositum quàm maximè sunt notanda, & memoriæ commendanda. Sed prædictam conclusionem explicãdo dicit supradictus Syluester loco vbi supra, eandem intel-
23 ligendam esse, dummodò † infamia prædicta habeatur apud bonos & graues viros, & non sit exorta à detractoribus, & malis hominibus: pro quo alegat c. in cunctis 11. q. 3. neque ab inimicis, vt etiam habetur in cap. penult. eod. tit. de purgatione canonica. Qua ratione (inquit) quod illa sola fama purgationem inducit, quæ ex probabili præsumptione orta est, & propter quam iudex ad purgationem, infamatum nullo etiam denunciante posset compellere, iuxta c. presbyter 15. q. 5. vbi vidẽda est, quã maximè glossa, ver. sacramento. Ad quod propositum facit etiam quam maximè, id quod dicit Simancas de cath. instit. tit. 56. à num. 6. cum seq. vbi postquam dicit purgationem canonicam indicendam non esse nisi cum reus publica laborat infamia, & crimen plenè probatum non est, & quod horum altero deficiente, nõ purgatione, sed condemnatione, vel absolutione opus est; addit etiam esse, vt infamiæ causa, & origo inspiciatur, & vt non ab infamibus, seu leuibus hominibus orta sit. Non enim (inquit) temerè quispiam censeri debet publicè infamatus propter istorum rumores, præsertim cũ apud bonos, & graues viros eius existimatio læsa non est. Pro quo allegat prædictum cap. in cunctis, 11. q. 3. & capit. cum in iuuentute, & cap. penult. de purgatione canonica, & c. inquisitionis. § vltim. de accusationibus. Facit & ad idem cap. cum in iuuentute de præsumptionibus. Quibus omnibus visum est superaddere id, quod ad eiusmodi propositum dicit etiam Bernard. Diaz de Lugo in sua pract. crimin. cap. 48. num. 8. vbi inquit, quod infamatus diiudicandus non est, quem paucorum dicta infamant, si ipsius opinio apud bonos, & graues viros non inueniatur læsa: quod probat per cap. inquisitionis, de accusatio. § qua fuisti, & dicit, quod Abb. ibidem diffinit, atq; determinat, quando requiratur maior pars ciuitatis, siue viciniæ, ad hoc vt aliquis meritò dicatur infamatus, respectu habito ad personarum, & locorum qualitatem, quod poterit videri ibidem.

Sed tamen, quia res hæc tanti momenti est, & circa † iudicium sufficientis infamiæ ad indicendam alicui purgationem canonicam (& 24
idem est iudicium ad ineundam contra aliquem particularem inquisitionem) Doctores Iurisperiti non bene sibi cohærent: quin verò in diuersas sunt sentẽtias diuisi, libet ipsas in præsentiarum referre, cum proprijs cuiusque fundamentis, vt melius sciri possit qualiter hæc practicari habeant, cum aliqua sese obtulerit occasio, qua necessum sit deuenire ad indicendam alicui prædictam purgationem canonicam, & dico breuiter, quod hac de re tres versantur opiniones.

Prima

Prima opinio est, † ferè omnium communis, dicētium quod infamia ad hoc, vt sufficiat ad indicendam alicui canonicam purgationem, esse debet orta à beneuolis, & personis fide dignis, non verò à maleuolis, & inimicis. Quam sententiam cōprobauit iura superius adducta de mente Syluestri, & Simancas, in quibus omnibus in compendio, & substantia habetur, non esse iudicum aures inclinandas ad audiendas malignas detractiones, aut ipsis fidem facere debere, cum passim sacri eloquij, testimonia nos doceant, vt aliorū malefacta cum dicuntur, non credantur, nisi fuerint probata. Cui sententiæ, & resolutioni fauet etiam Glossa supradicti capit. cum in iuuentute de præsumptionibus, verbo, malignis, quæ & ex eo colligit argumentum, quod propter infamiam à maleuolis ortam, non est inquisitio facienda, vel purgatio indicenda. Idē tenet Glossa capituli in cunctis, 11. quęst. 3. verb. maledicorum, vbi etiā ex eo argumentum elicit, quod infamia orta ab inimicis nō inducit purgationem, nec etiam orta à leuibus personis, nempè ab illis, qui facilè omnia credunt. Quod etiam tenet expressè Specular. lib. 3. de purg. canonica, verò quod si liquere potest, vbi post alia sequentia verba dicit. Quid si liquere potest infamiam ab inimicis fuisse ortam? Respondeo, quod in tali casu non est purgatio indicenda reo, iuxta cap. omnibus, 2. quæst. 2. cap. in cunctis, 11. quæst. 3. & ca. qualiter & quando de accusatio. Post quæ subdit. Alij dicunt sufficere illam vndecunque sit orta, dum tamen apud bonos grauata sit ipsius opinio: argumento text. in ca. cum in iuuentute, de præsump. tu verò dic quod sicut non valet testimonium prolatum ab inimicis, nec iudex secundum illud debet sentētiare: iuxt. text. in cap. licet, & cap. per tuas, de simonia, & cap. cum oporteat, de accusationib. ita nec propter infamiam ab eisdem ortam indicenda est purgatio reis. Hæc faciūt pro opinione supradicta.

Secunda est opinio † quam defendit Aretinus in cap. at si clerici de iudicijs, vbi dicit, quod si fama ortū, & originem habet à maleuolis purgationem alicuius procurantibus, non est indicenda, iuxta cap. cum in iuuentute, §. nos autem de purg. canonic. at vero si prædicta infamia sit orta à maleuolis, non illam procurantibus, de tali (inquit) casu indici potest eiusmodi purgatio canonica. Quod probat per text. in cap presbyter si à plebe, 2. q. 5. & cap. inter sollicitudines, de purgat. canon. & prędictum Aretinum sequitur Decius. in dicto ca. at si clerici de iudicijs, col. 6. vers. secunda conclusio, quamuis dicat quod contra Aretinum tenēt DD moderni, & hinc inde hanc sententiam discutiendo, iam ex vna parte respōdet iuribus adductis pro opinione Aretini: ex alia verò defendendo ipsum, in suæ sententiæ confirmationem adducit textum in ca. accedens, de purg. canon. & respondet ad cap. qualiter, & quando el 2. de accusationibus. quod allegatur communiter contra Aretinum. & concludendo dicit, quod hæc stat in facultate superioris, qui visis videri dispotest indicere, vel non indicere prædictam purgationem canonicā: quod Aretini dictum hauddquaquā placet mihi: vnde prætermissis prędictis duabus opinionibus, seu potius illas concordando, sit tertia opinio. 26

Tertia opinio, † & (vt videtur) verior, atque probabilior, est Panormitani in cap. cum oporteat de accusationib. concl. 7. verbo primū nunquid. vbi dicit, quod si prædicta infamia ortum habuerit à maleuolis, seu inimicis, & nimium non fuerit scan- 27

scandalosa, sustinenda est, & propter illam taliter infamato indici non potest purgatio canonica, aut contra aliquem fieri potest particularis inquisitio: secus est autem, si ex eiusmodi infamia orta etiam à maleuolis, siue inimicis, ortum fuerit graue aliquod scandalum, vt si propterea eam populus abstineret à diuinis: nam in tali casu purgatio indicenda est, fierique propter eam potest particularis inquisitio. Et vt melius videatur, quod hæc opinio, & sententia est prædicti Panormitani, ipsius verba ad vnguem libet referre, quæ sic habent. Primum nunquid, cũ infamia est orta à maleuolis, fieri posset inquisitio, vel indici purgatio? Quod primum breuiter puto, quod vbi constaret quod infamia orta esset à maleuolis, neque inquisitio, neque purgatio est indicenda, vt probari videtur in cap. cum in iuuentute, de præsumptionibus, & posset dici quod vanę voces non sunt audiendę: iuxta caput Osius de electione: & qđ populus cum male mouetur, est docendus, non sequendus, iuxta cap. docendus, distinct. 62. pro quo facit quod notat Bart. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quęstionib. vbi ait nõ esse curandum de infamia, siue fama, quando non procedit ex probabilibus coniecturis. Attamen si infamia esset scandalosa, vt quia populus propter eam abstinet à diuinis, vel aliud inde timeretur scandalum: tũc si sedari potest per purgationem, indicenda est purgatio. argumento c. mandastis 2. quæstione 5 & ita intelligo istam glossam. Hęc Panorm. vbi supra. Cuius etiam sententiam omnino sequitur Archidiaco. in cap. cum in cunctis 11. quęstione. 5. referendo fundaméta prædicti Panorm. & in substantia dicit, quod propter
28 † infamiam à maleuolis, æmulis, siue inimicis ortã, non est canonica purgatio indicenda: nisi quando ex ea graue aliquod imminet periculum, siue scandalum: bene tamen eodem existẽte, aut si timeatur. Quæ omnia valde sunt notanda, ac memoriæ cõmendanda: sciri vt possit qualiter in purgatione indicenda, seu particulari inquisitione contra aliquem ineunda, sit procedendum. Quę Panormitani, & Archidiaconi sententia satis etiam placuisse videtur Syluestro, in summa verbo purgatio canonica, num. 2. quæst. 2. in 4. dict. necnon & Bernar. Diaz de Lugo in sua pract. crim. canon. cap. 48. num. 9. vers. aduerte præterea, vbi dicit, quod licet infamia orta sit à maleuolis, si est scãdalosa, & potest per purgationem sedari, indicenda est purgatio. Quod probat de mente Abbatis, qui sic intellexit glossam, in cap. qualiter, & quando el secundo, de accusa. colum. penultima. Sed postea prædictus Bernard. Diaz de Lugo, se limitando in sequenti numero 13. dicit, quod circa hanc infamiæ materiam, debent summopere aduertere iudices, atque Prælati; quod infamia † sæpe fallax 29
est, vt inquit Panormit. in cap. cum super in fine, de confess. & iuxta sententiam Diui Bernardi in epistola de perfectione vitæ, sæpè fallitur humana suspicio. Facit & ad idem quod sunt quidam homines adeò temerarij, & ab omni prorsus pietate, & Christiana religione alieni: vt ex leuibus coniecturis, siue signis: grauia quidem, & enormia scelera suspicari & asseuerare non erubescant, in magnum suarum animarum periculum, & alieni honoris, & famæ dispendium. Multa alia ad idem propositum dicit prædictus Bernardus Diaz de Lugo, & quidem notatu dignissima, quæ breuitati consulendo facio missa.

Quar-

Quarta Conclusio.

Purgatio canonica † est etiam indicenda infamato, quando fit inquisitio de aliquo crimine, & testes per quos procedit eiusmodi inquisitio probant semiplenè. Hæc conclusio est Syluest. loco vbi supra num. 2. in 2. dicto quam probat per c. inter sollicitudines, de purg. canon. vbi id ipsum expressè dicitur factum fuisse contra quẽdam Decanum Senonensem, qui fuit grauiter infamatus de hæresi, ex eo, quod in quadam villa nimiam haberet familiaritatem cum hæreticis, propter quod suus Archiepiscopus, quamuis cõtra eum nullus fuisset accusator, ex officio tamen suo, fama publica deferente, ad eiusmodi delicti inquisitionẽ processit, testesque recepit, ac tandem purgationem canonicam eidẽ indixit. Dicit tamen prædictus Syluester esse hanc conclusionem intelligendam, quando per dicta testium insurgit suspicio contra reum, non verò aliter: pro quo citat, c. presbyter 15. qu. 5. & glos. & sunt quidẽ valde notanda quæ dicuntur ibidẽ. Sed circa hoc est aduertẽdum, quod notat Bernard. Diaz de Lugo vbi supra n. 13. in fine. Nempe quod licèt quando iudex ex officio procedit ad inquisitionẽ, si crimen nõ probatur, & infamia remanet, infamato possit indicere purgationem: hoc tamen non tenetur facere, ad petitionem promotoris eiusdem inquisitionis, vt notat Præposit. in capit. de accusatione 2. quæstione 8. colum. 39. vers. sexta differentia: quod tamen ipse intelligendum esse credit, de promotore, qui in id ipsum sponte se obtulit: non verò in promotore fiscali constituto in id ab ipso iudice, qualis est (inquit) fundator suæ denunciationis, & fundamẽtum totius sui operis: nam est maxima differentia inter vnum, & alterum, vt idem ipse probat ibidem.

Etiam est aduertendum † circa 31 conclusionem prædictam, de iudice procedente ad indicendam purgationem canonicam, quãdo prius processit ad cognitionem alicuius delicti per viam inquisitionis: nam eiusmodi delictum esse potest successiuum, & quod facti habet perseuerantiam, vt puta adulterium, seu actualis, & visitata fornicatio: & esse etiam potest non successiuum, sed momentaneum, scandalosum tamen; vt puta si quis fuisset infamatus de eo, quod commisit aliquod homicidium, siue simoniam, cõferendo alicui aliquod beneficium propter tẽporale lucrũ. In quibus duobus delictorum generibus, diuersus est procedẽdi modus, & veniendi ad indicendam canonicam purgationem. Nam in primo fieri non potest id ipsum, nisi seruata omnino forma, capituli si quis presbiter, de purgatione canonica, ex Cõcilio Agatensi, quod quia valde notabile est, hic ad literam libet referre. Si quis presbyter negligens vitæ suæ, prauis exemplis mala de se suspicari permiserit: & populus ab Episcopo iuramento, seu banno Christianitatis astrictus, infamiã eius patefecerit, certique accusatores eius defuerint, admoneatur primo seorsum ab Episcopo: deinde sub duobus vel tribus testibus, & si non emendauerit, Episcopus cum publica increpatione admoneat: si verò nec sic se correxerit, ab officio suspendatur, vsque ad condignam satisfactionem, ne populus fideliũ in eo scandalũ patiatur. Hic procedendi † modus 32 omninò est obseruandus, quando deficiente accusatore, proceditur ad punitionem delicti alicuius successiui, per viam inquisitionis, vtcunque quis infamatus existat. Nam omnia supradicta ad vnguem sunt obseruanda, priusquam

ne suspensionem deueniatur, & indicatur sibi pœna prædictæ purgationis canonicæ: quod ponderat, & aduertit glossa ibi, & satis colligitur ex cap. inter eodem titulo de purgat. canon. Secus est autem, quando delictum fuerit, non quidem successiuū, sed momentaneum, scandalosum tamen & enorme: nam in eo casu ad deueniendum ad suspēsionem, etiam si via inquisitionis procedatur, non necessariæ sunt supradictæ admonitiones, quin verò & frustra fierent, cū (vt supponitur) sit momentaneū, & iam transactum, nec emendari possit; si fuit (v.g.) homicidium, vel alicuius simoniæ vitium. Sicque in
32 tali casu, † prætermissis eiusmodi admonitionibus, procedi potest ad purgationem, vel ad suspensionem, propter delicti enormitatem, & scandalum exinde exortum, quod satis constat ex dicto ca. inter, eod. tit. dę purgatione canonica: cuius etiam sunt, quæ sequuntur expressa verba. Inter solicitudines nostras, illa debet esse præcipua, vt capiamus vulpeculas, & infra. Licet ergo Ecclesiastica constitutio tales ab officio tantum vsque ad purgationem canonicam doceat suspendendos, quia tamen eum etiā à beneficio propter immanitatē criminis suspendisti, nolumus improbare, nec illud etiam improbamus, quod licèt contra eum nullus accusator legitimus appareret, ex officio tuo tamen (fama publica deferente) voluisti plenius inquirere veritatem. Attendentes autem vulgatam infamiam, graue scandalū, & vehementem suspicionem ex testium dictis obortam, quæ contra Decanum facere videbantur, cum propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda; seruantes iustitiam, & mollientes rigorem purgationem ei quartæ decimæ manus sui ordinis duximus indicendam. Ex quo loco glossa ibi colligit, quod licet regulariter loquendo suspensio à principio non sit imponendā, quandoquę tamen propter enormitatem delicti, & scandalum, & infamiam magnā indé exortam, potest Episcopus infamatū ipsum statim suspendere ab officio, & beneficio, prout factum refertur in isto ca. Idem omninò dicit Hostiensis ibidem sequentibus verbis. Nota quod alias propter infamiam non statim quispiam debet suspendi, nisi enormitas delicti, vel scandalū aliud exposcat. Idem etiam dicit Panorm. super prædictum cap. si quis presbyter de purga. canon. verbo, se emendauerit, cuius sunt sequentia verba. Nota quod hic requiruntur admonitiones ante suspensionem, quia delictum fuit successiuum; secus autem si fuisset momentaneum, nam in eo non sunt necessariæ admonitiones, quia frustra fierent, cum hoc non possit emendari: sicque sine admonitionibus ad purgationem, vel suspensionem potest procedi, iuxta c. inter de purgatione canonica. Et aduerte, quod suspensio ab officio, non debet semper fieri ante præstitam purgationem. Sed ille textus debet intelligi, quando delictum est enorme, vel scandalum imminet, vel purgandus est negligens in præstanda purgatione. Hæc Panormitanus vbi supra, & paulo inferius, versic. vlterius nota, dicit. Vlterius nota, quod si per modum inquisitionis crimen non potuit plenè probari, non est reus simpliciter absoluendus: sed si remanet infamia, aut scandalum, vel vehemens suspicio: potest compelli ad se purgandum, & nota ex isto textu singulariter tria, quorum quodlibet sufficit ad purgationem indicendam: hæc sunt, vulgata infamia, scandalum graue, etiam sine infamia (vt differat ab ipsa) & vehemens suspicio. Omnia ista sunt valde notanda, ac memoriæ commendanda.

Quin-

Quinta Conclusio.

34 ETiam est indicenda † purgatio canonica prędicta, quãdo quis est accusatus de crimine, & illud non est plenè probatum, si ex processu ipso remanet suspicio Episcopo, aut Sacerdotibus, seu alijs honestis viris. Hæc etiam conclusio est supradicti Syluestri loco vbi supra num. 2. in tertio dicto, quam & probat, ex cap. omnibus 2. quæst. 5. vbi id ipsum expresse dicitur, & traditur forma qualiter Sacerdotes semetipsos debeant purgare, in casu, quo id ipsum fieri cõtingat. Et ampliat prędictus Syluester conclus prædictam, ad hoc vt procedat in casu, quo accusatus suspectus remaneret solo Episcopo, siue iudici: pro quo citat Raymundum. Sed intelligendum † hoc 35 esse dicit, in casu quo vehementer remaneret suspectus, argumento deducto, ex supradicto, cap. inter sollicitudines, de purgat. canon. & idem (inquit) est dicendum, si prædictus accusatus, in iudicio sponte se de aliquo prodiderit, & deinde laborat suspicione verisimili: quod probat, per capit. si quis de gradu eod. tit. de purgat. canonica, & citat seipsum, verbo inquisitio. 1. §. 8. Et in sequẽti quarto dicto, ampliando etiam conclusionem prædictam, dicit prædi-
36 ctus Syluester, intelligenda esse † prę dicta omnia, indicique posse purgationem canonicam, ad dictum vnius (etiam mulieris) si ex hoc apud graues viros infamia resultat: quod etiam probat ex cap. significasti de adulter. & stupr. vbi id ipsum expressè dicitur. Et à contrario sensu colligit, quod si quis, non est infamatus, neq; inquisitione conuictus, neque accusatus, non potest iudex ex sua suspicione (etiam verisimili) purgationem canonicam alicui indicere; quod probat multis Doctorum authoritatibus, & quia hoc nullo iure cauetur: & si hoc daretur, aperiretur (inquit) profectò via Prælatis ad omnem vindictam exercendam, quia pro libito diceret se de aliquo vehementem suspicionem habere. Qua quidem ratione reprehendit summã Angelicam, Rosellam, concedentes quod verisimilis suspicio (etiam sine infamia) ad indicendam canonicam purgationem sufficiat. Non hoc est (inquit) benedictum, nam oportet quod adsit infamia publica, vel saltim quæ sit exorta ex inquisitione, seu accusatione, & publico iudicio, quod multum est notandum, ac memoriæ commendandum.

Sexta Conclusio.

PVrgatio canonica, † necdum indici potest ab Episcopo Clericis de crimine infamatis, verumetiam, & laicis suis parochianis, quamuis procedere velit ad pœnam illis iudicialiter imponendam, dummodo eiusmodi crimen, siue delictũ sit de spectantibus ad Ecclesiastici Prælati ordinariam habẽtis iurisdictionem, & procedere possunt cõtra laicos. Hęc conclusio constat expressè, ex capitulo nos inter alios de purgat. canon. quod est Alexandri III. cuius sunt, quæ sequuntur expressa verba, & referre ad vnguem illa libuit, quia valde sunt notanda. Nos inter alios, & infra: Quia nos tua fraternitas cõsulere voluit, vtrũ Episcopus parochianum suum ad purgationem cogere possit: Consultationi tuę taliter respondemus, quòd si de aliquo crimine publica laborat infamia, accusatore, & testibus deficientibus, ad purgationem est per ipsum Episcopum compellendus: nisi fortè super ipsos ad superiorem iudicem duxerit appellandum: etenim si appellauerit eius parebit iudicio, ad cuius examen causam 37

voluerit per appellationem transferre. Super quæ verba glossa, verbo deficientibus, dicit id esse intelligendũ (vt diximus) de criminibus ad Ecclesiam pertinentibus, vt puta de hæresi, per cap. excommunicamus, §. adijcimus de hæreticis. Vel de adulterio, vt si consanguineus teneat consanguineam, vel vxorẽ alterius, vel nisi habet iurisdictionem temporalẽ; aliàs (inquit) nõ videtur quod in quolibet crimine possit: argumento deducto à contrario, ex cap. nouit. de iudicijs. Idem omninò dicit Speculator titulo de purgatione canonica, vers. Item purgat se non solum clericus, verumetiam & laicus: pro quo citat prædictum, cap. nos inter alios. Et addit quod Episcopus, siue iudex Ecclesiasticus, indicere etiam potest purgationẽ canonicã mulieribus: quod probat per c. moniales eo. tit. Idem etiam dicit Panormit. super prædictum c. nos inter alios, vbi ad comprobandam conclusionem prædictam, & quod Episcopus, siue Prælati Ecclesiastici, indicere nõ possint laicis purgationem canonicam, nisi tantum in delictis, & criminibus ad Ecclesiæ iurisdictionem spectantibus: de mente Innocentij hac vtitur efficacissima ratione, & ea est. Nam purgatio (inquit) vt ex supradictis constat, non indicitur, nisi in defectum probationis: sed probationes fieri non possunt à iudice Ecclesiastico contra laicum super quolibet crimine, sed tantum super criminibus ad Ecclesiã spectantibus: ergo in alijs casibus non potest Episcopus, aut iudex Ecclesiasticus, purgationem canonicam indicere laico.

Sed Archidiaconus in c. 3. de consuetudine lib. 6. omninò tenet contra
38 rium, † innixus huic fundamento, quod Episcopus inquirere debet contra quemlibet ex sua Diœcesi, ipsumque culpabilem repertum punire, iuxta capit. 1. de officio ordinarij: quod loquitur indistinctè, & absque vlla prorsus differentia: ergo & potest laico purgationem indicere super quolibet crimine, quamuis non sit de Ecclesiasticis, siue ad Ecclesiam spectantibus. Sed hanc dif-
ferẽtiam † concordat Hostiensis, su- 39
per c. quod si dormierit 31. q. 1. & quidem bene: dicendo, quod aut Episcopus vult indicere purgationem laico infamato, ad pœnam ei iudicialiter imponendam: & hoc nõ potest, nisi in criminibus ad Ecclesiam spectantibus, de quibus fit mentio in c. cum sit generale, de foro compet. aut (inquit) vult indicere purgationem, non ad pœnam iudicialiter imponendam, sed aliam pœnitentialem, necessariam ad salutem suæ animæ: & hoc potest, & in hoc casu procedit opinio Archidiaconi, nam potest iudex Ecclesiasticus, quemlibet laicum criminosum repertum compellere ad faciendam pœnitentiam, iuxta c. 1. de sponsal. facit, & c. nouit de iudicijs, & sic pari modo potest & eidem existenti infamato, de quolibet crimine purgationem indicere, cum non debeat pati vt existat laicus in peccato, ne eius sanguis de manibus eius exquiratur, iuxta cap. Ephesijs distinct. 43. & cap. irrefragabili, de officio ordinarij. Hoc modo supradictus Hostiensis cõcordat prædictas duas opiniones, & quod dictum est verum habet loquendo de iure communi, quamuis non ita seruetur in praxi.

Septima Conclusio.

STando † etiam in communi iu- 40
re, Episcopus, siue Prælatus Ecclesiasticus, super moniales iurisdictionem habens, indicere potest purgationem canonicam moniali sibi subditæ, infamatæ de non seruanda castitate, si delictum nõ possit

plenè

plenè probari, & constare de veritate. Hæc conclusio habetur expressa in c. moniales de purgatione canonica, quod est Concil. Melden cuius sunt expressa quæ sequuntur verba. Moniales si libidinibus inseruire accusentur, & manifestè detegi non valuerint: erga regulam suæ opinionis malam famam canonicè purgare cogantur. Super quæ verba glossa in principio elicit regulam, quòd monialis de incestu suspecta, & Prælato denunciata (cessante accusatore) secundum suam regulam purgare se tenetur. Et ibidem verbo valuerint, dicit eiusmodi purgationem faciendam esse, per propriũ ipsius iuramentum, & per testes de credulitate deponentes; aut etiam per aspectũ corporis: pro quo allegat, c. nec aliqua 27. q. 1. vbi ad quoddam aliud propositum dicitur, quod nec aliqua potest hac excusatione se defendere, qđ inspici, & probari possit, an sit virgo. Supradictæ conclusioni assentitur etiam Speculator, in titulo de purgatione canonica, vers. item se purgat. & Panormitan. in d. cap. moniales, vbi post alia dicit, quod regularibus quodque tam viris, quam mulieribus, purgatio indicenda est secundũ suam regulam, vel iuxta Sacros Canones: verum licet sit, quod si delictum de quo fuerint infamati probari possit, purgatio non est indicenda, sed puniendi veniãt. Supradicta omnia sunt vera stando in iure communi, quamuis iam non ita habeantur in communi praxi.

Octaua Conclusio.

41 PVrgatio canonica † quando indicenda sit, iudicis, vel Prælati relinquitur arbitrio. Hæc conclusio satis colligitur ex c. significasti de adulterijs, & c. inquisitionis, §. quæsiuisti de accusatio. & tenet eam expressè Decius in cap. at si clerici de iudicijs, n. 10. vbi dicit, quod quando reis purgatio indicenda sit, recto relinquitur iudicis arbitrio. Quã de re videatur etiam Bern. Diaz de Lugo in sua pra. crim. c. 48. n. 3. & Simancas de cath. insti. tit. 56. n. 8. vbi ad hoc propositum dicit, quod ad purgationem reus non potest cogi, nisi propter graue scandalum ab eo male datum, aut propter magnam, & publicam infamiam, aut deniq; propter vehementem suspicionem, ex dictis testium exortam. Et in summa [illegible] supradicti Decij dicit, qđ recto iudicis arbitrio relinquitur, qñ reis purgatio sit indicenda, pro quo allegat, cap. inter solicitudines, & cap. cum in iuuentute de purgat. canon. Qua quidẽ ratione certò crediderim, quod purgatio prædicta quamuis modò eã multum esset in vsu, non tamẽ passim est indicenda, nisi tantum in casu quo quis multũ esset infamatus, de aliquo à se commisso delicto, & per inquisitionem super eo factam non plenè potuerit probari, mereaturq; torqueri, & id ipsum fieri non possit, siue non expediat: in eo inquam casu purgatio canonica indicenda est illi, non verò in quocunque alio casu non ita graui. Ad quod propositum facit quam maximè, id quod dicit Bernardus Diaz loco vbi supra numero 12. vbi post alia dicit, quod quando forsan aliquis est diffamatus de aliquo delicto, propter aliquos actus extrinsecos quos facit, non est ei statim indicenda purgatio canonica, sed moneri debet, vt ab eiusmodi actibus desistat: quando pro diffamato est aliqua præsumptio, quod non versatur in tali delicto propter fœdus naturale, quod probat per textum in capitulo quorundam distinct. 34. vbi refert quod quidam Episcopus apud Papam fuit diffamatus de eo, quod erat venationi deditus, item & quod habebat cum quadam filia sua im-

immoderatã familiaritatem: & tamẽ nõ propterea indicta sibi fuit purgatio canonica, sed tantummodo iussus fuit salutaribus eloquijs admoneri, seu potius ab Archiepiscopo pastorali, authoritate ei præcipi sub excommunicationis pœna, vt à talibus abstineret: & si in eo inueniretur contumax, quod à suo ministerio cessare deberet, seu, (quod idem est) ab officio deponeretur. Quod aduertit & notat ibi Prepositus, limitando textũ in cap. presbyter si à plebe, & cap. si mala fama 2. quæst. 5. Vt fiat notum quod non pro quibuscunque causis indicenda est prædicta purgatio canonica.

ARTICVLVS III.

De modo, & forma seruanda in purgatione canonica.

Prima Conclusio.

42 IS, cui indicitur † purgatio canonica, iurare debet coram Prælato siue iudice, se nõ commisisse delictũ illud, de quo est infamatus; inquisitus, denunciatus, vel accusatus: quod si delictum ab alio fuerit factum, debet etiam dicere, needum se illud non fecisse, verumetiam neque mandasse, consuluisse, aut ei authoritatem dedisse. Hæc conclusio quoad primam partem, cõstat ex ijs quæ habentur in cap. quoties §. porrò. & c. finali de purgatione canonica. Facit & c. presbyter 2. q. 5. & fauet huic resolutioni Speculator tertia parte titulo de purgatione canonica, verbo, is igitur qui purgandus est, vbi sequentia verba dicit *Is igitur, qui purgandus est, corporaliter iurabit se immunem esse à crimine super quo dicitur infamatus, iuxta c. accepimus de purgatione canonica.* Idem omnino dicit Hostiens. in summa, eodem tit. §. qualiter fieri debeat purgatio canõ. vbi post alia, ait. Hæc est forma, infamatus iurabit se immunem esse ab eo crimine, de quo infamia laborat. Et idem tenet Panormitanus, in supradicto c. fin. de purgatione canonica, vbi post multa alia notabilia, quæ dicit, notat, quod infamatus de aliquo delicto, non cogitur se purgare, dicendo nõ illud commisisse à die natiuitatis suę, quinimo verò si est Prælatus sufficit iurare, se illud non commisisse à tempore suæ promotionis: quod satis expressè colligitur, ex supradicto capitulo accepimus, in illis verbis, iuret se illa minimè commisisse, postquam ad Archiepiscopalem promotus est dignitatem. Quoad secundam verò conclusionis partem: nempè quod si purgatio indicta fuerit super delicto commisso ab alio, iurare etiam debeat needum se illud fecisse, verumetiam neque mandasse, consuluisse, ei fauisse, seu authoritatem dedisse: tradit expressè Syluester in summæ verbo, purgatio canonica, n. 6. probatque illud argumento deducto ex c. si quis viduam, dist. 50. & dicit debere etiam superaddi: nec suo nomine factum ratum habuisse: pro quo citat. c. ad sedem de restitut. spoliatorum.

Secunda Conclusio.

AD faciendam † purgationem prædictam, debent etiam concurrere aliqui testes compurgatores, qui & iurare debent (non quod reus non commiserit illud delictum) sed quod ipsi credunt, ipsum verum iurasse. Hæc conclusio est etiam supradicti Syluestri loco vbi supra, & satis constat ex supradicto c. quoties de purgatione canon. in dicto §. porro, in illis verbis: compurgatores super sancta Dei Euangelia iurabunt, quod ipsi credunt eũ verum iurasse. Vbi glossa verbo credunt, adducit in id ipsum, c. si eo, tit. 43

de

de purgat. canon. in fine, vbi habetur, & compurgatores iurent, quod credunt eum verum iuraſſe. Facit & in id ipſum, c. quotiens, de teſtibus. Aliàs enim (inquit ſupradicta gloſſa) ſubirent anceps periurium, ſi preciſè, iurarent de alieno facto, iuxta text. in l. videamus ff. de in litē iurando, & l. Marcellus, § qui rerū ff. rerum amotarum.

Quales eſſe debeāt † compurgatores prædicti, tradit ſupradictus Sylueſt. loco vbi ſup. n. 5. dicendo quod eſſe debent eiuſdem ordinis, ſiue dignitatis, ſi poſſint haberi iuxta c. inter ſolicitudines de purg. canon. Quod ſi tales non poſſint haberi: quia nempe illi, qui ſunt ſui ordinis ſunt inimici, ſeu infames, ſufficiens erit, quod ſint ordinis inferioris, iuxta c. cum in iuuentute eod. tit. & inquit quod propter hanc cauſam purgari reus poterit etiam cū laicis, iux. c. ſi legitimi, c. omnib. in fine 2. q. 5. imo verò & cum mulieribus religioſis, & honeſtis poteſt quis ſe purgare, iux. c. in decima, 18 q. 2. & ibi glo. Facit, & gloſſa ſupradicti cap. cum in iuuentute, de purg. can. & gl. in c. clerici diſtin 81. & tradit illud expreſſè Panor. in ca. inter de purg. canon. in finalibus verbis: vbi hac de re agendo dicit, quod ſi purgandus eſt pauper, ſiue extraneus, ita quod non habet notos in ciuitate, ac propterea deſunt compurgatores clerici, quod in tali caſu admittuntur laici (etiā fœminæ) & ſi ex hac eadem cauſa laici deficerent, credendum eſſe etiam ſoli expurgādi iuramento. Pro quo vltra prædicta allegat gl. in cap. cum P. de accuſationib. Debent tamen (inquit) compurgatores ſupradicti eſſe viri catholici, vita probati, & gnari conuerſationis eius, qui purgandus eſt, non ſolum de præſenti, verumetiā à tranſacto tempore, vt habetur expreſſè, in ſupradicto c. inter ſolicitudines de purgatione canonica.

Quantus † eſſe debeat compurgatorum numerus, quamuis diffinitus eſſe videatur à DD. vt pro Epiſcopis 12. pro ſacerdotibus ſex, &c. id tamē vt de mente Raymundi dicit Sylu. loco vbi ſupra, iam totum poſitū eſt in recti, ac probi iudicis arbitrio: qui illud debet deliberare ſecundū quod fama, & crimen ſunt magis, vel minus grauia. Pro quo allegat ca. preſbyter, & c. omnibus in fine 2. q. 4. & c. inter ſolicitudines de purg. can. vbi Innocen. III. indixit cuidam Decano 14. compurgatores ſui ordinis, & in c. cum in iuuentute eodem tit. cuidā etiam Epiſcopo indictum fuit, vt ſe purgaret cum duobus Abbatib. Facit & ad idem c. cum P. eodem tit. de purg. canon. Hac de re præter Sylu. ſupradictum videatur etiam Simanc. de cath. inſt. tit. 56. nu. 9. vbi ad hoc propoſitum plura etiam iura allegat, ac dicit nonnulla maximè notatu digna, quod etiam facit Bernat. Diaz de Lugo in ſua pract. crim. c. 48. nu. 5. & 6. 45

Tertia Concluſio.

Compurgatio † ſupradicta facienda eſt in publico, ſi purgandus apud populum fuerit diffamatus, vel coram clero, ſi apud clerum; & in vtroque caſu coram iudice, ſiue Prælato & teſtibus. Hæc concluſio eſt expreſſa Syluest. loco vbi ſupra, num. 4. & probat eam, per c. illud diſt. 23. & c. de crimine 22. q. 5. & c. omnibus 2. q. 4. addēdo quod ſi facta non fuerit coram iudice, aut ſi fuerit vulgaris, nec ſufficiens; etiāſi reus fuerit abſolutus, tenebitur nihilominus iterum ſe canonicè purgare: quod probat dē mente Raymundi, & per cap. ex tuarum, c. cum dilectis, de pur. can. Facit & ad prædictam cōcluſ. c. presbyter ſi à plebe, 2. q. 5. vbi id ipſum ſatis colligitur ex illis verbis, ne populus fidelium 46

scandalum patiatur. Sed quam maximè etiam comprobatur ex ijs, quę habentur, in ca. si peccauerit, 2. q. 1.
47 vbi dicitur † corripienda esse coram omnibus, quæ peccantur corā omnibus, ipsa verò secretius, quæ peccantur secretius. Fauet & huic resolutioni Speculatoris authoritas, tit. de purg. canon. verbo, hoc etiam nota, vbi post alia sequentia habentur verba. Hoc etiam nota quod infamatus apud populum, debet se publicè purgare corā populo; & si apud clerum, coram clero, & in vtroque casu corā iudice: quod probat multorum DD. auctoritatibus. Cui etiā resolutioni fauet & ratio ipsa: nam certum est quod vnusquisque naturæ iure tenetur resarcire damnū illatum, secundum quod & illatū est, vt ne alijs obsit; ergo qui per suum peccatum, & famam malam toti populo scandalum intulit, coram toto populo debet se purgare, vt non sua causa alij peccent. Et idem dico de clero, si peccatum fuerit commissū aut scandalum datum coram eo. De modo & forma, quæ in Inquisitorū tribunali seruatur, in præstāda eiusmodi purgatione canonica, videatur latissimè Simancas loco vbi supra à num. 25. vsque 29. vbi reperire licebit plura, eaque multum notatu digna.

ARTICVLVS IV.

Quisnam sit effectus prędictæ purgationis canonicæ.

Prima Conclusio.

48 SI quis † suam purgationem ritè, ac rectè perfecerit, iudex sine mora relaxare illi debet suspensionem, si præcessit, & ab infamia criminis illum absoluere, annunciando eum esse virum boni testimonij. Hæc conclusio est expressa Syluestri, loco vbi supra, numero septimo, & probat eam ex cap. ex tuarum de purgatione canonica, vbi id ipsum habetur expresse, in illis verbis: quam (scilicet purgationem canonicam) cum præstiterit, suspensionem sibi sine difficultate relaxes, & eum testimonij boni virum annuncians, ab infamia homicidij nullius contradictione, vel appellatione obstante, absoluas. Vbi videnda est glossa, verbo absoluas. Ex quibus verbis superque satis colligitur, quod qui ritè, ac rectè suā purgationem perfecerit: absque dubio absoluendus est à crimine, & ab infamia exinde exorta, & annunciari debet vir boni testimonij: neque infamia præcedens in foro Ecclesiæ debet ei nocere, quamuis infamatus in foro Dei esse possit nocens:
quia Ecclesia † non iudicat de occultis, & sæpè contingat quod suum fallatur iudicium in exteriori foro, stando depositionibus testium, qui interdum mentiri solent, vt habetur, in cap. à nobis, el secondo de sen. ten. excommun. §. nos igitur: cuius sunt hæc quę sequuntur verba. Nos igitur, consultationi tuæ taliter respondemus, quod iudiciū Dei veritati, quæ non fallit nec fallitur semper innititur: iudiciū aūt Ecclesiæ nonnunquā opinionem sequitur, quā sæpe fallere, & falli contingit. Circa veritatē huius cōclusionis videatur Simancas de Cath. instit. tit. 56. à nu. 17. cū seqq. vsque 24. vbi multis probat omninò esse contra rationē eos pluribus simul pœnis puniri, cū pro eodem crimine duplex non debeat pęna infligi. Ex quo proinde colligit purgationē prædictam canonicam, seu aliā pœnam quamcūque statutam, à iure et cōtra suspectos de heresi, per se efficacem esse ad quālibet suspicionē purgandam, dummodo ritè & rectè fuerit facta, cū sufficiēti compurgatorum numero: nec iudi- 49

ci reum debere esse suspectum, vbi iura omnem suspicionem purgatam esse declarant.

Secunda Conclusio.

50 SI quis in indicta † sibi purgatione defecerit, si fuerat accusatus punitur tanquam conuictus, si verò inquisitus, aut denũciatus, erit puniendus pęna arbitraria. Hæc etiã conclusio est supradicti Syluest. loco vbi supra, & quoad primam partẽ probat illã, per c. de hoc & c. insinuatur de simonia, & etiam per c. cũ P. de purg. cano. Quoad secundã verò probat illam de mente Gofredi, Hostiẽsis, & Panormit. in c. accedẽs de accusationib. vbi infamato de quibusdam criminibus canonica purgatio prædicta iubetur indici, & quia non fuit processum per viã accusationis, sed per exceptionis modũ, vt nõ sequeretur prębendam, quam Summus Põtifex eidẽ contulerat, in purgatione deficienti, non quidem pęna ordinaria, sed alia arbitraria iubetur imponi. Tandem probatur prædicta conclusio ex sententia Hostiensis in Summa titulo de purgatione canonica, §. qua pena, cuius sunt sequẽtia verba. Trado tibi regulã, quod sicut puniretur reus de crimine, de quo impetebatur si conuinceretur, cõsiderato modo agendi, sic puniri debet si in purgatione deficiat. Vnde si accusetur de crimine, quod depositionẽ inducit, & indicatur purgatio, in ipsaq; accusatus deficiat deponetur iuxta c. de hoc de simonia, & idẽ suo modo dicendum est, si in modum inquisitionis agatur, quia pęna sibi correspondenti puniri debet. Hac de re videatur etiam Simanc. de cath. instit. tit. 56. num. 13. 14. & 15. vbi dicit quod quamuis inter iurisperitos acris sit contentio, circa pœnam eius, qui in purgatione canonica deficit, verior, & receptior sententia est, vt reus in purgatione canonica deficiens, puniendus sit pęna ordinaria criminis, ac si verè esset conuictus, quod tamen fieri debet iuxta modum, & qualitatem iudicij, quo reus coactus fuit se purgare; hoc est, vt si antecessit accusatio, pęna ordinaria puniatur: si verò per denunciationem, aut inquisitionem fuit processum pœna ordinaria iudicis arbitrio temperetur. Pro quo adducit multa iura, & quam plures Doctorum authoritates, quæ poterunt videri ibidem, applicãdoque id ipsum ad suum propositum subdit, quod cum de crimine hęresis promotor fiscalis semper accuset consequẽs fit, vt qui in purgatione deficit non secus atque consummatus hæreticus pęna ordinaria debeat puniri, & sic (inquit) communiter habetur in vsu. Post quæ quæstionem quandam quam maximè notatu dignam proponit, ea est, † quisnam in purgatione dicatur deficere? an is 51
qui ab omnibus expurgatoribus derelinquitur, vel qui à maiori parte, an qui à parte minori, vel qui ab vno tantum? Cui difficultati satisfaciẽs inquit, quod olim qui deficiebat in vno dumtaxat compurgatore, vt conuictus comdemnabatur, quia non purgabatur ab omnibus: sed cum id periculosissimum esset, ac fortè ab omnibus purgatus dici posset, qui à maiori parte purgaretur: idcirco receptum est vt eo tempore quo numerus compurgatorum diffinitur, eodem quoque decernatur, vt si defecerit in vno, duobus, vel tribus aut pluribus pro hæretico conuicto habeatur: & quod vtrumque eadem omninò ratione in iudicis arbitrio positum est; pro quo adducit multa iura, quæ breuitati consulendo facio missa. Prædictæ nostræ conclusioni fauet etiam Bernard. Diaz de Lugo in sua pract. crim. capit. 49. numero 1. vbi

vbi dicit quod reus in purgatione deficiens punitur vt conuictus quãuis non verè, sed interpretatiuè dicatur conuictus, vt notat Glossa notabilis, in capit. inter solicitudines de purg canon. quod probat ex supra allatis iuribus. Et addit quod si infamatus de aliquo crimine non potest compurgatores habere, quia testes non confidunt de eo, seu ipse non se confidit de eis, quod habetur pro conuicto: & deficiente in purgatione. Quod (inquit) notat Abb. referendo Hostiensem, in d. cap. inter, circa finem. Addit etiam alium singularem, in quo quis habetur pro conuicto, propter non præstitam purgationem: & ille est quando aliquis absens est infamatus de crimine, vehementerque suspectus, & citatur ad se purgandum peremptorio sibi præfixo termino, si intra illum terminum purgationem non præstet: habetur (inquit) pro conuicto: quod etiam notat Abb. in c. cum P. vers. ex hoc de purgat. canon. & idem Abbas, ex glossa in c. insinuatum de simonia, quam etiam allegat, in cap. accedens de accusationibus, & colligit rationem, quare † deficiens in purgatione puniatur vt cõuictus, ea est, quia præsumptio probabilis orta ex infamia transit in violentam, cum reus deficit in se purgando, & violenta (inquit) sufficit ad condemnationem, iuxta cap. afferte de præsumptionib. & tex. in l. indicia, C. de rei vend. Sed hæc glossæ, & Abbatis ratio haudquaquam placet supradicto Bernardo Diaz: & dicit quod salua pace tanti Patris non sibi videtur bona, quia (inquit) violenta præsumptio non sufficit ad imponendam pœnam ordinariam delicti, neque hoc probant iura per Abbatem adducta. Quapropter prædicta ratione prætermissa, ait quod vera ratio est, quia canonũ conditores hũc voluerunt seruare rigorem, vt clerici † non minus studerent in vitanda infamia, & suspicione vehementi, quam culpam ipsam: propter salutem Christiani populi, qui nimis inficitur ex perniciosa exemplo à clericis habito: considerantes quod cum pœna ordinaria canonis contra legitima probatione conuictum, non sit pęna mortis, aut mutilationis membri, non multi erat rigoris clericum in purgatione deficientem haberi pro conuicto, & ęquali pęna puniri, ac si re vera fuisset conuictus. Quod multum est notandum.

52 (margin, at "nem, quare † deficiens")

53 (margin, at "ci † non minus")

Tertia Conclusio.

Si quis in † purgatione deficiat, & non fuerit processum contra ipsum aliquo prędictorum modorum, sed solummodo propter infamiam purgatio fuerit sibi indicta, puniri debet pęna extraordinaria. Hæc conclusio est etiam Syluestri, loco vbi supra, probat eam, ex cap. significasti de adulterijs, vbi quidã sacerdos de commisso adulterio intra Ecclesiam infamatus, iussus est canonicè purgari, & dicitur quod si in purgatione deficeret puniretur, non quidem pœna ordinaria, sed extraordinaria, & sic dicit Syluester hunc textum esse intelligendum, & aduertit secundum Innocentium, quod cum in hoc casu iudex ex pręsumptione procedat, debet multum sententiam suam temperare, vt notant DD. in supradicto capitulo afferte de præsumptionibus. 54

AR-

ARTICVLVS V.

An possit quispiam accusari de eodem crimine, de quo fuit iam purgatus?

Prima Conclusio.

55 SI purgatio † non fuit sufficienter, ac canonicè præstita, bene potest quis post ipsam accusari de eodem crimine, & iudex tenetur accusationem superuenientem admittere. Hæc conclusio colligitur expressè ex c. ex tuarū de purgatione canonica: vbi absolutio facta de quodam infamato secundū purgationem vulgarem non tenuit, & ea non obstante iussa de nouo fuit indici sibi purgatio, & admissa fuit accusatio. Quod etiam dicit Panorm. super prædictum capit. ex tuarum verbo, sed quoad principalem, vbi post multa alia sequentia subiungit verba. Capiendo veriores opiniones concludendum est, quod si purgatio non fuit canonicè præstita admittitur accusatio, non obstante prima purgatione.

Secunda Conclusio.

56 SI purgatio † fuit canonicè præstita, & maximè interueniente accusatore regulariter loquendo post ipsā non admittitur accusatio, nisi forsan in aliquo speciali casu. Hęc conclusio quoad primā partem satis colligitur, ex textu in l. si cui, §. de iisdem criminibus, ff. de accusationib. vbi sequentia habentur verba: de iisdem criminibus, quibus quis liberatus est, non debet Præses pati eundem iterum accusari, & ita Diuus Pius Salbio Valēti rescripsit. Quoad secundam verò partem probatur ex verbis subsequentibus ibidem, sed vtrum hoc ab eodem, an verò nec ab alio accusari possit, vidēdū est, & putem quod res inter alios iudicatæ alijs præiudicant. Videantur sequentia verba, vbi duos constituit casus, in quibus semel accusatus, & liberatus, potest iterum accusari ab eodem, seu etiam ab alio qui duo casus referuntur à glossa, capitulo ex tuarum de purgatione canonica, verbo absoluas: hi sunt quando accusans de præcedente accusatione, & liberatione omninò fuerit ignorans, aut si suam prosequatur iniuriam: qui duo casu quā maximè probantur à glossa prædicti capituli ex tuarum, & à Panormitano ibidem, & à glossa etiam dictæ legis si cui, §. iis criminibus, ff. de accusationib. per quæ manet satis probata prædicta conclusio.

Tertia Conclusio.

INdicta † prædicta canonica purgatione à iudice, & adimpleta à reo, secundum Sacros Canones, etiam non interueniente accusatore cessante rationabili causa suæ non accusationis, & termino iam præfixo omnibus accusare volentibus, cum clausula decreti, quod post terminum non audietur accusator, nullus omninò de nouo est admittēdus. Hæc conclusio habetur expressè, argumento deducto à simili, ex iis, quæ dicuntur, in capit. fin. qui matrim. accus. possunt, vbi eadem omninò verba habentur: vtque plenius conclusio prædicta intelligatur, libet ea in præsentiarum ad vnguem transcribere, & sunt quæ sequuntur. Cum in tua Diœcesi, & infra. Si verò post contractum matrimonium aliquis appareat accusator, cum non prodierit in publicum quando banna secundum consuetudinē in Ecclesiis edebantur, verū vox sue debeat accusationis admitti merito quæri pōt. Super quo sic duximus distin- 57

distinguendum: quod si tempore denunciationis præmissæ, is qui iã coniunctos impetit, extra Diœcesim existebat, vel aliàs denunciatio non potuit ad eius notitiam peruenire, vtputa si nimiæ infirmitatis feruore laborans, sanæ mentis patiebatur exilium; vel in annis tã teneris constitutus quod ad comprehẽsionem taliũ eius ætas sufficere non valebat, seu alia causa legitima fuerit impeditus eius accusatio debet audiri. Alioquin cũ rationabiliter præsumatur, quod denunciationem publicè factã idem existens in ipsa Diœcesi minimè ignorauit, tanquã suspectus est proculdubio repellẽdus, nisi proprio firmauerit iuramento, quod postea didicerit ea quæ obiecerit, & ad hoc ex malitia non procedat: quia tunc etiamsi didicisset ab illis, qui denunciationis tẽpore siluerunt, claudi nõ debet eidem aditus accusandi, quoniam & si ab impetitione huiusmodi culpa de silentio tali cõtracta illos excluderet iste tamẽ amoueri nequiret, cum culpabilis non existat: Verba quidem sunt notatu dignissima. Per quæ satis concluditur nostrum propositum, manetque probata conclusio prædicta. Cui & fauet glossa prædicti capituli, & Panorm. ibidẽ, sed breuius, doctius & expressius, in c. ex tuarum de purgat. canon. vbi dicit ea, quæ à nobis in conclusione sunt dicta, & probat illa se referẽdo ad prædictũ cap. fin. qui matrimon. accus. possunt.

Quarta Conclusio.

58 PVrgatione † indicta à iudice, & præstita ab infamato: non interueniente accusatore, nec præfixo termino accusare volentibus, cum supradicta clausula, & decreto quod eo elapso accusator non admittetur, si adhuc absolutio de facto non interuenit, accusator poterit, quin verò debet admitti. Hæc etiam conclusio probatur argumento deducto, ex text. in l. admonendi, ff. de iure iurãdo. Cuius sunt quæ sequuntur expressa verba. Admonẽdi sumus, interdum etiam post ius iurandum exactum, permitti constitutionibus Principum ex integro causam agere, si quis noua instrumenta se inuenisse dicat, quibus nunc solis vsurus sit: sed hæ constitutiones tunc videntur locum habere, cũ à iudice aliquis absolutus fuerit. Solẽt enim sæpè iudices in causis dubijs, exacto iuramẽto, iudicare secũdum eum qui iurauerit. Hæc in dicta lege admonẽdi, per quæ satis manet probata conclusio: cui etiam fauet Bart. ibidem, legem prædictam illustrando, multis alijs in id ipsum adductis legibus, & rationibus. Fauet etiam, & nostræ conclusioni Panormit. in c. ex tuarum, de purgat. canon. vbi dicit eadem met fere verba, quæ à nobis sunt dicta.

Quinta conclusio.

PVrgatione † præstita quæ indicta fuit à iudice, purgatus non est alia noua purgatione onerandus, etiam instante accusatore: quando absolutio est suum iam sortita effectum, nisi accusator onus probandi velit in se suscipere: tunc enim accusatio admitti debet, non obstante absolutione facta à iudice. 59
Hæc cõclusio est expressa Panormitani, in supradicto cap. 4. tuarum de purgatione canonica, cuius sunt quæ sequuntur expressa verba. Aut absolutio est iam præstita, & tunc si accusator vult eum onerare onere se purgandi, non potest id facere per hoc capitulũ: si autem vult suscipere in se onus probandi, põt facere, & debet admitti, nõ obstãte absolutione prius prǽstita. Et ratio est, quia absolutio fuit facta per probationes nõ integras, nẽpe per testes, q̃ iurauerũt

de

de credulitate,& vbi abſolutio facta eſt ex probatione nõ integra: nõ obſtat reperta de nouo probatione integra: iuxta textum in l.admonendi, ff.de iure iurando, & cap.fin.eodem titulo,de iure iurando, facit & quod dixi in cap. propoſuiſti de probatio. Hæc Panormitan.vbi ſupra. Qui & in eodem capitulo verbo, ſecundo nota,poſt multa alia concludit, neminem ſemel iam purgatum obligari poſſe ad ſe iterum purgandum, niſi extantibus nouis iudicijs contra illum,quod multum eſt notandum, ac memoriæ commendandum.Quæ pro tota hac quæſtione dicta ſufficiant.

QVÆSTIO XXIX.

De reis quantum ad appellationem, ante, vel poſt ſententiam diffinitiuam,in 9.artic.diuiſa.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio eſt prouocatio cauſa à minore ad ſuperiorem iudicem ratione illati, vel inferendi grauaminis,&c.*

Eſt cunctis hominibus maximè neceſſaria nu.2.

3 *Appellatio eſt duplex, quædam iudicialis, alia verò extraiudicialis.*

Extraiudicialis appellatio quæ ſit, & quotuplex nu.4.

5 *Prouocatio & appellatio in iure confunduntur.*

6 *Appellatio effectum duplicem parit, nempe ſuſpenſiuum, & deuolutiuum.*

Et ea pendente iudices inferiores abſtinere debent ad executione numerò 7.

Extraiudicialis appellatio ſuſpenſionem, & deuolutionem inducit num.8.

9 *Appellatio quantum ad ſubſtantiã eſt de iure naturali, quo verò ad ipſius formam, eſt de iure poſitiuo.*

10 *Naturalis defenſio nulli vnquam eſt deneganda.*

11 *Princeps quoad ſubſtantiam appellationem immutare non poteſt, ſecus quoad formam, ſiue ſolemnitatem in ea ſeruandam, ea quæ ſpectant ad ius naturale tollere, nec immutare poteſt, vt ſunt citatio, vt ſibi detur indiciorum copia & vt habeatur recurſus ad ſuperiorem, non ad inferiorem, neque æqualem nu.12.*

13 *Lex, aut ſtatutum, ſiue conſuetudo, quod appelletur ad Papam, ſiue Regem omiſſo medio valet.*

14 *Appellare non licet, ſiue iudicium per appellationem declinare; probatur vt nu.15.16.contra nu.17. argumentis reſpondetur,& declaratur concluſio nu.24.25.26.*

18 *Appellare, & iudicium per appellationem declinare, quando quis comperit ſe grauatum, & timet grauandum,licitè poteſt, & cauſam ad ſuperiorem reuocare.*

19 *Appellare non licet ad ſuperiorem ad hoc vt iuſta differatur ſententia inferioris iudicis, & eſt peccatum mortale.*

20 *Appellans iniuſtè iudici iniuriam infert, & aduerſario cuius iuſtitiam perturbat & puniendus eſt iniuſtè appellans nu 21.*

Qui credit, & pro certo habet ſe iuſtè damnatum eſſe à iudice, ſententiam debet patienter ſubire, & appellans ratione differendæ ſententiæ iuſtæ mortaliter peccat. num.22.

Secus quando eſt in dubio, numero 23.

27 *Religioſi,quando grauantur ad ſuos ſuperiores poſſunt appellare,quod probatur, vt num.28.29. & ſeq. contra nu.34.*

Diſtingue nu.35. & ſequen.

Decla-

lariter non datur à correctionibus, nisi excedatur modus; nec a mero executore datur appellatio; nisi modum debitum excedat numero 63. neque à iudice arbitro ibid.

Nec à sententia iudicis liberum arbitrium habentis nu. 64.

65 *Appellatio non datur in criminibus notorijs, nisi quando aliquam habent excusationem, & cum expressione causæ, vt num. 66.*

Et quando appellare possit repertus in flagranti crimine nu. 67.

68 *Confessus simul, & conuictus appellare non potest, & si appellet non obstante appellatione iudex suam sententiam exequi potest. quod declaratur ibid.*

Secus in reo tantum conuicto, nam illi non est prohibitum appellare, num. 69.

Et intellige etiam quando confessio post torturam fuit ratificata numero 70.

71 *Princeps non semper tenetur etiam legitimis appellationibus deferre, quin verò aliquos casus potest statuere, quibus iudices etiam inferiores possint procedere appellatione remota.*

Quod passim neque sine iusta ratione debent facere nu. 72.

Appellatione negata non tamen negatur recursus ad superiorem per viam supplicationis nu. 73.

74 *Appellatio in casibus, quibus iubetur procedi appellatione remota, non habet effectum suspensiuum, sed deuolutiuum.*

75 *Iudicibus, siue Prælatis si præcipiatur procedere appellatione remota, intelligendum est de appellationibus friuolis, & de legitimis, si non fuerint factæ in casibus à iure expressis.*

76 *Iudices, & Prælati inferiores in non deferendo legitimis appellationibus, quando id facere tenentur, mortaliter peccant.*

77 *Priuilegia, & iura appellationem tollentia sunt intelligenda in foro exteriori, non verò in interiori declara num. sequen. 78.*

79 *Appellatio non debet fieri, nisi de minori ad maiorem, & non omisso medio, sed gradatim, sed tamen hoc non est de iudicijs substantialibus, & ideo potest consuetudine introduci, vt appelletur ad Papam omisso medio nu 80.*

Et in foro ecclesiastico appellatur ad Papam omisso medio nu. 81.

82 *Appellatio prosequenda est infra tempus à iudice, siue à iure præfixum aliàs deserta manet.*

Qualiter sit interponenda, & prosequenda. nu. 83.

84 *Appellans quid facere debeat quando iudex non daret ei appellationis testimonium, neque iudex vult deferre appellationi.*

Qualiter se debeat præsentare coram superiore grauatus ab inferiore num. 85.

86 *Iudex superior quid agere debeat viso libello appellationis, & quid debeat præcipere?*

87 *Modum, & praxim, quæ criminales causæ in secunda instantia agitari solent, remissiuè ostendit.*

ARTICVLVS I.

Quid sit appellatio, & quotuplex, & quinam eiusdem effectus.

Prima Conclusio.

1 APPELLATIO est prouocatio causæ à minore ad superiorem iudicem ratione illati, vel inferendi grauaminis: qua iniquitas sententiæ, seu imperitia, & malitia iudicis corrigitur, interim eius potestatem, & authoritatem suspendens. Colligitur hæc

hæc appellationis diffinitio, ex capit. omnis expressus, cap. si quis cap. placuit. 2. quæst. 6. & ex quam pluribus alijs iuribus, & glossis, quæ habentur tam iure ciuili, quam canonico, toto titulo de appellationibus. Quã quidem appellationem Diuus Bernardus lib. de considerat. ad Eugenium: esse dicit grande ac generale remedium, toti mundo ac cunctis,
2 † mortalibus necessarium, tanquam & sol ipse: quia est veluti sol iustitiæ prodens, & redarguens opera tenebrarum. Baldus etiam in l. 1. C. si de moment. possess. fuerit appell. in fine, vocat appellationem prædictam quasi theriacam contra venenum iniquitatis primi iudicis: & communiter à Iurisperitis nuncupatur, portus securus nauigantibus, arx & refugium tutissimum, militibus persecutionem patientibus. De qua qui plura videre voluerit, consulat vtriusque Iuris peritos, ff. & C. de appellationibus, & in Decreto, 2. quæst. 6. per totam: in Decretalibus autem & sexto, proprios titulos de appellatione. Et de ea agit Diuus Thomas 2. 2. quęst. 69. art. 3. & ibidem omnes Theologi communiter: & Summistæ, sed præsertim Syluester in suis summis verbo appellatio.

Secunda Conclusio.

3 OMnis † in vniuersum appellatio est duplex, quædam iudicialis, alia verò extraiudicialis. Hæc conclusio colligitur ex cap. 1. & glossa, de appellationibus, lib. 6 De cuius resolutione afferendo vtriusque diffinitionem, dico quod appellatio iudicialis est, quę in iudicio interponitur, postquam ipsum est per citationem cęptum, iuxta glossam supradictam communiter ab omnibus receptã, verbo iudicio, & communiter diffinitur, dicendo, quod est prouocatio iniquę sententiæ querelam continens. Extraiudicialis verò, est etiam prouocatio ad superiorẽ, non pro iniqua aliqua sententia, sed pro præsenti, aut verisimiliter præsumpto grauamine. Prima dicitur iudicialis quia interponitur in iudicio, secunda verò extraiudicialis, quia fit atq; interponitur ab actibus etiam extraiudicialibus, vt puta ab electionibus, postulationibus, præsentationibus, alijsque similibus, iuxta cap. concertationi de appellationibus lib. 6. & l. 1. §. solent, ff. de appellatio. recipiend. Quę appellatio
† extraiudicialis est duplex, vna, quę 4
interponitur à iudice extraiudicialiter procedente, altera, quæ interponitur à parte priuata, inferenti aliquod grauamen alteri parti: quas duas extraiudicialis appellationis species, ponit Glossa supradicti c. 1. de appellationib. lib. 6. verbo extra, & glossa supradicti cap. concertationi de appellatio. etiam lib. 6. & de ea mentionem faciũt ibidẽ Panormit. nu. 20. & Decius nu. 28. & in cap. cũ sit Romana, de appellatio. & Perusin. in cap. bonæ eod. tit. nu. 17. Quæ 29
prædicta extraiudicialis appellatio, non est propriè appellatio, sed quędam prouocatio ad causam inchoandam, iuxta textum in supradicto ca. cũ sit Romana de appellatio. in principio: dicitur tamen appellatio, quia
ista nomina sępissimè † in iure con- 5
funduntur, vnumq; accipitur pro alio iuxta textum in l. tale pactũ, §. qui prouocauit, ff. de pactis, & in l. si quis prouocatione, C. de appellatio. Qui de his appellationibus iudiciali & extraiudiciali, plura videre voluerit, consulat Glossam in dicto cap. 1. de appellatio. lib. 6. & in cap. concertationi, & cap. cum sit Romana, & Doctores ibidem, & Paz in suà praxi tom. 1. part. 6. in proęmio, à num. 1. cum sequentibus, & Syluest. in sua summa, verbo appellatio. à nu. etiã 1. cum sequentibus.

Tertia

Tertia Conclusio.

6 Appellatio † regulariter loquẽdo duos sortitur effectus, quorum alter est suspensiuus alter verò deuolutiuus. Hæc conclusio colligitur ex glo. in ca. ad reprimendum, de officio ordin. verb. conquestus, & vnanimiter recepta est ab omnibus Iurisperitis. Et dicitur appellatio effectũ habere deuolutiuũ, quia per ipsam cognitio causæ deuoluitur ad superiorem, etiam in illis causis, in quibus appellari non potest, iuxta textum in cap. pertuas de sent. excommunica. quod tenet Panormit. ibidem, num. 2. de Perusin. in cap. pastoralis, num. 5. de appellationib. traditque illud latissimè Couarru. in pract. quæst. cap. 23. nu. 7. Dicitur habere effectum suspensiuum, quia per appellationem interpositam iurisdictio inferioris iudicis suspenditur, iuxta tex. & glo. in cap. si à iudice de appellatio. lib 6. quod est intelligendũ respectu futuri euentus: nam respectu præsentis status, appellatio non solum suspendit verumetiam extinguit inferioris iudicis iurisdictionem, iuxta textum sic communiter à Doctoribus intellectum in l. 1. §. fin. ff. ad Turpilian. Qua etiam de re videatur supradictus Couar. loco vbi supra, num. 1. vbi multis probat, quod appellatio-
7 ne † pendente debent iudices inferiores abstinere etiam ab executione rei per eosdem iudicatæ, & contrarium faciendo omnia facta tanquam attentata esse reuocanda, iuxta text. in l. ex illo, & l. minimè, C. de appellatio. l. 1. C. de bon. poss. l. etiã 1. ff. nihil innoua. appella. pend. l. sciendum, C. de appell. recip. c. an sit de appella. c. bonæ memoriæ de confirmat. vtil. vel inutil. Et certè, quod per appellationem suspensa sit iurisdictio iudicis, qui sententiam pronunciauit, constat expresè ex capit. super eo, el 1. de appellatio. capit. vt debitus honor, capit. ad hęc el 1. eod. tit. quibus in locis id ipsum expresè dicitur. Videatur hac de re Syluester in summa, verb. appellatio, num. 1. vbi ad hoc propositum dicit triplicem esse effectum suspẽsiuũ in appellatione iudiciali (quidquid sit de extraiudiciali) quia suspendit pronunciatum, & iudicis iurisdictionem quantum ad illam causam, & præsumptionem, quæ erat pro sententia ab eo lata. Aduertit tamen quod non semper appellatio prædicta omnes istos operatur effectus: nam in appellatione à sententia censuræ Ecclesiasticæ propter sequentem appellationem eiusmodi sententia non suspenditur, sed in eo casu appellatio operatur tantum effectum deuolutiuum, deuoluendo causam ad superiorem, vt amplius idem ipse dicit, verbo excommunicatio, vlti. §. 1. Secus autem esset si appellatio excommunicationem ipsam præcederet: tunc enim & pronunciatum suspendit, & causam ad superiorem deuoluit, vt latissimè prosequitur, & probat idem Syluester ex multis iuribus, verbo vbi supra, num. 4. Solummodo † est diffi- 8
cultas de appellatione extraiudiciali, quantum ad suspensionem, & ad annullandum post factum, an sit idem iudicium de illa, ac de appellatione iudiciali? Sed huic difficultati breuiter respondet prædictus Syluester loco vbi supra, num 4. de mente Innocentij in cap. ex parte el 1. de verb. signific. quod etiam appellatio extra iudicialis, si ipsa est probabilis, ità causam ad superiorem deuoluit, & inferioris iurisdictionem suspendit, vt annullet omne post factum: nam ea pendente nihil omninò debet innouari siue attentari, in preiudicium ipsius appellantis, pro quo facit textus in cap.

ad audientiam, de appella. in fine, vbi videnda est Glossa. Post supradicta, Syluester aliquas constituit differentias inter appellationem iudicialem & extraiudicialem, quæ cum non multum faciant ad nostrum propositum videri poterunt ibidem.

ARTICVLVS II.

Quonam iure inuenta sit appellatio, & an ipsa sit de iure naturali?

Prima Conclusio.

9 APPELLATIO † quantum ad substantiam est de iure naturali: quantum verò ad formalitatem, hoc est formam in eadem seruandam, est de iure positiuo. Hæc conclusio est communis omnium Doctorum resolutio. Et quidem quod appellatio quantum ad substantiam de iure sit naturali, constat primò ex illo, quod refertur. Actuũ 25. vbi dicitur. Quod Diuus olim Paulus Cæsarem appellauit, & Festus iudex solo naturali ductus lumine, appellationi eius cognouit esse deferendum, & nullatenus sibi fore negandum subsugium cunctis mortalibus concessum. Probatur præterea conclusio ratione, & ea est: nam appellatio nihil omninò est aliud, q̃ quædã naturalis defensio, & vt dicitur in ca. cum speciali, de appellat. §. porrò est innocentiæ præsidium, sed defensio sui ipsius cuilibet est iure naturali concessa, & neque excõmunicatio nec verò ipsi diabolo (si vlla ratione posset se defendere) deneganda, vt habetur in l. defensionis facultas, C. de iure fisci, & in c. cum inter de exceptio. ca. eorum, 11. q. 3 ergo si
10 defensio † est de iure naturali, & nulli vnquã deneganda, & appellatio ad propriam defensionem pertinet: benè sequitur quod appellatio ipsa quãtum ad substantiam sit de iure naturali. Quod verò quantum ad formalitatem, seu formam in eadem seruandam, sit de iure positiuo, probatur ex l. vnica, C. de sentent. præfect. prætor. Nam olim reddebatur ius manu Regia, neque inuentæ erant actiones, & solemnitates iudiciorum, & appellationum, vt sunt hodie, id quod constat superq; satis ex l. 2. vers. exactis inde regibus, ibi lata lege. ff. de origine iuris, qua de re videndi sunt Doctores ibidem: sed præcipuè Panormitan. in rubric. de appellat. & in præallegato cap. cum speciali, de appellatio. vbi de hoc appellationis subsugio, plura dicit, eaque notatu dignissima: sed principaliter, quod introducta fuit ad corrigendam iniquitatem, siue imperitiam iudicum, & ad supplendum id, quod forsan incautè in priori iudicio fuit admissum. Videatur etiam hac de re Syluester verbo appellatio, num. 2. & 3. & Paz in sua praxi tomo 1. par. 6. in proœmio, num. 7.

Secunda Conclusio.

QVamuis † Princeps appellationis formam tollere, & immutare possit, ea tamen, 11
quæ sunt de iure naturali siue gentium, minimè tollere, aut immutare potest. Hæc conclusio satis colligitur ex supradicta lege defensionis facultas, C. de iure fisci, & habetur expressa in Clementina Pastoralis, de re iudicata. Et de ea videndus est latissimè Couarruu. in pract. quæst. cap. 23. num. 6. & Syluester & Paz vbi supra. Et quidem quod Princeps appellationis formam tollere, & immutare possit perspicuum est, cum (vt prædictum est) ipsa de iure sit positiuo, & sicut ius positiuum illam statuit, sic & cum expediens visum fuerit, eandem tollere, aut immu-

immutare potest. Quod autem id ipsum non possit facere in ijs, quæ ad appellationis substantiam pertinent, etiam constat plus satis, cum nec tollere, aut immutare possit ea, quæ sunt iuris naturalis, & gentium, vt habetur expressè in dicta Clementina Pastoralis, de re iudicata, & satis colligitur ex supradicta l. defensionis facultas, C. de iure fisci. Vtque præ manibus habeantur quæ
12 Princeps tollere, aut † immutare non potest, dico ex communi omnium resolutione, esse ea, quæ precisè pertinent & spectant ad naturalem cuiusuis defensionem: talis est reorum citatio, & vt detur sibi indiciorum, aut probationum copia, quò se protegere, atque defendere possint. Item vt habeatur recursus ad superiorem aduersus iudicis inferioris iniquitatem, siue imperitiam, non verò à superiori ad inferiorem, neque ad æqualem, argumento cap. 2. de consuetudine lib. 6. & iuxta legem primam, §. si quis, ff. eodem titulo, & id etiam dicendum videtur de appellatione delegati, quæ fieri debet ad delegantem, iuxta legem Imperator, ff. de appellat. & lege præcipimus, §. huic, C. eod. tit. & cap. super quæstionum, §. porrò, de officio delegati. Hæc sunt substantialia, & de iure naturali. Cætera verò quæ ad iudiciorum solemnitatem pertinent, dicuntur accidentalia, quæ proinde Princeps ex causa cum sibi conueniens visum fuerit, tollere potest, & immutare, vt quod appelletur gradatim. Qua ratione dico, quod
13 valet † lex, statutum, siue consuetudo, vt appelletur ad Papam, siue Regem, vel ad superiorem omisso medio, vt satis colligitur ex c. referente iuncta glos. de prebendis, & cap. Romana eodem tit, li. 6. Imo verò cessante lege statuto siue consuetudine, valebit etiam appellatio omisso medio, si id ipsum à parte contraria non fuerit obiectum, vt notat Glossa in cap dilecto, eod. tit. In fine huius articuli aduertere libuit cum Syluestro vbi supra, num. 3. quod à sententia Principis appellari non potest, nec ipse tenetur cuiuspiam supplicationem admittere si non vult, quia licet (vt dictum est) naturalem defensionem tollere non possit: id autem ad illam non videtur spectare, & pro Principe semper præsumitur quod non processit nisi causa cognita, ac rectè partibus iustitia ministrata, nec propterea de eo dici potest quod propriam tollat defensionem. Pro quo faciunt multa, quæ adducit Panor. in supradict. cap. cum speciali, de appellationib.

ARTICVLVS III.

Vtrum liceat cuilibet appellare, siue iudicium per appellationem declinare?

HÆc difficultas sub hac expressa verborum forma proponitur à D. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 3. Quam disputationis gratia, & vt ex oppositione contrariorum veritas plenius elucescat, sequentibus argumentis exagitat, atque difficilem reddit.

Et primo videtur, quod † non liceat appellare, siue iudicium per appellationem declinare. Nam iuxta doctrinam Diui Pauli ad Romano. 13. omnes tenentur suis maioribus, iudicibus, siue Prælatis obedire, per illa verba. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non enim est potestas, nisi à Deo, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: sed appellare est veluti iudicium recusare, & quasi ab eius obedientia velle se eximere: ergo id facere nunquam licet. 14

Secundò † argumentor ad idem. 15 Nam maior debetur obedientia

Prælatis, & iudicibus ordinarijs, qui publica, & ordinaria potestate pollent, quam iudicibus arbitris, quos ex proprio arbitrio, propriaque voluntate quidam sibi eligunt, ad aliquam causam decidendam, siue determinandam: sed à iudicibus arbitris, & ex communi partium consensu electis, appellare non licet, vt habetur in cap. à iudicibus, 2. quæst. 6. ergo nec a Prælatis siue iudicibus ordinarijs licebit appellare.

16 . Tertiò argumentor ad idem, † quia si id facere liceret, semper & pro quocunque tempore liceret (nam quod semel est licitum semper est licitum) sed non ita res se habet, quin verò in iure præfigitur, & stabilitum est appellationis tempus vltra quod appellare non licet, vt constat ex cap. anteriorum, 2. quæst. 6. ergo appellatio prædicta de se non est licita, nec semper licitum reo iudicium per appellationem declinare.

17 His tamen non † obstantibus, in contrarium est veritas, pro cuius resolutione sequentes statuuntur conclusiones.

Prima Conclusio.

18 Licitum est † cuilibet, quotienscunque de sua iustitia fidens, iniustè se comperit grauatum à iudice, siue grauandum timet, ipsius iudicium per appellationem declinare, & causam ad superiorem prouocare. Hęc conclusio est expressa Diui Thomæ, & omnium Doctorum communis, probatque illam D. Thom. exemplo D. Pauli, qui vt legitur Acto. 25. grauatum se sentiens olim Cęsarem appellauit. Et probatur præterea per cap. omnis oppressus. 2. quæst. 6. quod est Anacleti Papæ, vbi sequentia verba habentur, Omnis oppressus libere Sacerdotum si voluerit appellet iudicium, & à nullo prohibeatur. Idem habetur in cap. licet, eadem causa & quęst. quod est Fabiani PP. vbi etiam sequentia verba habentur. Liceat appellatori vitiatam causam remedio appellationis subleuare. Facit & cap. appellantem eadem causa, & quæst. vbi dicitur, quod appellantem non debet afflictio vlla, aut detentionis custodia iniuriare. Sunt in id ipsum ibidem quam plura alia iura, quæ breuitatis gratia facio missa. Et probatur præterea conclusio ratione, quam loco supra citato prętatus D. Th. adducit, ea est: nam appellare nō est à debita iudicis obedientia subditū velle se eximere, sed prudenter euadere iniuriā, aut violentiam, quę sibi infertur, aut inferenda timetur, quod cum spectet ad defensionem naturalem, licitum est cuilibet iure naturæ id ipsum facere. Ex quo plane colligitur conclusionis intentum, nempe quod regulariter loquendo, cuilibet grauato licitum est appellare. At quia non semper eam ob causam appellatur, sed ob iniustas alias, secunda statuitur conclusio.

Secunda Conclusio.

Appellare † ad superiorem iudicem, causa repellendæ, aut differendæ iustæ sententiæ, iniustum, atque iniquum est, & peccatum mortale. Hæc etiā conclusio est supradicti D. Thomæ vbi supra, probatque eam hac ratione: nam talia qui facit in iudicio, calumniosè se defendit: quod facere nunquam licet, quod multis probat idem ipse in eadem quæst. articulo secundo: & præterea (inquit) talia † qui facit iniuriam infert iudici, cuius officium impedit, & aduersario suo, cuius iustitiam quantum potest perturbat. Infert etiam iniuriam iudici, siue prælato, quia appellando quadam ratione falsum testimonium illi imponit, allegando quod ab eo iniu- 19 20

uetur, & quod contra ipsum iniustâ sententiam protulerit: quæ quidem omnia (vt de se patet) omni procul-dubio sunt peccatum mortale, eamque ob causam iure constitutum est, vt eiusmodi appellationes non recipiantur, & sic appellãtes puniãtur. Habetur in cap. quicunque, 2. q. 6. & in capit. omninò eadem causa, & quæst. vbi sequentia verba haben
21 tur. Omninò puniendus † est is, cuius appellatio iniusta pronunciatur. At quod propositum facit quam maximè, id quod dicit Diuus Bernardus li. 3. de cõsiderat. ad Eugen. quod qui non grauatus appellat, manifestè conuincitur quod aut grauare intendit, aut tempus redimere. In cap. etiam cum appellationibus friuolis, de appellationibus lib. 6. dicitur, quod appellatio non esse debet subsfugium, sed refugium, & quod eiusmodi appellationes friuolæ, & quæ causam afferunt non iustã, nec satis idoneam, recipiendæ nõ sunt, nec illæ, quæ sunt frustratoriæ, siue demoratoriæ, quas olim Constãtinus Imperator, non tam appellationes, siue prouocationes, quam ludificationes vocare consueuit.

Tertia Conclusio.

22 QVicunq; credit † ac pro certo habet, quod iuste est damnatus à iudice, sententiam patiẽter tenetur subire, etiamsi damnatus sit ad mortem: & appellans ratione differendę sentẽtię, vel spe ductus quod iudex fauore, precibus, seu alia iniusta via iustam sententiã reuocabit, peccat mortaliter. Hęc conclusio est etiam D. Tho. vbi sup. & satis cõstat ex supradictis, cum in eo faciat contra iustitiam, & contra obedientiam prælatis, siue iudicibus debitã, & iustę sententię impediendo executionem toti etiam Reipub. iniuriam irrogat, ad quam spectat vt delicta

non maneant impunita, quæ omnia peccatum sunt mortale, & contra iustitiã: ex quo proinde sequitur, quod sic appellans obnoxius est restitutioni omnium damnorum, quæ alteri parti ex tali sua appellatione subsequuntur. Verum est tamen † quod 23
quando id certo reo ipsi non constiterit, sed res fuerit sub dubio, appellare licebit eidẽ, iuxta id quod in prima conclusione est dictum, & in tali casu tutius, atq; securius erit etiam iudici eiusdem appellationem admittere, quam ipsam repellere, aut reijcere, quia in re dubia (vt pluries dictum est) semper iura fauent reo.

Ad argumenta in contrarium adducta respondetur.

Ad primum dico, † quod appellare haudquaquam est iudicium recusare, seu violare obedientiam Prælatis, & iudicibus debitam. Nam subditus in tantum tenetur suo superiori obedire, in quantum ipse non trãsgreditur fines iuris, nec exorbitat ab ordine, quem ipse etiam habet ab alio suo superiore. Est enim iudicum ordo, sicut & ordo causarum naturalium, quarum in suis influxibus aliæ alijs sunt subiectæ. Cum igitur iudex in iustè procedendo, & subditum grauando, quantum ad hoc recedat ab ordine iuris, & à lege sui superioris, iuxta quam tenebatur iustè iudicare: manifestè colligitur, licitum esse ei, qui contra iustitiam grauatur ad directionem superioris potestatis per appellationem recurrere, & hoc ante sententiam, vel post, neque illud erit obedientiam debitam violare, cum nemo teneatur iudici siue suo superiori obedire, nisi in quantum ipse non recedit ab ordine, quem habet ab alio suo superiori, & maiori. 24

Ad secundum † resp. concesso antecedenti, & negando consequentiã. Est enim latissimum discrimen, & quantum ad hoc propositum quam maxi- 25

maxima differentia: inter iudicem ordinarium & arbitrum, seu ex proprio arbitrio electum, vt propterea licitum sit appellare ab vno, & non ab alio. Et differentia stat in hoc: nã cum iudex arbiter non à iure, seu à potestate superiori, sed ex libero partium consensu eligatur, multum rationabiliter appellationis subsidium à iudicibus arbitris denegatur, idque in pœnam suæ inconstantię, quia quis sua sponte alterius iudicio se subiecit, de cuius iustitia modo deficit: hæc autem ratio non currit in iudicibus ordinarijs, quorum potestas non pendet ex consensu eorum, qui illis subijciuntur, sed ex auctoritate Regis, & Principis qui eosdem instituit: vnde neque immeritò lex cõcedit, vt contra ipsorum iniustum grauamen, ad eos à quibus instituti sunt appellationis subsidium habeatur.

26 Ad tertium † resp. quod æquitas iuris expostulat, vt ita vni subueniatur parti, quod altera non grauetur: ac propterea iure tempus est ad appellandum scriptum decem dierum in iudicio Ecclesiastico, & quinque in sæculari, quod æstimatur sufficiens, ad deliberandum, an expediat appellare, necne? Neque amplius tempus est determinatum, vt non altera pars grauetur: ea scilicet, in cuius fauorem sententia pronunciata est Etenim si in id nullum fuisset tempus præfixum atque determinatum, intra quod & non vltra appellare liceret, semper esset incertitudo iudicij, iudiciumque ipsum in suspenso remaneret, in damnum & præiudicium alterius partis, quod vt non fieret statutum à iure est appellationis tẽpus, & sic non concludit argumentum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum liceat religiosis viris, dum à suis prælatis & superioribus grauantur, ad alios superiores appellare?

HÆC quæstio difficillima est, & in qua Doctores non vsquequaque inter se cõueniũt. Nam Nauarrus vir quam maximæ auctoritatis, & in regularium causis apprimè eruditus, commentario 3. de regularibus super ca. nullam, 28. q. 2. n. 51 multis conatur defendere, cunctis esse licitum religiosis † ad suos superiores appellare, cũ à Prælatis ordinarijs iniustè grauantur. Cuius pro hac opinione & sententia, primum est argumentum quod sequitur. 27

Nam edictum † de appellando est permissorum, quod in hoc sensu est intelligendum, vt cuilibet à qualibet sententia liceat appellare, nisi id ipsum expresse sibi prohibeatur, iuxta glossam vltimam communiter receptam in l. qui restituere, ff. de rei vendicat: sed religiosis, & regularibus nullo iure prohibitũ est appellare; ergo intentum. 28

Secundò probatur † id ipsum, quia appellatio (vt habetur in l. 1. ff. de appellat. & capit. cum inter de exceptionib.) est quædam naturalis defensio, quæ iure naturæ cuilibet debetur, iuxta Clement. Pastoralis, §. cæterum, de re iudicata, & l. vt vim, ff. de iustitia & iure: ergo denegãda nõ est religiosis, siue regularibus supradicta appellatio. 29

Tertiò probatur † id ipsum, argumento deducto à contrario sensu ex cap. ad nostram, & cap. reprehensibilis, de appellationibus, dum dicitur ibidem, quod appellationis remedium non ideo est inuentũ, vt alicui à religionis, & ordinis obseruantia exorbitanti, in sua iniquitate [illegible] 30

debeat

debeat patrocinium: ergo quãdo appellatio non fit propter id ipsum, sed ad propriam innocentiam tuendam & conseruandam: religiosis & regularibus id facere nõ est prohibitum.

31 Quarto probatur † etiam id ipsum, argumento deducto ex cap. de priore de appellationibus, vbi grauiter iussus fuit castigari prior quidã, qui appellationem quandam interpositam ad Papam non admisit: ex cuius Glossa prima colligit Decius, quod religiosus non solum potest appellare in causa ciuili, vel criminali, verum etiam & in causa correctionis, in qua regulariter etiam sæcularis prohibetur appellare, iuxta capit. licet. de officio ordinarij, si modus correctionis excedatur. Cui Glossæ est alia similis, in dicto capite licet, & notat id ipsum Panormitan. vtrobique communiter receptus. Nam correctio esse debet moderata, alias ad superiorem haberi potest recursus, vt per illum textum docet Baldus in l. secunda, §. dominorum, ff. de ijs qui sunt sui, vel alieni iuris, & per eundem textum dicit idem Baldus, in capite ad nostram, de appellationibus, quod Abbate nimis sæuiente in Monachos, licet eis de Monasterio aufugere, nec dicuntur Apostatæ. Quin verò Abbate odio grauante Monachum, pro sua defensione potest ipse arma arripere, vt notat Cardinalis in Clementina prima, §. præfatæ de statu Monachorum. Facit & ad ipsum, nam secundum Ioannem de Lignano de bello iusto, probatum à Panormitano in cap. clerici numero secundo, de vita & honestate clericorum:

32 etiam † sacrificus ab inimico inuasus, potest in stolè armis assumptis se se defendere, & cum moderamine inculpatæ tutelæ ipsum occidere, & in continenti Missam continuare: ergo nulla esse videtur omnino ratio, ob quam in similibus casibus religiosis licitum non sit appellare.

33 Quintò † & vltimo contendit prædictus Nauarrus id ipsum probare, per textum in cap. ad Romanam, el 1. vel 2. 2. quæst. 6. vbi omnibus oppressis absque delectu, & discrimine, ad sanctam Apostolicam Romanam Sedem appellare conceditur, nec ab ea concessione regulares, siue religiosi reperiuntur exclusi: ergo intentum.

His argumentis innixus Nauarro loco vbi supra, partem huius quæstionis defendit affirmatiuam, quod & similiter facit lib. secundo consiliorum, consil. 4. de appellationibus, & vtrobique satisfacere, & respondere conatur, argumentis & rationibus, quæ pro alia in contrarium parte adducuntur. Sed Magister Soto lib. 5. de iustitia & iure, quæst. 6. articul. 3. agendo de appellatione in communi contrarium † omninò te-

34 net, & difficultate proposita; vtrum licitum sit, ac condecens esse videatur aliquas religionum familias instituere, quibus religiosis appellare prohibeatur: postquam pro parte negatiua vnicum argumentum proponit, quo probari videtur id ipsum bene quam licere; vt pote quia (vt apparet) est contra ius positiuum: quin verò & contra ius ipsum naturale, quo cuicunque grauato, & iniuriam patienti conceditur semetipsum vt possit defendere, & grauamen, & iniuriam quam patitur, quacunque via & arte, sed maximè per appellationem euadere, quo tali ac tanto & tam naturali beneficio, non videtur quod quispiam, & multo minus viri religiosi debeant priuari: eo (inquam) argumento non obstante, supradictæ difficultati satisfacere ac respondere volens, conclusionem adhibet affirmatiuam, dicendo esse licitum, & expedire quam maximè, appella-

tiones & ipsarum nomen longe à religionibus abigi, & ad sæcularia tribunalia relegare. Cuius quidem rei efficacissimam rationem reddit, quã & nos inferius adducemus. Sicque vt in hoc articulo pro more nostro clarius, atque distinctius procedamus, & quæ ad prædictam difficultatem pertinent breuiter, atque resolutiue perstringamus, pro eiusdem solutione sequentes statuuntur conclusiones.

Prima Conclusio.

35 D† E iure communi loquendo non est prohibitum religiosis dum à suis Prælatis, siue superioribus grauantur, seque iniustè & iniuria oppressos vident, ad alios superiores appellare, & inferiorum iudicium per appellationem declinare. Hæc conclusio est omnium Iurisconsultorum communis, ipsamque quam maximè comprobant omnia argumenta adducta pro sententia, & opinione Nauarri. Et facit specialiter ad idem cap. licet de officio ordinarij, & Glossa in cap. sicut Romana, de rescriptis, vbi habetur expresse, quod cuicumque grauato secundum ius commune appellare licet, nisi in correctionibus, de quibus dicemus statim. Sed probatur præterea eadem conclusio efficaci ratione, iam semel, & iterum superius adducta, & ea est: nam cum appellatio prædicta naturalem defensionem includat, sitque de iure naturali, aut saltim eidem multum conformis: non videtur quod vlli vnquam debeat aut possit denegari, & multo minus religiosis viris, stando in iure communi, vtpote qui propter suum statum, maiori honore, & fauore sunt digni. Sed intelligenda est conclusio de appellationibus à sententijs, & mandatis non tangentibus statum regularem: nam de appellationibus à correctione, & mandatis regularibus ritè & legitimè factis, etiam stando in iure communi, aliter est dicendum. De quo sit secunda conclusio.

Secunda Conclusio.

STando etiam † in iure communi, à correctionibus, & mandatis tangentibus statum regularem, non est licita religiosorum appellatio, imo verò neque clericorum inspectantibus ad statum clericalem, nisi superior, siue Prælatus in corrigendo debitum modum excedat. Hæc etiam conclusio est certissima, & omnium Doctorum communis; constatque expresse ex multis iuribus, & capitulis, quæ habentur in decretalibus, sed maxime ex cap. ad nostram, capi. reprehensibilis cap. cum speciali, de appellationibus, & capite licet, & capite irrefragabili, de officio ordinarij. In quibus quam maximè notanda veniunt verba supradicti cap. reprehensibilis, quod est Innocentij III. in Concilio Lateranensi, vbi post alia sequentia ponuntur verba Postquam cunctis in vniuersum Ecclesiasticis subditis, in tangentibus ad correctionem suorum prælatorum, appellationem interdixit Præcipuè verò hoc in religiosis volumus obseruari, ne ipsi cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem Prælati sui, & capituli disciplinam, appellare præsumant, sed humiliter, ac deuotè suscipiant, quod pro salute sua fuerit eisdem iniunctum. Nec solum † religiosis (stando in iure communi) verum etiam & clericis ipsis sæcularibus, à correctionibus prohibitum est appellare: nam omnia supradicta iura de eis etiam indistinctè loquuntur, & vt dicit glossa supradicti cap. ad nostram, de appellatio. verbo in sua nequitia; appellatio-

tionis remedium non adinuentum, ad hoc vt sit iniquitatis vinculũ, sed oppressorũ leuamen. Et quod stando in iure commmuni sub generali hac prohibitione clerici etiam comprehendantur, constat expresse ex præallegato cap. licèt de officio ordinarij ex illis verbis: tã circa viros religiosos, quam etiam clericos sęculares: quod etiam colligitur, ex cap. irrefragabili, eodem titulo, ex illis verbis: ad corrigendum subditorum excessus, maximè clericorum. Sed intelligenda sunt supradicta omnia iura, cum modificatione, & limitatione in
38 conclusione apposita, hoc est, † nisi superior, siue Prælatus corrigens, in sua correctione debitum modũ excedat: tunc enim atque in tali casu, & clericis, & religiosis prædictis licitũ est appellare vt tradunt omnes Doctores communiter, in iam pluries citato cap. licèt de officio ordinarij, ex Glossa eiusdem verbo interclusũ, vbi ad hoc propositum allegatur ca. ei qui, §. ab executore, 2. quæst. 6. & cap. vniuersitatis, de sentent. excommun. vbi etiam Glossa verbo, fieri iubeat, citat cap. irrefragabili de officio ordinarij, & capitul. de priori, de appellatio. vbi dicitur quod quidam Prior regularis, qui in punitione debitum modum excesserat, & cuiusdam canonici super eo debitam appellationem non admiserat, iussus fuit puniri, & castigari. Sed redeũdo ad religiosos, quod ipsis à correctionibus appellare non liceat, præter adducta communia iura sunt, & alia plura specialia, de quibus fit tertia conclusio.

Tertia Conclusio.

39 LOquendo de iure † speciali, nulla (vt credo) ferè est in tota Ecclesia aprobata religio, quę peculiarem non habeat priuilegium, quo sibi subditis prohibitum sit à sẽtentijs suorum superiorũ, & Prælatorum appellare. Hæc conclusio non aliter melius pōt probari, quã adducẽdo singularũ religionũ priuilegia, quæ ad meas peruenerũt manus: quibus vti, & frui possint omnes priuilegium habentes communicationis. Et in primis in monumentis ordinis, primæ impressionis fol. 125. & Secundæ fol. 202. concessio, 499. habetur. Quod Bonifacius 8. statuit, vt ad correctiones, & punitiones fratrũ Ordinis Minorũ delinquentium infligendas: Pręlati ordinis eiusdẽ timulis, & apicibus iuris postpositis, liberè procedere valeant, secundum consuetudines, & generalia facta, & fienda ipsius ordinis instituta: & quod prędictis fratribus nõ liceat ab eisdẽ correctionibus aliquatenus appellare: pręuia tamẽ in hoc deliberatione, & maturitate debita obseruatis. Hęc vbi sup. & referũtur in religionũ cõpendio, verb. appellare n. 1. vbi & in sequenti nu. 2. dicitur quod Pius 2. Prohibuit, ne aliqua persona, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, vel conditionis quamtũuis excelsæ, aut sublimis, Ecclesiasticæ sęcularisve fuerit dignitatis, audeat quouis quæsito colore, ab ordinationibus, sententijs, siue mandatis Apostolicis appellationem interponere sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, à qua nisi per Romanum Pontificem, & in mortis articulo absolui non possit. Habetur in supplemento fol. 138. conces. 581. Circa quam appellationis materiam aduertit etiam priuilegiorum Collector, quod Sixtus 4. Concessit generali fratrum Carmelitarum, & etiam Augustinensium, quod exercere possint, suum officium, reiecta quauis suorum subditorum appellatione. Quę priuilegia quoad Carmelitanos, habentur in supradictis monumẽtis Ordinis primæ impressionis fol. 99. & secũdæ fol. 182. cõces. 446.

Quoad

Quoad Augustinenses verò in suo Mari magno secundæ impressionis, fol.251.concess.636.& referuntur in Compendio, verbo Generalis Ordinis,nu.11.& 12 Quoad fratres verò Prædicatores id ipsum habetur, in Supplemento,folio.121.concess.553. & refertur in priuilegiorum Compendio, verbo appellare n. 3. Iulius etiam 2. prohibuit sub excommunicationis pęna,fratribus,& sororibus ordinis Prędicatorum,ne à mādatis, & ordinationib.Prelatorū dicti Ordinis appellare valeant, & iudicibus quarumcunq; curiarum sub prefata pęnā districtè inhibuit,ne appellationes huiusmodi recipere, aut illas cognoscere quoquo modo præsumant, decernēs irritum & inane, quidquid secus attentari contigerit. Hæc vbi

40 supra. Aduertendum est tamen, † consulto nos, atque ex proposito in prædictis conclusionibus vsos fuisse expresso appellationis nomine(quod certè odiosissimum est, & quam maxime exosum in religionibus omnibus) vt ex hoc liceat colligere non propterea interclusam esse religiosis viam, cum in rebus grauibus à suis Prælatis,& superioribus grauantur, quo minus suppliciter, & humiliter ad superiores alios,siue etiam ad Papam recurrere possint, non tam per viam appellationis, quā supplicationis, & simplicis cuiusdam querelæ, quæ grauamen iniustæ sententiæ cōtineat, & excessiuum correctionis modum, remediumque proinde ab eisdem exposcat. Hoc (inquam)nullo iure,nec speciali, neque communi prohibitum est religiosis,siue Ecclesiasticis viris, nec videtur quod iure prohiberi possit, cum ad propriam ipsorum defensionem pertineat, sitque de iure naturali, aut saltim eidē naturalitū conforme. Et quod in his casibus ad Papam haberi possit recursus, habetur expresè in cap. ad Romanam,el secondo, 2. quæst. 6. vbi continentur sequentia expressa verba. Ad Romanam Ecclesiam ab omnibus, maximè tamen ab oppressis appellandū est, & recurrendū quasi ad matrem,vt eius vberibus nutriantur auctoritate defendātur, & à suis oppressionibus releuentur: quia non potest nec debet mater obliuisci filium suum. Verum est tamen (vt dicit Magister Soto lib. 5. de iustitia, & iure,quæst:6. art. 3. & Aragon 2, 2.quæst.69.art. etiam 3.) quod non

† id passim, & leui ex causa fieri debet.sed rarò,tunc scilicet quādo negotij qualitas, & grauitas id ipsum exposcit, & nec tunc nisi quando facto recursu ad alios immediatos superiores,omnino nihil prosit. 41 Licet enim (inquit)euenire atque contingere possint casus,in quibus religiosi sæpius indigeant prædicto vnico, ac tam salutari appellationis, siue supplicationis remedio, quia tamen id in magnum vergeret damnum, scādalum atque detrimentum cunctarum religionum,quarum tanti interest, vt religiosi ipsi in statu pacifico, & tranquillo conseruentur, & vt nō inter ipsos tot ac tanta sint iurgia, cum magno sæcularium omnium scandalo:propter commune bonum pretermittendum certè id est ; cum iuxta vulgare dictum, bonum commune preponendum sit bono cuiusuis in particulari. Hoc enim etiam naturalis ipsa dictat ratio:nam ferè ii manus ictum, aut vulnus desuper à quouis illatum libenter recipiūt, ad proprium seruandum suum caput, & quò vita, & salus totius corporis cōseruetur: ita & religiosi ipsi, permittere debent superiorum ad Prælatorum suorū interdum ictibus, ac grauaminibus exagitari, feriri,& opprimi,vt ne eiusmodi grauamina, nocumenta,& damna cadant super totius religionis caput, & ipsius decor, honor, atque existimatio sordescat, & deturbetur. Et hæc fuit ratio &

causa,

causa, ob quã supradicti Pontifices Summi, Religionibus prædictis supra memorata priuilegia concessẽrũt, vt subditi à suorum superiorum correctionibus appellare non possent, compensantes damnum, quod ex denegatione huiusmodi recursus exoriri posset, cum communi bono, pace, & tranquillitate religionũ earũdem, & quia ipsarum decor quam maximè in hoc consistit, vt religiosi inter se cum quietudine, & silentio, ita sua negotia peragant, atque controuersias componant, vt nec per somnium ad aliorum superiorum, sed maximè iudicum sæcularium, neque verò Ecclesiasticorum (fieri si potest) notitiam perueniant.

42 In calce huius conclusionis † adijcere libuit, quod iam circa hoc quisnam modus seruandus sit præfixum, atq; determinatum habetur à sacra Cardinalium Congregatione, constituta à Sixto V. pro causis Regularium, vt scilicet à Guardiano, prouocatio fiat ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem: à Generali ad Protectorem, à Protectore, ad sacrã prædictam congregationem, quod est permissum: nec vllo esse modo videtur contra Concilium Tridentinum, sess. 25. cap. 4. de Regularibus, quando dicitur, quod non liceat eisdem à suis conuentibus recedere, etiã prætextu accedendi ad suos superiores, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint, & quod Religiosus, qui sine prædicto mandato in scriptis obtẽto repertus fuerit, ab ordinarijs locorũ tanquam desertor sui instituti puniatur: nam Concilium ibidem vt ex ipsis verbis constat (quidquid alij dicant) non prohibet religiosos ad suos superiores per viam appellationis, seu potius supplicationis, seu simplicis cuiusdam querelæ recurrere; sed tantum prohibet, quod ad eos non personaliter recurrant, sine sine [illegible] superiorum licentia in scriptis [illegible] ta, vel nisi ab ijsdem fuerint vocati. Nec etiam desunt qui dicant, quod hoc decreto non obstante, accedentes ad eos sine prædicta licentia, quãdo vident se nimis esse grauatos, non mortaliter peccare. Sed de hoc latius egimus in nostro Manuali Prælatorum regularium, to. 1. q. 51. de Apostatis & fugitiuis art. 1. quod poterit videri ibidem.

Quarta conclusio.

Appellare, † siue recurrere ad sæculares iudices, & tribunalia sæcularia, quin verò & ad ipsum Regem, eiusve ministros, etiã prætextu leuandi vi oppressos, cunctis in vniuersum est prohibitũ Religiosis, idque sub pęna excommunicationis ipso facto incurrendæ, & priuatione vocis actiuæ, & passiuæ, cum perpetua inhabilitate ad quæcunque suorum ordinũ officia. Hæc conclusio est certa & manifesta. De qua videndus est specialiter Arragõ 2. 2. quæst. 69. art. 3. qui multis conatur probare, quod iste casus sit vnus ex contentis in Bulla Cœnæ Domini, in qua 15. casu cauetur, vt ne Ecclesiasticæ causæ coram iudicibus sæcularibus tractentur, & ne ipsi in eisdem se intromittant. Sed quidquid de hoc sit certissimum tamen est, quod Religiosi ad sæculares iudices & tribunalia sæcularia quocunque prætextu recurrentes, ipso sunt facto excommunicati, per plures Motus Proprios, & Apostolicas constitutiones, quæ hac de re diuersis temporibus emanarunt, de quibus videre licebit in Constitutionibus Apostolicis. Vbi specialiter pro fratribus † nostri Sacri Ordinis extat constitutio Gregorij XIII. quæ incipit, quoniam nostro pastorali, quæ ponit ... [illegible] 44

[illegible]

qui à Prælatis ordinis ad tribunalia sæcularia appellare præsumpserit, quouis modo directè. Et aduerto, quod ad hoc propositum tribunalia sæcularia & extra ordinem esse dicũtur, omnia quæ non continẽtur, nec nominãtur in nostra regula, in qua solummodo fit mẽtio, Prouincialis, Generalis, Protectoris, & Sanctissimi Domini nostri Papæ. Cætera omnia tribunalia (etiamsi sint Regum, Cardinalium, Legatorum, Episcoporum, & Principum quorumcumcunque) extra ordinem esse dicuntur: preter tribunal Illustrissime Congregationis Cardinalium deputatorum super causas regularium, nam & hoc intra ordinem non verò extra dicendum est; quoniam Congregatio predicta specialiter instituta fuit à Sixto Quinto, ad hunc effectum, vt cognoscat de causis quorũcunque regularium, & Religiosorum.

Ad argumenta † in initio articu-
45 li proposita à Doctore Nauarro, haudquaquam necessum est specialiter respondere, quia ipsorũ solutio iam superque satis constat ex dictis, & tantummodo probant ea quæ sũt de iure communi, nos verò vltra id diximus, quod etiam obseruandum est de iure speciali.

ARTICVLVS V.

Intra quod tempus appellandum sit & qualiter appellatio ipsa sit interponenda?

Prima Conclusio.

De iure antiquo, † appellatio
46 intra biduum, vel triduum erat interponenda: vt habetur, in l. 1. ff. quando appellandum sit, §. biduum 2. questione 6. Et idem habetur in l. prima titulo 15. lib. 2. fori. Sed postmodum id tempus prorogatum fuit vsque ad decimũ diẽ, & intra decem dies connumeratos à die notificationis sententiæ, appellatio erat interponenda: iuxta textum in authentica de Appellationibus & intra quæ tempora in principio collat. 2. & authentica hodie. C. de appellationibus, & lege Regia 22. titulo 23. par. 3. quod † etiam seruatur 47
hodie in foro Ecclesiastico, vbi pro appellatione præfixus est terminus 10. dierum, & ita tenet communis praxis, iuxta cap. anteriorum 2. questio. 6. & cap. significauerunt de testibus, & cap. quoad consultationẽ, de re iudicata. Sed de iure nouo, in foro sæculari Regio appellatio interponenda est intra quinque dies connumerandos à die notificationis sententiæ, vt habetur in l. 1. titulo 18. lib. 4. Recopilat. qui quinque dies currunt etiam à die notificationis sententiæ, iuxta ea, quæ tradit glossa, in cap. concertationi de appellatio. lib. 6. & glossa in dicto cap. anteriorum, 2. quæstione 6. verbo à recitatione. Quod procedit non solum in appellatione iudiciali, verumetiam in extraiudiciali, vt multis tradit, & probat Paz in sua praxi tom. 1. parte 1. in procemio, à numero 16. cum sequentibus. Qua etiam de re videatur Syluester in summa, verbo Appellatio num. 5. vbi ad hoc propositum inuenire licebit multa eaque notatu dignissima, quæ breuitatis gratia facio missa. Sed inter alia aduertendo, quod † spontanea appellationis omis- 48
sio purgat sententiæ turpitudinem, iuxta id quod habetur in c. Pastoralis de officio delegati, qua quidem ratione lapso termino ad appellandum constituto, sententia etiamsi iniusta sit, executioni mandatur, quia lapsus termini appellationis renunciationem inducit, iuxta l. quam diu, in fine ff. de acquirenda hæreditate, quod est intelligendum, nisi aliqua iusta causa ætatis, vel cuiuspiam

piam rei similis, restitutionem ad appellandum indulgeat, iuxta textũ ff. de minorib. per totum, quę omnia valde sunt notanda, ac memoriæ commendanda.

Secunda Conclusio.

APpellatio † aliquando interponitur in voce, & verbaliter, vt quando incontinenti post prolationem sententiæ, grauatus viua voce appellat, & facit eam redigi per notarium in processus actis, aliquando verò interponitur in scriptis, nempe quando post latam sententiã grauatus appellat ex interuallo. Hæc conclusio est omnium DD. communis, & de ea videndus est Syluester loco vbi supra num. 6. & Paz etiam vbi supra à num. 29. cum sequentibus, vbi probat eam per textum in l. litigatoribus, C. de appellationib. & c. ei qui 2. quęst. 6. vbi aduertit, quod non per hoc quod appellatio, quæ ab appellante grauato viua voce, & verbaliter interponitur à Tabellione in scriptis redigatur, in scriptis aut per scripta facta debet nuncupari; non enim est eiusmodi appellatio nisi verbalis; & illa tantum dicitur in scriptis, seu per scripta facta, quæ post sententiæ pronunciationem ex interuallo, intra tempus à iure pręscriptum medio libello ante iudicem præsentatur. Hęc dicitur in scriptis facta, non verò illa, quamuis etiam scribatur. His dictis superest breuiter dicamus, quando viua voce, quando verò in scriptis debeat appellari: quod fiet per sequentes conclusiones.

Tertia Conclusio.

A Sententia † diffinitiua, vel interlocutoria vim habente diffinitiuæ incontinẽti viua voce põt appellari: non aũt si appellatio fiat ex tẽpore siue ex interuallo: tũc enim a quacunque sentẽtia in scriptis est appellandũ. Hæc etiam conclusio est omnium communis, & de ea videndus est Syluester loco vbi supra numero 6. vbi probat eam multis iuribus, quod & facit similiter Paz loco etiam vbi supra numero 32. vbi probat eam specialiter ex supradicta, l. litigatoribus, C. de appellationib. & ex l. 1. §. fin ff. eod. tit. & cap. vt debitus honor, eodem titulo de Appellationibus, vbi hoc ipsum dicunt omnes communiter scribentes, & conclusionem prædictam vniuersaliter esse verã, nisi in causis breuioribus, in quibus secundum Baldum, in l. maioribus, C. de Appellationibus, etiam ex interuallo viua voce poterit appellari. Cuius quidẽ ratio in promptu est, earundem causarum paruitas & breuitas, & à contrario, ratio ob quam in maioribus & grauioribus causis ex interuallo non viua voce, sed præscripta aut in scriptis interponenda sit appellatio, est propter illarum grauitatem. Quæ autem dicantur ad hoc propositum causę breuiores, habetur in authentico, nisi breuiores, iuncta glossa ibi, C. de sent. ex breui loco recitandis.

Quarta Conclusio.

A Sententijs † interlocutorijs, 51
in illis casibus, in quibus ab eisdem licitum est appellare, semper appellatio interponẽda est in scriptis, siue id fiat incontinenti, siue verò ex interuallo. Hæc etiam conclusio est omnium communis, & de ea videndus est Syluester loco vbi supra num. 6. in fine. & Paz etiam loco vbi supra nu. 33. vbi probat eam, per cap. 1. de Appellationib. libro 6. & dicit tenere illam Speculatorem, tit. de appellationib. §. qualiter sit appellandum, & Bartolum, in l. eius ff. de Appellationib. recipiendis. Perusin. in ca. vt debitus honor de Appel-

pellationib. colum. 7. versic. secundo quæritur, aduertendo vt supra est dictum, quod ab interlocutoria sententia vim habente diffinitiuæ, incontinenti viua voce poterit appellari.

Quinta Conclusio.

52 IN appellatione † à sententia diffinitiua, vel interlocutoria habente vim sententiæ diffinitiuæ, causa grauaminis non est exprimenda: secus est autem in appellatione à sententia interlocutoria, & maximè si grauamen cōtinet irreparabile: nam tunc specialiter & nominatim causa grauaminis exprimenda est. Hæc etiam conclusio est omnium iurisconsultorum communis, & de ea videndus est Syluester loco etiam vbi supra numero 6. in fine, & Paz vbi supra numero 34. & 35. & quoad primam partem probat illam per textum in l. scio & glossam, ibi, ff. de appellationib. & glossam & communiter scribentes, in cap. cum in Ecclesia eodem titulo appellationib. quod esse dicit vniuarsaliter verum, nisi quando appellatio in aliquo casu prohibita est à iure, vel à Principe: tunc enim causa debet exprimi, tam in appellatione à diffinitiua, quam ab interlocutoria habente vim diffinitiuę, secundum glossam, in cap. Romana, §. si autem verbo mandetur, de appellationib. li. 6. communiter receptam, sed specialiter à Decio, in c. ad nostram de appellationib. nu. 13.

Sed quod in appellatione ab interlocutoria continente grauamen irreparabile, causa specialiter & nominatim exprimenda sit, probat supradictus Paz per textum in ca. 1. de appellationibus lib. 6. & Clementina Appellanti, eod. tit. quod tenere dicit Baldum in l. minoribus num. 5. ff. de his quibus vt indignis: & addit, quod in hoc solummodo casu hodie locum habet tex. prædicti cap. 1. de appellatio. in 6. in foro Ecclesiastico; quamuis in foro sæculari, locum etiā habet in tribus illis casibus, quibus licitum est à sententia interlocutoria appellare iuxta id quod habetur in l. Regia 3. tit. 18. lib. 4. Recop.

Sexta Conclusio.

APpellatio † omnis continere debet Appellantis nomen; & etiam aduersarij, & iudicis à quo, & ad quem appellatur, & mentionem facere sententiæ, à qua appellatur. Hæc etiam conclusio est omnium communis. De qua videndus est Syluester vbi supra numero 6. & Paz etiam vbi supra à numero 36. cum sequentibus, vbi & probat eam per textum in l. 1. §. fin. ff. de Appellationibus, constatque id ipsum ex præallegato, capit. 1. de appellatio. in 6. Sed an iudices à quo, & ad quem proprijs suis nominibus sint exprimendi, an verò sufficiat: suorum officiorum nomina apponere: latè prosequitur Syluester vbi supra numero 12. & Paz numero 37. vsque 40. vbi & tradit modum, quo in appellatione prædicta petendi, & expostulandi sunt Apostoli, & explicat quidnam sint Apostoli, † seu potius quid intelligendum veniat apostolorum nomine. Et dicit, quod apostoli dicuntur, quędam missio quæ fit per Tabellionem in testimonio de iudice à quo, ad iudicem ad quē, vt instruatur ipse in causa ex processus actis, iuxta textum in Clementina quamuis de appellationibus, & ibi glossa, verbo Apostoli appellantur, vbi traditur prædictorum Apostolorū etymologia, quæ est ab apo (quod est de) & ex Stolon quod pollet idem ac missio: & dicuntur sic, quia eiusmodi Apostoli sunt quædā missio, quam facit vnus iudex ad alium, nempe iudex à quo, ad iudicē

ad

ad quem. Videatur Paz vbi supra numero 41. & 42. vbi dicit, quod Apostoli prædicti, idest dimissoriæ literæ esse possunt reuerentiales, aut testimoniales, siue verò refutatoriç, quod (inquit) colligitur ex responso præstito à iudice à quo: quando appellatio interponitur ad iudicem ad quem: nam si respondeat se non intulisse grauamen appellanti, & tamen quod propter reuerentiam superioris defert ipsius appellationi, tunc eiusmodi literæ dimissoriæ, dicuntur reuerentiales. Quando verò iudex à quo, nec defert appellationi, nec ipsam negat, sed tantum dicit, quod audit, tunc dicuntur literæ testimoniales. Quando autem expressè appellationem denegat, literç quibus id ipsum dicit, dicuntur refutatoriæ. Quç omnia extracta sunt ex Speculatore, in 4. p. tit. de Apostolis, Quibus sic dictis, superest dicamus modò, quçnam sit praxis & forma seruanda, in interponenda appellatione prçdicta, quam extractam à su pradicto Paz loco vbi supra numero 44. pro maiori commoditate transcribere hic libuit, Hispano sermone conceptam: & interponenda est stylo in sequenti conclusione dicendo.

Septima Conclusio

55 F*Vlano, † en la causa que trato con N. digo que la sentencia que V. m. dio y pronuncio contra mi, y en fauor del dicho aduerso, en que en effecto me condena en esto y en esto, &c. Segun en la dicha sentencia se contiene, cuyo tenor aui do aqui por repetido y a el me refiriendo, hablãdo con el deuido acatamiento es en si ninguna, y si alguna fuesse es injusta, y muy agrauada, y digna de reuocar por lo siguiente. Lo primero por todas las razones de nullidad y agrauio que del processo resultan, y se pueden colegir que he aqui por insertas. Lo otro porque no fue dada a pedimento de parte, ni contraparte, en tiempo ni en forma. Lo otro porque yo no fui citado para la ver dar, ni el processo estaua en tal estado, ni en darla se guardo el orden del derecho. Lo otro porque yo probe bien y cumplidamente mi intencion, y mis excepciones y defensiones y deuiendolas v. m. dar por tales y bien probadas, y al soluerme de esta instancia, las dio por no probadas y me condeno. Por las quales causas y qualesquiera de ellas, y por las que ante el Superior protesto dezir y alegar, sintiendome agrauado,* saluo iure nullitatis, *y otro deuido remedio, appello de v. m. y de la dicha sentencia, en quanto contra mi haze, y no en mas ni allende, para ante los señores Presidente y Oydores que residen en la Real Chancilleria de Valladolid,* vel aliter si appellatio ad alios fuerit interponenda, *so cuya protection y amparo pongo mi persona y bienes y esta causa, y pido los Apostolos de mi appellacion,* sępe, sępius, instanter, instantius, & instantissimè, *con todas las instancias y afincamientos que de derecho se requierẽ, y si esta appellacion tacita, o expressamente derogada me fuere, añadiendo agrauio a agrauio y fuerça a fuerça, y appelacion a appelaciõ, iterũ appelo de la dicha denegacion, segun y para ante quien appelado tengo y pidolo por testimonio, y a los presentes ruego de lo mescan testigos para en guarda de mi derecho y justicia.*

Aduertendum tamen est, quod non omnia supradicta verba in eiusmodi appellationis libello semper, & necessario sunt dicenda, sed ex eis, quç iuxta cuiuslibet propositum visa fuerint magis pertinere. De cuius libelli expositione videatur supradictus Paz loco vbi supra à nu. 45. et in sequentibus latissimè, vbi plura dicit, eaque notatu dignissima. Sed hoc præsertim, † quod appellatio à sententia diffinitiua, necdum iustificari potest ex processus actis, & causis in 56

prima

prima instantia adductis: verumetiã & ex nouis caussis, & nouis probationibus adductis in secunda instantia, quod in appellatione quę est à sententia interlocutoria, non contingit: hæc enim tãtum iustificare habet ex caussis adductis in prima instantia: quod probat ex multis iuribus, & Doctorũ authoritatibus, quę videri poterunt ibidem.

ARTICVLVS VI.

In quibus caussis Appellatio interponi possit, aut non possit?

Prima Conclusio.

57 COMMVNITER, & Regulariter † loquendo, sicut omnibus personis licitum est appellare; ita & appellatio ipsa in omnibus caussis potest interponi: nisi aliàs appellatio prohibita reperiatur expresse. Hæc conclusio communis est omnium DD. resolutio, de qua vidẽdus est Syluester in summa, verbo Appellatio, numer. 6. & 7. Paz in sua praxi tom. 1. p. 6. in proœmio à numero 17. cum seqq. & Farinacius 3. part. q. 101. nu. 1. constatque satis ex glossa in l. qui restituere, ff. de rei vendicat. & hanc tradit pro generali regula Maranta de Ordine Iudiciorum 6. p. tit. de appellatione numero 267. Facit ad idem textus in l. à sententia, ff. de appellation. vbi dicitur quod regulariter loquendo omnibus personis licet appellare, & omnibus appellationibus per iudicem est deferendum. Et procedit supradicta regula, de omnibus iudicibus tam ordinarijs, quam extraordinarijs, siue delegatis, vt satis colligitur, ex capit. omnis, capit. ad Romanam 2. quæstion. 6. Quamuis autem hoc ita sit, plures tamen sunt casus, & caussæ, in quibus prohibita est appellatio, & in eis appellare non licet: quę explicabuntur per sequentes conclusiones.

Secunda Conclusio.

IN primis à sententia † interlocutoria non est appellandum, nisi ipsa in se contineat grauamen per diffinitiuam irreparabile. Hæc conclusio communis est omnium Doctorum resolutio, & de ea videndi sunt Syluester, & Paz locis supra citatis. Et quidem quod à sententia interlocutoria prædicta non sit appellandum, constat expresè, ex l. 1. in principio ff. de Appellationibus, ex l. ante sententiæ C. quorum appellat. non recip. & de iure regio, ex l. 13. titulo 23. part. 5. & & l. 3. titulo 18. lib. 4. Recopil. & l. 10. titulo 7. lib. 2. Recopil. & l. 5. titulo 5. lib. 7. Recopil. Quibus omnibus in locis in caussis criminalibus prohibetur appellatio à sententijs interlocutorijs: quod & tradit Bartol. in l. 2. ff. de appellationibus recipiend. limitando hoc prout in conclusione est dictum, vt non procedat quando sententia interlocutoria grauamen contineat per diffinitiuam irreparabile, tũc enim bene appellatur ab ea: vt à sentẽtia torturæ, iuxta textum in l. 2. ff. de appellationibus recipiend. De iure olim canonico appellari poterat à sententia interlocutoria, vt constat ex cap. super eo cum multis alijs de appellationibus: sed hoc iam hodie immutatum est per Concilium Tridentinũ sess. 13. cap. 1. de reformatione & sess. 24. cap. 20. & à sententia interlocutoria in caussis Ecclesiasticis non appellatur: cuius hæc ratio reddi potest, quia grauamẽ per ipsam illatum per sententiam diffinitiuam potest reparari. At in casu, quo sententia interlocutoria vim habet diffinitiuæ, seu grauamen continet per diffinitiuam irreparabile, in omni iure stando, à sen-

sententia interlocutoria poterit ap-
59 pellari. Sed dices, quænam † senten-
tia interlocutoria dicetur grauamen
continere irreparabile? Respondeo,
& dico, quod illa, in qua grauatus e-
tiamsi obtineat in diffinitiua non de-
finit esse læsus, secundum Baldum, in
l. 2. numero 5. C. de Episcopali au-
dientia, talis est torturæ sententia, &
generaliter loquendo omnes senten-
tiæ interlocutoriæ habentes vim dif-
finitiuæ, à quibus quod appellari pos-
sit communis est opinio. Solum ex-
tat differentia inter DD. an id verum
habeat tam in sententijs affirmati-
uis, quam in negatiuis, de qua con-
trouersia videatur Paz vbi supra à
num. 23. & deinceps: nam non vacat
per tempus in hisce rebus immo-
rari.

Tertia Conclusio.

60 A Pœna † vel sententia legis,
non etiam licitum est appella-
re. Hæc etiam conclusio com-
munis est omnium Doctorum reso-
lutio, de qua videndus est Syluester,
verbo vbi supra nume. 6. vbi probat
eam ex l. si qua pœna, ff. de verb. si-
gnifi. & ex cap. quia nos, de appella-
tionib. vbi videnda est glossa. Sed
quamuis à pœna, vel sententia legis
appellari non possit, ea tamen non
61 obstante, appellari † potest à senten-
tia eiusdem declaratoria, & denun-
ciatione sententiæ excommunicatio-
nis, seu alterius censura, vt late pro-
bat prædictus Syluester in Summa
verbo appellatio, numer. 7. de mente
Panormitani, in cap. peruenit de ap-
pellationib. & ratio est, quia hæc nõ
est sententia iuris, à qua appellare
non licet, sed iudicis declarantis quẽ
piam in eandem incurrisse, quæ est
sententia hominis, qui decipi & falli
potest, ac proinde in eo locum habet
appellatio. Videatur Syluester vbi
supra, vbi ad hoc propositum dicit
plura, eaque notatu dignissima. Vi-
deatur etiam ea de re Farinacius vbi
supra.

Quarta conclusio.

NOn † etiam datur appellatio 62
ab aliqua correctionis senten
tia, & generaliter loquendo à
correctionibus appellare non licet.
Hæc etiam conclusio est omnium
communis, & satis constat ex supra
dictis, atque constat maximè, ex c. re-
prehensibilis de appellatio. Sed intel-
ligenda est conclusio, vt etiam supra
diximus; nisi corrigens in corre-
ctione debitum modum excedat:
ad quod propositum videatur etiam
quod dicit Farinac. 1. part. qu. 18.
de accusatione, numero 58. agendo,
an detur appellatio ab excessiua &
indebita mulcta. vbi adinuenire li-
cebit multa maxime notatu digna.
Neque etiam datur † appellatio à 63
mero executore, nisi etiam debitum
modum excedat, & arctius exequa-
tur: iuxta tex. in cap. nouit de appella
tionibus cum glossa, & præterea
neque à iudice arbitro potest appel-
lari, propter rationem à nobis supe-
rius adductam, de mente Diui Tho
mæ 2. 2. qu. 69. articulo tertio ad 2.
quia nempe, cum in iudicem electus
sit ex consensu, & voluntate par-
tium, incongruum, atque indecens
esse videtur, quod appelletur ab eo,
& ipsius iudicium suspectum habea
tur, cum iam primum tanquam re-
ctus & idoneus iudex, ab ipsis parti-
bus fuerit approbatus. De his omni-
bus videatur etiam Syluester, verbo
appellatio, numero 6. & septimo vbi
ad hoc propositum, reperire licebit
plura, eaque notatu dignissima.
An appellari † possit à sententia iu 64
dicis liberum arbitrium habentis
in pœnis, quando ex aliqua iusta cau
sa aliquam pœnam in alia commut-
tat, tractat Farinac. loco vbi supra q.

17, à n. 27. cum seqq. & multis hinc
inde habitis, tandem parti adhæret
negatiuæ, & dicit quod iudex in ar-
bitrarijs redargui non potest, quod
probat authoritate glossæ in c. statu-
tum, §. assessorem de rescriptis lib. 6.
& Innocentij in cap. in præsentia de
testibus, Bartoli etiam, in l. 1. in fine
ff. de legatis 2. dispu. 1. Cum quo qui-
dem stat, vt non etiam desint cōtra-
rium qui dicant: de qua controuer-
sia, videatur etiam Couarruu. libro
2. variar. resol. c. 12. numero 5. vers.
secundo aduersus Bartolum, & An-
tonius Gomez tomo 3. variarum ca-
pit. 1. numero 63. videatur etiam ea
de re Mascard. lib. 2. de probatio cō-
clusione 696. numero 8. & 9.

65 In criminibus notorijs, † an detur
appellatio tractat etiam supradictus
Farinac. loco vbi supra q. 21. n. 117.
& parti adhæret negatiuæ, ac regulā
constituit, quod in ipsis appellatio
non datur, & dicit quod etiamsi in-
terponatur, ea non obstante potest iu-
dex ad suæ sententiæ executionē de-
uenire. Quod probat per text. in c. cū
sit Romana, §. fin. de appellationib.
per illa verba, ibi. Nisi forte manife-
stus raptor, vel fornicator existat. Fa
cit ad idem, & tex. in c. peruenit, & c.
consuluit, el primo eo. tit. Item & tex
tus in cap. Romana, & ibi glossa de
appellatio. lib. 6. & cap. cum specia-
le, §. porrò, de appellationib. Itē glos-
sa in capit. manifesta 2. quæstione 1.
Item glossa in cap. vestra de cohabi-
tatione Clericorū, & mulierum. Sed
postea à numero 118. cum sequenti-
66 bus, limitat regulam † generalem
prædictam, in casu quo delicta noto
ria aliquam excusationem haberent,
& tunc cum expressione causæ, non
verò aliter: quia contra notorium in
actis oppositum, non facta specificè
mentione in appellatione de oppo-
sitione, non datur appellatio, nec iu-
dex ad quem tenetur eidem deferre:
quod probat multis rationibus, &
Doctorum authoritatibus. Addit
tamen in sequenti num. 127. quod
licèt appellari non possit à sententia
diffinitiua super notorio, bene tamen
à declaratione, qua iudex pronunciat
aliquid esse notorium, si reus illud
neget, prout etiā dicit numero 126.
& similiter à non admissione exce-
ptionum, quæ contra notorium op-
ponuntur, qua de re videatur nume-
ro 128.

Sed an idem sit iudicium de reo 67
† reperto in flagranti delicto, & in ta
li casu à pœna sibi imposita detur
etiam appellatio, tractat etiam præ-
dictus Farin. loco vbi sup. nu. 154. &
de mente Follerij in sua pract. crim.
verb. Item quod fuit captus in flagrā
ti delicto, n. 4. & 12. dicit, quod da-
tur quidem appellatio quoad effectū
deuolutiuum, sed nō quoad suspen-
siuum: quod (inquit ipse) multoties
obseruatum fuisse, vidit. & audiuit,
& asserit posse practicari: sed cōcur-
rentibus duobus, primò quod cō
stet plenè de delicto ab eo commis-
so, secundò vt captus fuerit in ipso
actu delicti: pro quo citat Iul. Clar.
lib. 5. sent. §. fin. q. 8. n. 5. vers. scias
autem, & Follerium loco vbi supra,
& pro huius rei resolutione remittit
se ad id, quod dixerat supra n. 117.
loquendo de delictis notorijs, nam
omnium horum eadem (inquit) est
ratio, & quod dictum fuit de vno,
dicendum similiter est de alio, à pa-
ritate, seu potius identitate rationis:
& quod tunc solummodo reo in fla-
granti crimine reperto, deneganda est
appellatio, quando eiusmodi deli-
ctum, siue crimen ex circunstantijs
effectum est notorium, & tunc etiā
admittenda est, si aliquam habuerit
excusationem, cū expressione causæ.

Quinta Conclusio.

Confessus † simul & conuictus 68
appellare non potest, & si appel-
let,

let, non obstante appellatione iudex suam sententiam exequi potest. Hæc conclusio habetur expressa, in l. 2. C. quorum appellatio. non recipiantur, & de ea specialiter videndus est Farinacius p. 3. quæst. 101. à numero 114 cum sequentibus, cuius resolutionis (quam constituit pro generali regula) rationem esse, dicit præsumptam calumniam, quæ eiusmodi appellationi inesse videtur, quando quis simul conuictus, & confessus appellat: & intelligendam esse dicit conclusionem prędictam, nō solum in illis quinque criminibus contentis in supradicta, l. 2. C. quorum appel. non recip. videlicet, in homicidio, veneficio, maleficio, adulterio, & manifesta violentia: verumetiam in omnibus alijs criminibus, in quibus reus fuerit simul confessus, & conuictus, quia non auditur appellans, iuxta glossam supradictæ legis, in verbo propria, vers. item nota, quam sequuntur Bart. & Baldus, & omnes communiter scribentes, licèt non desint contrarium qui dicant: & supradictam legem tantum habere locum in quinque illis criminibus ibidem enumeratis, propter ipsorū immanitatem, non vero in alijs. Sed oppositum est certius & verius: & quod tenetur communiter quando reus est conuictus legitimis probationibus vt dicitur luce meridiana clarioribus: neque habet aliquam causam excusantem, seu offuscantē eiusmodi probationes. Qua de re videatur Antonius Gomez lib. 3. variarum cap. 13. numero 31. post mediū vers. & licet ista lex. & Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. finali, quæst. 94 numero 2. vers. sed certè tenendum est. Sed aduerto quod supradicta concl. procedit (prout ex ipsa constat) in reo simul cōfesso & conuicto, secus, n. est

69 † in cōuicto tantū: isti. n. haudquaquam prohibitū est appellare, vt satis colligitur ex supradicta, l. secūda, C. quorum appellationes non recipiantur, §. 1. ex illis verbis, ibi, aut minimo voce sua confessus sit. Quod etiam tradit Farinacius loco vbi supra numero 131. & Anton. Gomez loco etiam vbi supra. Et Farinacius in sequenti numero 132. dicit quod supra dicta conclusio, & regula procedit de reo sponte confesso, & non in tortura aut tormentorum metu. Quod etiā probat per supradictam, l. 2. C. quorum appellationes non recip. per illa verba ibi: aut formidine tormentorum territus contra se aliquid dixerit, prouocandi licentiam ei non denegamus. Quod notat glos. ibi, verb. propria & verbo, aliquid: quod est intelligendum, nisi eiusmodi confessio in tortura, vel metu tormētorum emanata, † postea fuisset ratificata: 70
tunc enim spontanea cēsetur, prout dicit supradictus Farinacius in sequēti numero 133. & latius quæst. 83. titulo de reo confesso, & conuicto, numero 60. adducendo in id ipsum aliquas limitationes, & modificationes, quæ videri poterunt ibidem, nō enim vacat per tempus tot, ac tanta simul dicere. Plures alios refert casus Farinacius prędictus, in dicta quęst. 101. in quibus appellare non licet, qui pro eo, quod tot ac tāti sint, & circa ipsos non par sit omnium Doctorum consensus, longissimamque id ipsum proinde requirebat disputationem, consulto à me in præsentiarum prætermittuntur, vt videantur ibidem.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm iudices, & Prælati, legitimis appellationibus semper teneantur deferre?

HVIC articulo fiet satis per sequentes conclusiones, quibus difficultatem propositam è suo fonte intimisque visceribus

erucntes, breuiter, atque resolutiuè dicemus, quid hac in re tenendum est, & communiter obseruatur in praxi.

Prima Conclusio.

71 PRINCEPS † non semper tenetur etiam legitimis appellationibus deferre: quin verò statuere potest aliquos casus, & causas, in quibus (etiam iudices inferiores) procedere possint omni appellatione remota, siue postposita. Hæc conclusio est certa, & manifesta, constatque satis ex supradictis: etenim Princeps, quamuis tollere, aut immutare non possit ea, quæ sunt de appellationis substantia, & de iure naturali, quæ ad propriam defensionem spectant (vt latissimè probatum est supra per ca. cum speciali de Appellationibus, & glossam in cap. cum inter, de exceptionibus, & per Clementinam Pastoralis de re iudicata, & l. defensionis facultas, C. de iure fisci) bene tamen potest tollere, & immutare ea, quæ pertinent ad appellationis eiusdē formalitatem, siue solemnitatem, quæ de iure est positiuo, ac proinde statuere aliquos casus, & causas: in quibus appellare non liceat, & iudices inferiores iubeantur in ipsis procedere omni appellatione remota: quod nimis doctè, & copiosè probat Couarru. in suis pract. quæstio. c. 23. num. 6. & Paz in praxi tom. 2. par. 5. capitulo vnico num. 1. constatque id ipsum, ex l. 1. §. interdum, ff. à quibus appellar. licet, & ex cap. 1. de Rescriptis, c. Pastoralis de appellationib. ca. super quæstionum, §. si vero de officio deleg. & ex l. Regia 13. tit. 23. p. 3. & est communis omnium DD. resolutio.

72 Aduertendum † est tamen, quod non id passim, neque sine iusta, & multum rationabili causa debent facere Principes, & contrarium faciendo peccabunt mortaliter, vt multis probat Couarruu. loco vbi supra, addendo etiam quod de iusta causa debet constare Principi: nec desunt qui dicant eandem apparere debere, & aliàs credendum non esse Principi asserēti causam subesse: qua de re videatur Paz loco vbi supra, & Nauarro, in cap. si quando de Rescriptis numero 7. vbi plura multum notanda dicunt ad hoc propositum. 73

Aduerto etiam, quod † non per hoc quod appellatio in aliquibus casibus, & causis à Principibus, siue iudicibus inferioribus denegetur, dici vllo modo potest, quod sublata sit reis omninò defensionis facultas, aut tollatur id, quod de iure est naturali: nam supradicta prohibitione nihilominus non obstante, recursum semper habent ad superiores per viam supplicationis, seu per viam simplicis cuiusdam querelæ, iuxta glossam in ca. querelam, de procurator. & gl. in cap. ex literis, verbo supplicarunt, de rest. spoliatorum, & iuxta glossam in l. vnica, C. de sententijs præfect. prætor. & l. 6. tit. 18. lib. 4. Recopilationis, & l. etiam 1. & 2. cum alijs titulo 19. eiusdem lib. 4. Recopilat. & id ipsum fieri potest iuxta glossam in cap. Apostolicæ, verbo retractari, 35. quæstione 9. Verum licèt sit, quod tunc appellatio non habebit effectū suspensiuum, sed tantum deuolutiuum, iuxta textum in cap. Pastoralis in principio de appellationibus, & in capit. etiam Pastoralis, §. præterea de officio delegati, vbi habetur † 74 quod quando proceditur appellatione remota, per appellationem non suspenditur iudicis inferioris iurisdictio, donec Papa, siue Princeps causam alicui committat. Ex quo planè colligitur, quod appellatio à principio habuit quidem effectum deuolutiuum, sed non suspensiuum: quo fit vt licet innouata, & attentata per iudicem à quo,

post

post appellationem à sententia diffinitiua, vel intra tempus à iure concessum ad appellandum, reuocanda sint remedio attentatorum per iudicem appellationis, vel per ipsum iudicem à quo, iuxta textum in capit. non solum de appellationibus lib. 6. prout resoluit Couarruuias vbi supra ca. 23. numero primo, quia appellatione pendente nihil est innouandum: attamen attentata per prædictum iudicem à quo, in casibus quibus appellatio non est admittenda, vel quando proceditur cum clausula appellatione remota, reuocanda non sunt, etiam si quis manifestè grauetur, & causæ cognitio per appellationem ad superiorem deuoluatur: quia tunc eiusmodi appellatio habuit effectum non suspensiuum, sed tantum deuolutiuum, & inferioris iurisdictio non fuit suspensa, vt dicit supradictus Couarruuias vbi supra numero 7. Ex quibus omnibus superque satis constat, quod quando Princeps per legem siue per aliquod rescriptum appellationem tollit, & iubet iudices inferiores procedere ipsa remota: non omninò censeri debet sublata naturalis defensio, sed solummodo iste particularis defensionis modus per appellationem: nam esse plura tribunalia, & maximè in delictis notorijs, & plene probatis, non respicit iustitiæ causam, præcisè & per se, sed tantum id introductum est ad hoc vt iustitia ipsa amplius consideretur, & res siue negotium penitus introspiciatur: quod multum est notandum, ac memoriæ commendandum, vt non per id iustitia vllo modo læsa esse videatur. Consulatur hac de re Paz in sua praxi. tom. 2. parte 5. cap. vnico numero 2. & expressius numero 14. & 15.

Secunda Conclusio.

QVando † iudicibus, siue Prælatis præcipitur, vt in aliquo negocio, vel causa procedant appellatione postposita, siue remota, intelligendum idest non solum de appellationibus friuolis, verumetiã & de legitimis, si non fuerint factæ in casibus à iure expressis. Hæc conclusio est expressa capitul. Pastoralis de appellationibus, vbi Innocentius III. scribens cuidam Episcopo, post alia in sequentia verba prorupit. Quæsiuisti vtrum quando inhibetur appellatio in rescripto, frustratoria tantum inhibita videatur. Nos, igitur attendentes quod per appellationem frustratoriam, etiamsi non fuisset inhibita negotiũ non debeat impediri, respondemus quod quælibet prouocatio intelligitur remoueri, quæ à iure non indulgetur expressè. Sed si appellans fuerit grauatus iniustè, grauamen huiusmodi per superiorem poterit emẽdari. Hæc vbi supra. Vbi videnda est glossa verbo expresse, vbi ad hoc propositum inuenire licebit plura, eaque notatu dignissima, & similiter in glossa celebri, & solemni, capituli, vt debitus honor de appellationib. verbo, absque rationabili causa. Circa quam conclusionem nihil de nouo dicendum occurrit, prætterquam illud, quod dictum est in præcedenti, nempe quod appellatio in hoc casu habet quidem effectum deuolutiuum, sed non suspensiuum. 75

Tertia Conclusio.

IVdices, & Prælati † inferiores, in nõ annuendo, siue deferendo legitimis appellationibus, in casibus, quibus id facere tenẽtur, mortaliter peccãt. Hæc cõclusio est omniũ DD. & Sũmistarũ cõmunis. De qua specia- 76

specialiter videndus est Syluest. verbo appellatio n. 3. & Nauarr. in suo Manuali c. 25. n. 13. 14. & 15. Sed intelligenda est prout in ipsa dicitur, de iudicibus, & Prelatis inferioribus, non vero de Principibus, & superioribus; ij. n. sicut pro alijs, appellationis formalitatem siue solemnitaté tollere possunt: ita multo melius, atque potiori iure id ipsum pro seipsis poterunt facere, nec tenentur appellationibus ab eisdem factis deferre, nec proinde videri poterunt quod cuiuspiam naturalem defensionem tollant, nam (vt inquit Syluester de mente Panormitani) præsumptio stat pro ipsis, quod præcesserit causæ cognitio. At loquendo de iudicibus & Prælatis inferioribus, certissimum est, quod in conclusione est dictum, quod tenentur sub mortale legitimis appellationibus deferre. Legitimis dixerim, non autem friuolis. Et dicitur appellatio friuola, illa quæ interponitur sine causa legitima, vt quãdo quis appellat absque eo, quod sit grauatus iniustè idemque est prorsus dicere appellationem friuolam atq; inanem & vanam, vt poto sine iusta, & rationabili causa interpositam. Quod appellationum genus, in iure non admittitur, iuxta supradictum cap. Pastoralis, de appellationibus, & capit. cum appellationibus friuolis, eodem titulo lib. 6. nec vllũ habet effectum. Quænam appellationes dicantur legitimæ, quæ verò friuolæ, calumniosæ, siue iniustæ, tractat latissimè Farinacius 2. par. quæstio. 38. nums 23. cum sequentibus, vbi plura dicit ad hoc propositum ea que notatu dignissima, & de ijs videatur etiam Syluester. vbi supra.

In calce huius conclusionis libuit adnectere ex Nauarro loco vbi supra, quod † iura, sicco priuilegia appellationem remouentia in aliquibus 77
casibus, & admittentia illam regulariter in cibus, iuxta Gl. in l. qui restituere, ff. de re iudi. solummodo procedunt in foro exteriori: nã in interiori conscientiæ, dicit quod quotiescunque iudex aliquem grauat, & appellationem ipsius non admittit, seu aliqua alia via grauamen non remouet, mortaliter peccat: siue sit casus in quo appellare licet, siue non: quod probat argumento deducto ex l. i. ff. de appellationibus, & ex cap. ad nostram, eodem tit. qua in re quamplurimos † iudices, litigantes, aduo- 78
catos & eorum procuratores grauissimè passim peccare dicit, cum obligatione restituendi omne interesse, & ad hoc quod peccent iudices, non requiritur quod sententia sit iniusta secundum acta, sed sufficit vt credatur re ipsa esse iniustam, & peragenda de nouo demonstrari posse esse talem: quod probat argumentro deducto ex cap. per tuos, de sententia excommunic. & ex cap. solet eodem titulo, lib. 6. quod multum est notandum, ac memoriæ cõmendandum.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum appellatio ad superiorem interponi possit omisso medio?

Conclusio.

QVOD appellatio † non 79
fiat, nisi de minori ad maiorem, & non omisso medio, sed gradatim: omni iure est cautum, canonico, atque ciuili. Hæc conclusio est Speculatoris titulo de appellatione, §. nunc tractemus in principio. Et satis colligitur ex l. 1. ff. de appellationibus, §. si quis, & l. præcipimus, C. eodem titulo, & ex l. Imperatores, ff eodem titulo, item, & ex cap. nouit, cap. non putamus, de consuetudine, libro 6. & capit. dilecti el 3. de appellationibus, capit. Me-
tro-

tropolitanum, 2. quæstio. 7. Aduerto tamen cum Syluestro, verbo appellatio, nu. 2. quod quamuis hoc, quod est non appellare, nisi de minore ad maiorem, sit de substantialibus iudicijs, & vt videtur de iure
80 naturali: attamen † quod non appelletur omisso medio, sed gradatim, non est de iudicij substantialibus, sed accidentalibus: quo fit vt Papa, Rex, siue Princeps illud possit tollere. Quin verò (inquit Syluester) & cō suetudine potest introduci, vt appelletur omisso medio, quod probat ex multis iuribus, sed maximè ex cap. referente, iuncta glossa de præbendis & capit. Romana eodem titulo, lib. 6. & etiam dicit, quod seclusa cō suetudine valet appellatio omisso medio, si non fuerit obiectum, siue negatum, vt notat Glossa capit. cum dilecti, eo. tit. Hac de re videatur Syluester vbi supra, & Paz in praxi tomo 1. par. 6. in proœmio num. 43. vbi dicit de iure Regio appellari etiam nūc posse ad Regem omisso medio, iuxta textum in l. 18. tit. 23. part. 3. Quia de re videndus est etiam Couarruuias in pract. quæst. capit. 4. nu.
81 9. vbi dicit potiori † ratione in foro Ecclesiastico, appellari etiam posse ad Papam omisso medio, iuxta textum in cap. ad Romanam, 2. quæst. 6. & cap. si duobus, cap. sollicitudinem, de appellationib. quod etiam dicit Paz tom. 2. par. 5. cap vnico num. 4. & idem dicit esse iudicium de ipsius Reuerendissimo Nuncio, siue delegato, prout tradit Panormitan. in dicto cap. cum dilecti, el 3. de appellationib. & quod ita obseruat communis praxis: ad quod propositum dicit multa eaque notatu dignissima, quæ cum per tempus referre non liceat videantur ibidem.

ARTICVLVS IX.

De modo quo grauatus appellans, tenetur appellationem prosequi coram iudice à quo, & iudex ad quem inhibere debet inferiori.

Prima Conclusio.

GRAVATVS ab inferiori 82
iudice, interposita appellatione, in casibus, in quibus id facere licet, intra tempus à iudice, siue iure præfixum, eandem tenetur prosequi, aliàs deserta remanebit. Hęc conclusio est omnium DD. communis & probatur ex cap. per tuas de appellationib. ca. cum ab eo, eodem tit. in 6. & Clemen. quamuis, eodem tit. Circa quam conclusionem oportet aduertere, quod licèt appellationis terminus, intra quem appellari potest, tam in ciuilibus quā in criminalibus, à iure sit iam præscriptus, iuxta ea, quę superius dicta sunt: attamen ex iusta, & rationabili causa, eiusmodi terminus, & maximè in criminalibus, per iudicē breuiari, siue prolongari potest, vt latè prosequitur Paz in sua praxi to. 1. p. 6. c. 1. nu. 2 & tom. 2. par. 5. ca. vnico num. 9. & 10. Et stylus qui hac 83
† in re obseruari solet hic est. In primis interponitur appellatio à grauato, & petuntur apostoli, hoc est, vt detur sibi testimonium suæ appellationis, quod facere tenetur iudex. Sicque præcipit tabellioni illi, vt exhibeat eiusmodi testimonium: quo porrecto appellans infra tempus à iure, siue iudice præfixum, se præsentat coram superiore, expostulans exhiberi sibi prouisionem, siue rescriptum, vulgo dictum la carta inhibitoria y compulsoria. Sed quid si 84
tabellio noluerit sibi suæ † appellationis testimonium concedere, seu iudex à quo per iniuriam, atque iniu-

T 4 iustè,

iustè, in casu quo tenetur, non etiam voluerit suæ appellationi deferre? Quid tunc temporis faciendum est? Respondeo, quod tabellionem debet requirere coram alio tabellione, idque non semel, & iterum, sed tertiò, tertio quoque die, vt appellationis testimonium sibi exhibeat, idque petere pro testimonio, vt cum ipso per se, vel per alium coram superiore se præsentet, prout tradit Paz tomo 1. par. 6. in proœmio numero 5. & in capit. 1. numero 1. A iudice autem nolente appellationem concedere in casu quo tenetur, appellandum est tanquam ab iniustè grauante, quæ appellatio communiter interponi solet in libello primæ appellationis, per illa verba posita in fine. *Y si esta apelacion tacita, o expressamente me fuere denegada, añadiendo ægrauio a agrauio, fuerça a fuerça, y apelacion a apelacion, de nueuo apelo de la dicha denegacion, y seguia y paila ante quien apelado tengo, y pidolo por testimonio, y a los presentes ruego me sean dello testigos, para en guarda de mi derecho y justicia.* Sed de modo se præsentandi coram superiore, sit secunda conclusio.

Secunda Conclusio.

85 GRauatus per † se aut per alium præsentatus coram superiore, similem petitionem proponit.

Fulano vezino de tal parte, me presento ante V. A. en grado de apelacion, de la sentencia que contra mi dio y pronuncio, N. en fauor de N. por la qual me condeno a esto y a esto, N. de lo qual sintiendo me agrauiado apele para ante V. A. como consta del testimonio de que hago presentacion, con el juramento y solemnidad necessaria. A V. A. pido y suplico mande dar su prouision Real, inhibitoria y compulsoria, en la forma acostumbrada, y para ello, &c.

Si eiusmodi petitio in persona grauati porrecta fuerit à procuratore, quæ in prima persona sunt dicta, apponi debent in tertia, & similiter erunt mutanda, quæ mutari oportet, si appellatio nõ fuerit interposita ad Regiam Cancellariam, sed ad alium superiorem iudicem, sæcularem siue Ecclesiasticum. Quid autem facere debeat præfatus superior, siue iudex ad quem appellatur, dicetur in sequenti conclusione.

Tertia Conclusio.

VIso per † superiorem eiusmo- 86
di appellationis libello, & testimonio suę appellationis, iubet exhiberi grauato appellanti prouisionem, siue rescriptum compulsorium, quo tabellioni siue causę notario præcipit, vt processum originalem ad se transmittat: sed non statim concedit inhibitoriam contra iudicem inferiorem, cum prohibitum sit iure superioribus cunctis, & maximè in criminalibus, inferioribus inhibere, donec processus acta primę instantiæ ad eosdem fuerint delata, vt ex ipsis videant an inferioribus debeant inhibere, & appellationis causa maneat satis iustificata. Hæc conclusio est certa, & quæ communiter obseruatur in praxi, & pro iudicibus sæcularibus de iure Regio habetur id ipsum expressum in l. 1. titulo 7. lib. 2. Recopil. Pro Ecclesiasticis verò facit ad idem cap. Romana, §. si verò, de appellationib. lib. 6. & in Concil. Tridentin. de nouo id ipsum innouatum est, Sessio. 13. de reformatio. cap. 3. & Sessio. 24. cap. 10. & Session. 25. cap. 14. vbi dicitur, quod si perperam quidpiam in contrarium fiat, non obstante quacunque superioris inhibitione, Episcopi sententia super visitatione, aut morum correctione, executioni mandetur. Quod intelligendum est

in

ſ in caſu noſtræ concluſionis, quando ſcilicet eiuſmodi inhibitiones à ſuperioribus dantur abſque legitima cauſa, & ſine cauſæ cognitione, & abſque eo, quod cauſa appellationis ex actis proceſſus primæ inſtantiæ appareat iuſtificata. Quamuis autem in prædicto caſu à ſuperioribus man datum non exhibeatur inhibitorium contra iudices inferiores, mandant tamen eiſdem vt interim quod cauſa videtur, & proceſſus acta ad ſe trāſferuntur, ſuperſedeant à ſuarum ſententiarum executionem, id quod & ipſi facere tenentur, ac tandem actis viſis, inferioribus iudicibus, vel in totum inhibent, aut totaliter ad eoſdem cauſam remittunt. Poſt intimationem autem eiuſmodi inhibitionis, quemadmodum & poſt legitimam appellationem: ſi iudex inferior contra ius, & contra iuſtitiam aliquid innouauerit, ſeu tentauerit innouare: remedio attentatorum per ſuperiorem iudicem omninò debet reuocari.

87 Circa modum, & praxim † qua criminales cauſæ in ſecunda inſtantia coram ſuperioribus iudicibus ſolent agitari, multa forent dicenda: ſed quia facilè colligi poſſunt ex ſupradictis, & libri huius exiguitas nō tot ac tanta capit, vt non plus nimio excreſcat, conſulto ea facio miſſa: lectorem remittendo vt conſultat Doctorem Paz in ſua praxi tom. 1. 6. p. cap. 1. à num. 1. cum ſequentibus latiſſimè, & 2. tom. par. 5. cap. vnico, à nu. etiam 1. cum ſequentibus, vbi reperire licebit (meo quidem videri) omnia quæ ad hoc propoſitum poſſunt deſiderari.

QVÆSTIO XXX.

De modo & forma reſolutiua, & compendioſa, formandi proceſſus contra reos inquiſitos, denunciatos, ſiue accuſatos: & quando iudex à principio procedit ex officio, habita notitia alicuius delicti ante accuſationem: in quinque Articulos diuiſa.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus eſt negotij alicuius geſta narratio: eius caput, & initium in inquiſitionis iudicio eſt ipſa infamia, indicia, aut ſemiplena probatio, num. 2.*

In alijs verò denunciationis, & accuſationis iudicijs proceſſus caput eſt libelli oblatio, nu. 3.

4 *Finis proceſſus eſt diffinitiuæ ſententiæ pronunciatio.*

5 *Proceſſus omnis in omni iudicio fieri debet coram tabellione publico notario, ſiue ſcriba & eo deficiente coram duobus viris idoneis, aliàs erit nullus.*

Et procedit in omni iudicio, tam ſūmario, quam ordinario, nu. 6.

7 *Præſumptio licèt ſtet pro iudice, & pro ſententia ab eo lata, non tamē procedit, ſi proceſſum faciat ſine notario aut tabellione.*

8 *Iudices, & Prælati vigore cuiuſcunque priuilegij non debent proceſſus acta propria manu ſcribere, & ſine notario aut ſecretario.*

Et omnia ſic facta ſunt ipſo iure nulla, num. 9.

10 *Subditi non poſſunt renunciare iuri, quod habent, quod proceſſus non fiant, niſi coram notario, aut ſecretario.*

Declara, nu. 11.

12 *Iudex ex mero ſuo officio contra aliquem per viam inquiſitionis procedere debet, quando præmiſſa generali inquiſitione contra eūdem infa-*

ARTICVLVS I.

Quidnam sit processus & an necessariò fieri debeat coram tabellione, notario siue scriba?

Prima Conclusio.

1 PROCESSVS († vt nomen ipsũ sonat) est negotij alicuius gesta narratio. Hæc est processus exacta diffinitio, quæ magis indiget explicatione, quam probatione. Et dico, quod processus dicitur talis, per trãslationem & sumpta metaphora à loci mutatione: nam sicuti qui de loco ad locum per loci alicuius spatium peruenit procedere dicitur: ita & cuiuscunque causæ, siue negotij discursus, seu potius descriptio, per suos debitos modos, seu (vt alij volunt) articulos gesta narratio, ab initio vsque in finem processus nuncupatur. Huius processus † caput, seu 2
potius initium in inquisitionis iudicio, est ipsa exorta infamia, indicia, aut semiplena probatio, quæ inquirendi ius tribuunt iudici: vt enim satis constat ex supradictis quæstio. 7. per plures articulos, sine ipsis id ipsum haudquaquam facere licet. In alijs verò † denunciationis, siue ac- 3
cusationis iudicijs, processus caput, siue initium est libelli oblatio: spatiũ autẽ siue interuallum sunt ea, quæ hincinde ex parte actoris siue accusatoris, & rei, necnon & iudicis ipsius, ad indagandam veritatem præmittuntur. Finis autem † processus 4
in omni iudicio, est ipsius sententiæ diffinitiuæ pronunciatio. Hæc de processu in communi sunt dicta, nam de illis loquendo in particulari plura dicenda sunt in sequentib. articulis, vbi breuiter, & resolutiuè, in compendio explicabitur modus, & forma, qua in causis criminalibus formandi sunt processus, vtcunque iudices in illis procedant, siue id fiat per viam particularis inquisitionis, siue verò per viam denunciationis, aut tandem per viam accusationis. Modò dicamus oportet, an prædicti processus necessariò fieri debeãt coram notario, tabellione, siue scriba, de quo sit secunda conclusio.

Se-

Secunda Conclusio.

5 CErtissimum † est, & omni dubio procul, quod processus omnis in omni iudicio, iam ordinario, quam extraordinario, fieri debet coram tabellione publico, notario, siue scriba, aut eo deficiente coram duobus testibus viris idoneis, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribant, & quod aliter factus erit omninò nullus. Hæc conclusio habetur expressa in capit. quoniam contra falsam, de probationibus, qđ est Innocentij III. in Cócilio Lateranensi, cuius sunt quæ sequuntur expressa verba: quæ hic referre libuit pro eo quod tanti sit momẽti eorum vt clara habeatur notitia. Quoniam contra falsam assertionem iniqui iudicis, innocẽs litigator quãdoque nõ potest veram negationem probare: cum negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio: ne falsitas veritati pręiudicet aut iniquitas præualeat æquitati: statuimus, vt tã in ordinario iudicio, quam extraordinario, iudex semper adhibeat, aut publicam (si potest habere) personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribant. Super quæ verba, quam maxime venit aduertendum, quod Summus Pontifex præcipit prædicta stri
6 ctè obseruari in omni iudicio, † tam ordinario (hoc est, in illo, in quo ius obseruandum est ad vnguem, cum omnibus suis apicibus) quam extraordinario (hoc est summario) in quo proceditur sola veritate inspecta, & iuris apices nõ requiruntur: & quod siue hoc, aut illo modo procedatur, sententia lata in aliquo processu non interueniente notario prædicto, seu persona publica, erit omnino nulla, nec de ea dici poterit solidum habuisse fundamentum, aut præsumptio stabit pro illa, quod dicitur expresse in vltimis verbis, ibi: Iudex autem qui constitutionem hanc obseruare neglexerit, si propter eius negligentiam quid difficultatis emerserit, per superiorem iudicem animaduersione debita castigetur: nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis. Vbi videnda est Glossa, verbo præsumatur: quæ dicit, quod licèt alias † secundum ius semper pro 7
iudice, & sententia ab eo lata debeat præsumi, iuxta cap. bona, de electione, cap. in præsentia, & cap. possessionem, de renunciatione, cap. sicut de re iudicata, cap. hoc etiam placuit, 2 quæst. 6. & inst. de fideiussoribus, §. vltimo: in proposito tamen non præsumitur pro iudice, aut pro sententia ab eo lata, in iudicio, tam ordinario, quam extraordinario, non seruatis ijs, quæ dicta sunt in dicto capitulo. Ex qua conclusione colligitur, quam male, ac minus † 8
iuridicè faciant, & quali pœna digni sint Prælati quidam regulares, qui priuilegiorum suorum prętextu, quibus sibi conceditur, vt in subditorum suorum criminalibus causis non seruare teneantur iuris apices, seu expressam iuris formã, sed quod procedant summariè, & quod dicitur simpliciter, & de plano: in conficiendis processibus non vtuntur secretario (tabellionis, notarij siue scribæ vicem gerente) sed propria sua manu omnia scribunt, contra prædictum, cap. quoniam contra. Non aduertentes † omnia sic per 9
eosdem facta esse omninò nulla, ac pro talibus haberi voluisse Innocẽtiũ Tertiũ, & Concilium prædictũ, quoscunque processus, factos aliter quam coram tabellione, notario, siue scriba, & in casu quod eo isti deficiant, coram duobus testibus viris idoneis et fide dignis, qui vniuersa iudicij acta cõscribãt. Nec cõtra hoc illis quidpiam prodest dicere, quod

quod eorum iudicium est extraordinarium, siue summarium, non verò ordinarium, postquam (vt satis constat ex supradictis) tam vnum, quam aliud comprehendatur sub dispositione prædicti capituli, quoniam contra: per illam verba, ibi, vt tam in ordinario iudicio, quam extraordinario, & c. & quod sic, non verò aliter debeat dici, constat præterea expressè, ex Clementin. sæpè de verborum significat. vbi traditur modus, qui præcisè obseruari debet in causis summarijs, & quibus de iuris apicibus non curatur, vbi sæpissimè fit mentio de actorum processu, à tabellione, siue notario conscribendo, ac dicitur omnia in contrarium facta esse prorsus inualida, & nullius valoris ac momenti, estque hoc communis Doctorum resolutio. Et vt tenet Abb. in capit. cum dilecti de accusationibus, in tantum hoc est verum, vt iudex ad quem appellatur cognita processus nullitate, non reformare poterit sententiam, etiam reformando processum: sed potius debet statim pronunciare ipsam fuisse omninò nullam, ac nullius prorsus valoris, & momenti. Nec verò fauet aut quidquam prodesse potest Prælatis regularibus prædictis, dicere quod

10 in eo sibi subditi, † iam ab annis multis suo renunciarunt iuri: nam cum supradicta (vt ex dictis constat, & ex determinatione Innocentij III. & Concilij Lateranensis prædicti) spectent non quidem ad apices iuris, sed ad ordinem processuum substantialem: non possunt etiam per partes remitti, aut renunciari. Quod multum est notandum, ac memoriæ commendandum.

11 Aduertendum est † tamen, intelligendam esse conclusionem prædictam, de processibus criminalibus factis à Prælatis regularibus, in ordine suorum subditorum punitionem, & vindictam; nam aliud est iudicium, si fiat sermo, non de eisdem criminibus processibus, sed de aliqua alia instructione, siue directione sibi præstita ab aliquo subdito contra alium: hęc enim bene potest fieri propria manu. Et idem dico de ijs, quæ sibi referuntur in generali inquisitione, siue visita à personis visitandis, seu potius, quæ visitantur: nam prædicta visita (vt proprio suo loco dicemus amplius) cum non ordinetur ad subditorum punitionem, sed tantummodo ad Prælatorum eorundem instructionem, vt sciant quid facere debeant, non coram secretario fieri debet, neque comprehenditur sub dispositione supradicti capit. quoniam contra, cum ea non sit iudicium ordinarium, neque extraordinarium, sed præparatoria ad iudicium communiter à Doctoribus nuncupatur, & debet nuncupari.

ARTICVLVS II.

Quonam modo sit formandus processus, quando contra reum proceditur a iudice via inquisitionis?

Prima Conclusio.

IVDEX † mero suo officio contra aliquem per viam inquisitionis procedere debet, quando præmissa generali inquisitione, contra eundem infamia, indicia, aut semiplena probatio resultauerint, debetque tunc suscipere summariam duorum vel trium testium informationem, & si ex ipsa constiterit illum esse culpabilem, reus erit vel verbaliter citandus, aut personaliter capiendus & in carcerem detrudendus: prout iudici expedire videbitur, iuxta delicti & personæ qualitatem. De hac conclusione videndus est Paz in praxi: 1. tom. part. 5. 12

cap.

cap. 1. §. vnico de styl. ful. Rinaudi processum per viam inquisitionis, nu mero 1.

Secunda Conclusio.

13 IN huius processus † capite, facta loci, & temporis métione, præmisso etiam iudicis nomine, necnon & Tabellionis coram quo fit: sequentia ponuntur verba. In tali loco, N. tali die, N. talis mensis, N. & talis anni N. coram me, N. Tabellio ne siue Notario, Petrus vel Paulus iudex, &c. quoniam ex generali inquisitione præmissa (seu aliter, si alias sibi de delicto constitit) ad aures suas peruenit, quod Franciscus (v. g.) tale, vel tale delictum commisit, & quod de eo fama publica: vel dicat quod de eo fuerunt sufficientia indicia, aut semiplena probatio (in casu quo eius modi ad ineundam particularem inquisitionem sufficiant) & siue sit infamia siue indicia, dicat. Quia infamia siue indicia fuerunt legitimis testibus comprobata (quod & faciem dum est eo modo, quo dictum est su. pra q. 7. art 3.) administrandam iustitiam, sequentem innuit informationem, testes examinando eo modo quo sequitur. Hic stylus habetur ex Panormi. in c. cum oporteat, c. cum dilecti de accusatio. vbi dicit, quod infamiæ probatio ante particularem inquisitionem, necessaria non est in iudice ordinario, quoniam de eo probabiliter cari... potest habere illum per se se infamiæ, quæ vi get cognitionem. Est tamen (inquit Panormitan.) necessaria in delegato, quia cu in ipse non adfuerit loco, vbi crimen est commissum, vt non sceleris arguatur: necesse est, vt constet de iustitia; qua processit ad ineundam inquisitionem. Quod fieri debet examinando duos, vel tres testes ex senioribus (& non pauciores) qui deponant de infamia, & idem est dicendum quando ex iudicijs proceditur: nam præterquam quod indicia debent esse plura (vt dictum est supra in supradicta, quæstione septima, articulo quarto agendo de inquisitione) quod libet eorum per duos testes debet comprobari, vt constet de iustificatione, qua iudex processit ad ineundam talem inquisitionem, ni forsan in aliquibus particularibus casibus, de quibus dictũ est in dicta q. 7. ar. 3.

Tertia Conclusio.

POstquam reus † carceribus fuerit mancipatus (vel aliter si aliud iudici expedire videbitur) 14 iudex sub iuramento, seu aliquo alio iuramenti vicem gerente (quod dico propter religiosos) suscipere debet ipsius confessionem, & ex officio imponit delinquenti capitula ex processu resultantia, vt se compurget, allegando suas exceptiones, danturque ei testium nomina, vt aduersus eos obijcere possit, si quas habuerit repulsas. Quod regulariter à iudicibus est obseruandum, quamuis non sit precisè de essentia, & substantia iudicij id quod dictum est de testium publicatione, nec proinde locum habeat in religiosis, vt dictum fuit supra in propria q. 23. artic. 1. Interim autem quod hæc fiunt, quã rit iudex contra reum aliquas maiores probationes, ac tãdem fit publicatio testium, & publicatis attestationibus allegatur. & concluditur in causa, vel ad diffinitiuam vel ad torturam: vt dicemus in modo procedendi per viam accusationis, nam eadem ferè forma seruatur in fulminando hunc processum, quæ seruatur in fulminando processu per viam accusationis, qui stylus oritur, ex capitulo qualiter & quando el secondo de accusation. vers. debet, quod notat ibi Socinus à numero 721. & tradit

tradit illud Speculator tit. de inquisitione, §. nunc tractemus, num. 6. & 7 & Bossius in sua praxi crimin. titulo eodem nu. 21. qua de re videatur etiam Paz loco vbi supra num. 3.

ARTICVLVS III.

Quonam modo sit formandus processus quando proceditur contra reum per viam iudicialis denunciationis?

Prima Conclusio.

15 QVANDO aliquod † crimen venerit ad notitiam fiscalis, aedilis, custodis, seu alterius cuiuspiam de populo, denuncians comparet coram iudice competente, & Tabellione, & in scriptis per viam actus, seu aliquando per libellum suum, porrigit denunciationem: nã vtroque modo proponi potest (vt dictum est sup. 1. tom quaest. 12. a. 5. agendo de praedicta iudiciali denunciatione) & siue hoc, siue illo modo proponatur, iudex praecipit, vt detur sibi informatio, & statim producitur vnus testis, vel plures: ex quorum recepta summaria informatione, si denunciatum culpabilem repererit, aut saltim quod contra ipsum emergant aliqua grauia, & sufficientia, indicia (iuxta id quod dictum est sup. to. 1. quaest. 7. a. 4) iubet eum iudex, vel verbaliter citari, aut personaliter capi, iuxta delicti & personae qualitatem, prout dictum est in precedenti articulo agendo de modo procedendi per viam inquisitionis, quia hic etiam stylus oritur ex suprad. c. qualiter & quando el. 2. de accus. §. debet. Videatur Paz vbi supra tom. 1. p. 5. cap. 2. §. vnico de stylo fulminandi processum per viam denunciationis à num. 2. cum seqq.

Secunda Conclusio.

REo in carcerem † detruso (vel 16 aliter si aliud iudici expedire videbitur, & personae & negocij qualitas non id ipsum exposcit) iudex sub iuramento, seu alio iuramenti vicemgerente (quod etiam dico propter religiosos, qui ad modum quo iurant saeculares, siue clerici iurare non debẽt, vt dictũ fuit supra quaest. 18. artic. 4) ipsius confessionem recipit: & postmodum datur reo ipsi denunciato, denunciationis copia, qui & litem debet contestari affirmando vel negando & si cõfitetur, terminatum est iudicium: si verò negat recipiuntur partes ad probationem, & fit publicatio testium, & publicatis attestationibus poterit iudex si voluerit alios de nouo recipere, & examinare testes, secundum DD. communiter, in cap. cum clamor de testib. & Bart. in l. 2. §. si publico, num. 15. ff. de adulterijs, ac tandem concluditur, vel ad diffinitiuam, vel ad torturã, eo modo quod dicendum est in sequenti articulo, circa modum procedendi per viã accusationis. Videatur hac de re Paz vbi supra num. 7. 8. & 9.

ARTICVLVS IV.

Quonam modo seruetur processus, quando à principio proceditur per viam accusationis?

Prima Conclusio.

QVANDO iudex à principio † procedit ad instantiam 17 partis offensae, seu ad quam accusare pertinet, proposita querela siue accusationis libello, aut accusatione ipsa per viam actus coram Tabellione praecipit vt detur sibi informatio: qua data, & habita saltem semi-

ſemiplena probatione, & accuſato culpabili reperto, datur mandatum de ipſo citando, aut perſonaliter capiendo. Quo perſonaliter capto, atque in carcerem detruſo, iudex ipſius confeſſionem recipit, eo modo quo dictum eſt ſupra quæſt. 19. agendo de reorum confeſſione: qua de re videatur Paz vbi ſupra tom. 1. part. 5. capit. 3. de ſtylo fulminandi proceſſum per viam accuſationis per plures, §§. à numero 1. cum ſequentibus.

Secunda Concluſio.

18 DEſumpta † Rei confeſſione, & accuſatione in ſolemni forma propoſita eo modo, quo dictum fuit ſup. 1. tom. quæſt. 13. agendo de accuſatione, & amplius in 2. to. quæſt. 2. agendo de libello proponendo ex parte actoris, ſiue accuſatoris, iubet iudex eiuſmodi accuſationis reo dari copiam, & quod ad ipſam ſub breui temporis ſpacio reſpõdeat: & porrecto reſponſionis libello ex parte rei, præcipitur etiã ipſius accuſatori copiam exhiberi, & quod ad illum iterum reſpondeat. Poſtquam autem vtraque pars reſpondendo, & replicando, hinc inde ſuos libellos produxerit: iudex profert ſententiam interlocutoriam, quia intra tempus ab ipſo ſiue iure præſcriptũ, partes recipiuntur ad probationem, prout dicitur, quęſt. 22. & intra prædictum tempus vtraque pars ſua producit interrogatoria, pro examinandis teſtibus, & teſtes pro ſua parte proponit circa totam cauſam, vel particulares articulos, qui & examinari debent iuxta id quod dictum eſt in 1. tom. quæſt. 18. Reproducuntur etiam teſtes in ſummaria informatione recepti, atque examinantur alij, & elapſo termino probatorio, fit teſtium publicatio, eo modo quo dictum eſt in 2. to. quæſt. 23. Publicatis autẽ atteſtationibus producitur diſputationis libellus, vulgò dictus *de bien probado* in & quo repulſæ aduerſus teſtes, & ipſorum dicta obijciuntur: & admittitur illarum probatio cum termino à iudice, ſiue iure præſcripto, eo modo, quo dictum eſt ſup. q. 24. Ac tandem ab vtraque parte concluditur ad ſententiam diffinitiuam, vel ad torturam, quam accuſator petit reo ipſi exhiberi, in defectum probationum, quando videt ſuam intentionem non plenè, & perfectè fuiſſe probatam, prout dicitur quæſt. 25. & 26. Poſtmodum citatur vtraque pars ad ſententiam audiendam, proferturque ſententia ipſa diffinitiua, ſeu purgationis canonicæ (in caſu quo ipſa locum habeat) prout habetur quæſt. 27. & 28. & ſi ex partibus aliqua grauatam ſe ſentit appellat: appellatioque ipſius recipitur, iuxta id quod in præcedenti, quęſt. 29. eſt dictum. Et hic eſt ſtylus qui in foro tam Eccleſiaſtico, quam ſæculari communiter obſeruatur in praxi, quando proceditur per viam accuſationis in cauſis criminalibus, quorum (vt iam pluries dictum eſt) ea ſolummodo quæ ſunt præcisè de iure naturali, ſiue de eſſentia & ſubſtantia iudicij, locum habent in regularibus, ſiue religioſis. Qui hac de re plura videre deſiderat, conſulat ſupradictum Paz loco vbi ſupra.

ARTICVLVS V.

Quonam modo ſit formandus proceſſus, quando à principio proceditur ex officio habita notitia alicuius delicti, & ante accuſationem?

Prima Concluſio.

QVANDO iudex † habita notitia alicuius delicti ex officio procedit ad eiuſdem 19

inqui-

inquisitionem, ante omnia opus est, vt sibi de delicto constet. Non enim potest iudex ad aliquem actum iudicialem procedere, nisi prius illi constet, delictum aliquod fuisse commissum, per famam, siue alias coniecturas, vt probat textus in l. 1. §. itẽ illud ff. ad Sylan. & in l. necessarios, §. 1. ff. eodem titulo: & in l. inde Neratius, §. fin. ff. ad l. aquiliam & l. 1. §. si quis vltro, ff. de quæstionib. & l. 1. C. vbi causæ fiscal. Quę est communis omnium Doctorum resolutio. de qua videatur Bosius in pract. crim. titulo de delicto numero 1. & 2. titulo de tortura accusatoris, numero 5. & Anton. Gomez tom. 3. variar. c. 9. numero 1. Foller. in pract. crim. p. 2. tit. capit informationem numero 3. & Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 4. à numero 5. cum sequentibus, vbi tradit praxim, qua iudici cõstare debeat de delicto facti transeuntis, & de delicto facti permanentis, & Paz tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 1. numero 2. vbi dicit ad hoc hunc stylum seruari in communi praxi: quod quando iudex à principio procedit ex mero suo officio habita notitia alicuius delicti commissi, mandat Tabellioni vt cõficiat processum, in capite ipsius per viam actus, scribendo ad eius notitiã venisse, in tali ciuitatis loco tale delictum fuisse commissum, & quod ad iustitiam administrandã, de eo vult inquirere, & informationẽ sumere: quo facto cum Tabellione debet ire ad verificãdum id quod dictum est, hominem fuisse mortuum, aut furtum commissum, & si offensus solũmodo fuerit vulneratus, ad videnda vulnera, & in qua parte corporis illa habeat, quę omnia redigi facit in actis. Si autem iudex multitudine negotiorum, seu alia causa fuerit impeditus, poterit ad id ipsum mittere officialem cum Tabellione, ad verificanda omnia supradicta. Constito autem de delicto commisso, prædictus iudex diligenter debet procedere † ad delinquentis inqui- 20
sitionem, per summariam informationem, & testium depositionem, recipiendo prius ipsius vulnerati confessionem ad se instruendum. In qua capienda informatione, iudex, & Tabellio simpliciter interrogare debẽt testes, qualiter illa rixa, & delictum fuerit cõmissum: & quid de eo sciãt, quidquid deposuerint redigi debet in actis, eisdem verbis grossis vel elegantibus, turpibus, siue honestis, quibus testes in suis depositionibus vsi fuerint, absque eo, quod sua verba à iudice vel tabellione emendentur, seu in aliquo immutent. Et interrogandi sunt testes quomodo rixa illa fuerit cæpta & inchoata, intelligere vt possit iudex quis nam fuerit aggressor, & an reus à quo delictum dicitur fuisse commissum, fuerit prouocatus re aut verbis, ita vt necesse habuerit se defendere. Item & interrogandi sunt quibus astantibus eiusmodi fuerit delictum commissum: & an aliqui eorum reo, aut cuipiam eorum auxilium præstiterint? Item vbi erant ipsi quando delictum fuit commissum, qua hora contigit, & an delinquens venerit à tergo, siue facie ad faciem, armatus, aut sine armis? Ex deliberato animo vel casu: & an offensus obuiam iuerit, ita vt opus habuerit se defendere, & vim vi repellere? & an is qui dicitur reus percusserit offensum, an verò aliquis ex interessentibus illum percusserit, pro pace & concordia inter rixantes componenda? In quibus interrogationibus iudex aut Tabellio non debent terminos querelæ (si qua facta est) excedere, aut extra casum quidquam testes interrogare.
Hæc summaria † informatio totius est causæ fundamentum, ac propterea iudex in ea esse debet diligentissimus, & haudquaquam illam 21

Tabel-

Tabellioni committere, vt multum commendat Bernardus Diaz de Lugo in practica crim. 112. quin verò per semetipsum iudex examinare debet testes, iuxta id quod habetur, in l. Regia 18. titulo 7. lib. 3. recop. & resoluit Couarru. lib. 2. variar. capit. 13. numero 10. & Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quęst. 26. numero 1. qua de re videndus est specialiter Felinus, in capit. causam el primo de testibus, num. 21. Et licèt contrarium multoties obseruetur in praxi, perperam tamen, atque in eo dicunt omnes communiter DD. iudices mortaliter peccare, nisi magna ex causa aliter id fiat, consuetudine quacunque in contrarium introducta non obstante: quia (inquiunt) nulla consuetudo in hoc casu potest valere, cum probatio fiat iudici, & non Notario, vt habetur in l. 50. ff. de probationib. & in l. si quando C. de testibus, & vt dicitur, in l. 3. §. 1. ff. de testibus, nullus magis quam iudex scire poterit, quanta sit fides testibus
22 adhibenda, ipse † enim considerare debet, qualiter testes ad interrogata respondeant: ex tempore, an præmeditato sermone? Qua fronte, quo vultu, quo rubore, qua trepidatione? Et cautus iudex omnia debet rimari, & inspicere, & signa vultus testium attentè considerare: an sint tristes, vel ridentes, lacrymantes aut pallentes: vt enim dicitur, difficile est crimen prodere vultu. Videantur hac de re Bernard. Diaz de Lugo, & Paz loco vbi supra.

Secunda Conclusio.

IN prædicta summaria † informatione tabellio (vt prædictum est) instruere debet processum 23
per modum actus, semper loquendo in tertia persona hoc est in persona ipsius iudicis, semetipsum nominando stylo, & forma quæ sequitur. In tali loco, tali die coram me N. tabellione, Petrus, vel Paulus iudex, cum ad ipsius peruenisset notitiam in tali ciuitatis loco, tale, vel tale delictum fuisse commissum, vt sibi constaret de illo, ad veritatem eruendam, & iustitiam administrandã, venit, & vidit vera esse, quæ sibi fuerant renunciata, & quod N. iacebat in terra mortuus, aut grauiter vulneratus, & habebat talia, & talia vulnera, in tali vel tali corporis parte, & cõstito sibi de delicto sequentem fecit informationem. Hic stylus communiter obseruatur in praxi ad formandum prędicti processus caput, & in casu, quo iudex fuerit impeditus, nec potuerit prædicta per semetipsum facere, debet tabellio dicere, quod misit ad id suum alguazelum, siue officialem. Et qui ex hac summaria informatione culpabilis fuerit repertus, debet personaliter capi, & opus si fuerit bona ipsius sequestrari, ac deponi penes aliquem tertium, ne occultentur, aut pereant: quod quam maximè fieri debet cum reo absente, & fugiente, quæ omnia multis sunt legibus stabilita, & habetur expressè in l. fin. ff. de requiren. reis & l. 1 C. eod. tit. & l. si quis intra, C. de bon proscrip. Sed est id intelligendum, quando delictum fuerit tale, vt pro eo imponenda veniat pœna confiscationis bonorum, qua pœna de iure Regio locum non habet, nisi in casibus à iure expressis, prout habetur in l. 5. tit. 31. part. 7. qua de re videatur Paz loco supra, § 2. numero 19. & 20. Et an clerici

cus-

eiusmodi pœna possint, aut debeant puniri, tractat Bernard. Diaz de Lugo in sua pract. crim. cap. 124. Qui de prædicta confiscatione bonorum plura videre voluerit, consulat Anton. Gomez tom. 3. variarum ca. 14. & Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæstione 78. & 79.

Tertia Conclusio.

24 PRæmissa prædicta † summaria informatione, delinquenti culpabili reperto, capto, & carceri mancipato, & desumpta ipsius confessione: iudex priusquam ad vlteriora procedat, debet requirere offensum, seu eos qui suā prosequi possunt iniuriam, an querelare velint: & si dixerit quod sic, proponi debet ipsorum querela prius per modum actus coram tabellione; postmodum verò medio libello sub solenni forma eo modo, quo dictum est supra q. 20. articulo 2. Qua de re videndus est Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 1. numero 17. & Iul. Clar. lib. 5. sent. qu. 3. numero 4. de intimatione facienda parti offensæ, an querelare velit, & Paz tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 5. numero 1. & 2. Et aduerto, quod si offensus, aut ipsius hæredes, & ij, quorum interest aut potest interesse, non querelare velint, iudex non potest eos cogere ad accusandum, iuxta Glos. in l. si quis homicidij, C. de accusatio. etiamsi ipsi sint defuncti hæredes, vt tenet, atque resoluit Couar. lib. 1. variar. cap. 11. circa finem: sed solummodo potest eos cogere ad declarandum sub iuramento, & narrandum seriem facti, vt exinde iudex quod ex officio tenetur facere possit. De modo, & forma quæ communiter obseruatur in praxi, in requirendo offenso, seu defuncti hæredibus, & consanguineis, an querelare velint, videatur Paz in sua praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 5. numero 4. & Anton. Gomez tom. 3. variar. ca. 1. numero 17. Quod si nullo modo querelare velint, nec accusationem proponere: delinquens incusat contumaciam parti offensæ, & iudex præcipit fiscali id ipsum vt faciat, & accusatione in solemni modo proposita, terminatur iudicium eo modo quo in præcedenti articulo est dictū terminari, quando à principio proceditur per viam accusationis. Hæc dicta sufficiant ex doctissimis atque grauissimis Doctoribus excerpta, pro prædicti nostri libri Ordinis Iudiciarij, primo & secundo tomo, faxit Deus Optimus Maximus cunctis vt prosit iudicibus, Ecclesiasticis & sæcularibus, ad debitam suorum officiorum executionem, & quo animo, qua voluntate à me prædicta sunt elaborata, & conscripta, eadem executioni tradantur, ad ipsius Dei Opt. Max. gloriam, & omnium communem fidelium vtilitatem.

LAVS DEO.

PRACTICA
CRIMINALIS
CANONICA,
ET REGVLARIS.

Continens formam, & modum seruandum à Religionum Prælatis, & Visitatoribus in visitis faciendis, & delictis puniendis, & processibus formandis, Iuxta ea, quæ continentur in Opere Ordinis Iudiciarij,

AVTHORE

F. LVDOVICO DE MIRANDA

VALLISOLETANO ORDINIS D. FRANCISCI, & Sacræ Theologiæ in Conuentu Salmanticensi Prælectore.

Opus cunctis Iudicibus, Regularibus, & Religionum Prælatis, & quibuslibet Visitationis munus, & curam habentibus admodum necessarium.

Cum Indice Quæstionum, & rerum notabilium, quæ in Opere continentur.

VENETIIS, M DC XXIX.

APVD BARTHOLOMÆVM FONTANAM.

Superiorum permissu, & Priuilegijs.

INDEX
QVÆSTIONVM,
ET ARTICVLORVM,
QVI CONTINENTVR IN Hac Practica Criminali, Canonica, & Regulari.

QVÆSTIO I.

QVÆSTIO II.

6 De

QVÆSTIO III.

QVÆ-

QVÆSTIO IV.

QVÆSTIO V.

Præ-

LAVS DEO.

PRACTICA CRIMINALIS, CANONICA, ET REGVLARIS.

QVAESTIO I.

De obligatione, qua tenentur, omnes omnium Religionum Prælati regulares, visitandi, corripiendi, corrigendi, ac puniendi sibi subditos, cum deliquerint, in 5. Articulos diuisa.

SVMMARIVM.

1 *Visita, seu visitatio nihil est aliud, quam quædam diligens exacta, & accurata inuestigatio, siue inquisitio, de his quæ obseruare tenentur personæ visitandæ, secundum iura, & constitutiones siue proprias regulas, & regularia statuta.*

2 *Visitationis finis, & scopus est inuestigare, an personæ visitandæ obseruent ea, quæ tenentur de iure diuino, humano, canonico, & ciuili.*

3 *Visitationis nomen aliquando pro punitione, & pœna sumitur.*

4 *Visitandi munus, & officium competit iudicibus ordinarijs, siue extraordinarijs, & qui vnusquisque horum sit, nu. 5.*

In ordine minorum qui sint, quibus competit ius visitationis, numero 6.

7 *Delegati, & extraordinarij iudices, qui dicantur?*

8 *Crimina & delicta, de quibus potest fieri inquisitio, siue visita sunt quadruplicia leuia, grauia, grauiora, & grauissima.*

Leuia crimina, quæ dicantur numero 9.

Grauia crimina, quæ dicantur, numero 10.

Quæ dicantur grauiora, & grauissima, nu. 11. 12.

13 *Crimina grauiora, & grauissima* ad

ad solos Prælatos Generales, siue Prouinciales spectant, leuia verò, & grauia ad inferiores Prælatos ordinarios.

Et hoc verum est de quocunque delicto, super quo formare conueniat processum, aut cuius punitio in scriptis redigenda est nu. 14.

15 Prelati omnium Religionum regulares tenentur per se, vel per alios certis temporibus sibi subditos visitare, illosque corripere, corrigere, atque punire cum deliquerint.

Nomine Prælatorum continentur etiam monachalem, seu solitariā vitam agentes, nu. 16.

17 Episcopi, & alij prælati iurisdictionem similem habentes, proprias diœceses tenentur visitare.

18 Visitatio Prælatorum est de iure humano positiuo, & de iure naturali, & diuino aut saltim eisdem multum conformis.

19 Deus Optimus Maximus visitauit Adam post peccatum.

20 Visitatio per se, vel per alios facienda est singulis annis, aut saltem certis, & statutis temporibus, quod est de iure humano positiuo.

21 Concilium Tridentinum quomodo, & quando sit facienda visitatio ordinauit.

22 Generales ordinis, an teneantur visitare totum ordinem?

23 Visitatores Religionum, siue Prouinciarum debent constitui personæ idoneæ, sufficientes, circumspectæ, & religiosæ, & nu. 25.

24 De similibus idem est iudicium.

26 Visitatores quales esse debeant secundum statuta generalia in sacro ordine Minorum.

27 Visitatores ordinum, & Prouinciarum de iure communi debent ostendere suas literas, alias nullus tenebitur illis obedire.

In religionibus Monachalibus, & alijs, quibus est consuetudo, vt visitatores in capitulo nominentur, non est necessum vt ipsi ostendant suarum commissionum literas, num. 28.

Secus est in visitatoribus extraordinarijs, & particularibus, missis ad aliqua particularia negotia, num. 29.

In ordine Minorum determinatum est, vt Prouinciarum visitatores, non exerceant suas commissiones, donec de illis ministris Prouincialibus constet nu. 30.

Stylus qui hac in re seruatur, numero 31.

32 Forma commissionum, quæ dantur Commissarijs, & Visitatoribus Prouinciarum in Ordine Minorum.

33 Delegatus à Papa, siue à Principe indistincte potest totam causam, vel illius partem subdelegare. Declara, nu. 34.

35 Delegatus ab alio, quam à Papa, siue à Principe subdelegare non potest stando in iure communi, exceptis quibusdā casibus positis, vt nu. 34.

36 Visitatores, & Commissarij subdelegare possunt stando in iure communi, exceptis casibus positis sup. num. 34.

Secus in Visitatorib. particularibus, & delegatis ad aliquam particularem causam seu aliqua crimina particularia num. 37.

38 Potestas delegata non extenditur, quando est electa industria personæ.

39 Forma seruanda in subdelegatione, quæ fit à Commissarijs, siue Visitatoribus in casibus, quibus possunt subdelegare.

ARTI-

ARTICVLVS I.

Vtrum omnes Religionum omnium Prelati regulares, teneantur certis, & statutis temporibus sibi subditos visitare?

QVAMVIS supra in libello nostro, cui titulus, Ordinis iudiciarij, q.6.art. etiam 2.agendo de generali inquisitione (quę nihil est omninò aliud, quam quædam generalis visita) diximus, multisque iuribus, & rationibus ostenderimus, eandem nec dum esse licitam, absque vlla praecedente infamia, actore, denunciatore, seu accusatore, verum & vtroque iure pręceptam, cunctis in vniuersũ Prelatis, atq; iudicibus, fori tam Ecclesiastici, quàm sęcularis: vt tamen in præsentiarum pro Prælatis regularibus, quibus specialiter fauere intendimus, quique hisce in rebus specialem procedendi modum habent, non ita strictè seruato expresso iuris ordine, sed (vt dicitur) simpliciter, & de plano: specialis habeatur praxis, & forma ab eisdem in suis visitationibus seruanda: sciantque ipsi qualiter se gerere debeant, in inuestigandis, corrigendis atque puniendis suorum subditorum delictis: non ab re visum est, de hoc etiam peculiarẽ tractationem efficere, & inuestigare, atque inquirere, obligationem, quam habent, visitandi, corrigendi, & puniendi sibi subditos cum deliquerint. Vtque hoc melius effici queat, quia vt dixit Iuris Consultus in l.2.ff.de orig.iuris. Ignoratis principijs rei, de qua agitur, haudquaquã ad eius perfectam cognitionẽ, cõgruamue tractationem potest perueniri: nonnulla prius libuit pręmittere fundamenta, quibus notum, atque perspicuum fiat. Primò quidnã sit visita; seu visitationis comprehẽdatur nomine? Secundò quis sit eiusdem finis & scopus? Tertiò quibus Prelatis regularibus eandem facere conueniat? Ac tandem quartò, & vltimò quænam sit prędictę visitationis materia, & res, de quibus Prælati, atq; visitatores debent inuestigare, & inquirere? Vbi simul dicetur de multiplici criminũ, & delictorum differentia.

Et vt ad primum deueniamus, dico. Quod visita † (prout ad presẽs nostrum attinet propositum) nihil est omnino aliud, quam quędam diligens, exacta, & accurata inuestigatio, siue generalis inquisitio, de ijs quæ obseruare tenẽtur personæ ipsæ visitandæ, secundum ius commune, ciuile, vel canonicum: vel secundum proprias suas regulas, & regularia statuta (si personæ visitandę sunt regulares) facta ab eo, seu ab ijs, qui in id ipsum authoritatem, & potestatem habent. Hæc visitæ diffinitio, quantum ad rem, & substantiam attinet, omnium est Iurisperitorum, simul & Theologorum communis: quamuis nonnulli ex ipsis alias etiã eiusdem diffinitiones, siue descriptiones afferãt. Et satis colligitur ex ijs, quę habent in iure, in c. singulis, c. ea quæ de statu mon. c. sicut olim, de accusationibus. capit. 1. de offic. ordin cap. Romana de censibus, lib. 6. Facit & cap. qualiter & quando el secondo de accusatio. & l. 2. §. si publico, ff. de adulterijs, l. etiam 2. C. eodem titulo, & l. obseruare in principio. ff. de offic. præsid. Quibus omnibus in locis dicitur, visitam prędictam (quæ alio nomine generalis inquisitio nũcupatur) nihil esse omninò aliud: Quam iudices, siue prelatos, & eos, ad quos id ipsum facere spectat, inuestigare, & inquirere, an personæ, quæ visitantur, obseruent & adimpleant ea, quæ facere tenentur, secundum ius diuinum, & humanum, canonicum, siue ciuile: vel iuxta proprias suas regulas, & peculiaria

ſiaria ſtatuta (ſiue perſonæ viſitandę ſint regulares) Qua quidem ratione Sylueſter in Summa, verbo viſitatio, num. 61. ait: Viſitationem (prout ad præſens attinet propoſitum) nihil eſſe aliud, quam indagationem viſitatoris, factam circa regimen locorum, & vitam perſonarum, quæ viſitātur. Ex qua definitione ſatis colligitur; quiſnam ſit, ſiue eſſe debeat viſitæ, prædictæ finis, & ſcopus, de quo ſit ſecundum notabile.

2 Finis, & ſcopus viſitatoris † eſſe debet, quam accuratè inueſtigare, an perſonæ quæ viſitantur, & ad quas ipſe viſitator in eum finem dirigitur: obſeruent ea, quæ tenentur ex diuino, ſeu humano iure, canonico vel ciuili, ſeu iuxta proprias ipſarum regulas, & regularia ſtatuta (ſi regulares exſterint) idque tam in capite, quam in membris (hoc eſt, tam in iudicibus, & Prælatis ordinarijs, quam in inferioribus ſubditis) vt exinde præmiſſa viſitatione, ſeu inquiſitione generali prædicta, deueniatur, deuenireque poſſit ad particularem, & debitam vltionem & pœnam, contra legum, & ſuarum obligationum tranſgreſſores: & boni ſtudioſi, & virtuoſi viri, iuxta bona ſua opera, honorētur, laudē, ac præmio afficiantur, & pro meritis debitam coronam accipiant. Hinc factum eſt, interdum vt in ſacrā pagina, apud prophanos verò authores ſæpiſſimè,
3 viſitationis † nomen, pro pœna & punitione ſumatur: & viſitare idem omninò ſit, ac rebelles, diſcolos & immorigeratos corripere, atque corrigere, debitis pœnis afficere, vt ad eorum quæ tenentur obſeruantiam, etiam reluctantes reducantur, ac redire compellantur, Ad quod quidem propoſitū (vt alia intermittā) quā maximè faciunt verba, quæ habentur Exodi 20. quib. dicit: Ego sū Dñs Deus tuus, fortis, & zelotes, viſitans iniquitatem patrū in filios, in tertiam, & quartam generationem, eorū qui oderunt me. Faciūt & verba, quæ habentur in l. obſeruare, in princ. ff. de off. præſidis. vbi de ijs agēdo dicit: Quod finis, & ſcopus præſidis, & quod quam maximè præ oculis habere debet, eſt ſummo ſtudio curare, vt pacata, & quieta ſit ſua prouincia, & boni debitis afficiātur præmijs; diſcoli verò, & flagitioſi ſonticè vt inquirantur, & vti par eſt pro meritis acerrimè puniantur. Sic fiet, vt malefactorum iniuria, audaciaque ſupplicijs repreſſa, tuta ſit hominum vita, vt habetur in l. 1. ff. de iuriſdict. omnium iudicum.

Tertiò præmitto, quod iudices, ſiue † prælati, quibus hoc ius, munus, 4
& officium viſitandi, corripiendi, ac puniendi ſibi ſubditos cum delinquerint, incumbit; ſunt aut ſaltim eſſe poſſunt in duplici differentia. Quidā enim ſunt ordinarij, alij verò extraordinarij, qui alio nomine dicuntur delegati. Ordinarij ſunt illi, quibus id ipſum ex officio, ſiue dignitate cōuenit: & qui propriam, & ordinariā habent iuriſdictionem, à lege, Principe, vel vniuerſitate, aut populo ſiue ex cōſuetudine, ad vniuerſitatē cauſarū, iuxta legē, more, ff. de iuriſd. omniū iudicū, quocūque nomine nūcupētur. Quales in religionibus, † & or 5
dinibus sūt Generales, Præſidētes, & reformatores, ſiue hoc aut illo appellētur nomine: ſimiliter & Prouinciales: quorum primi in cunctis ſuis ordinibus, ſecūdi verò in proprijs prouincijs, ſiue diſtrictibus ordinariam habent iuriſdictionem. In ſacro autem noſtro † minorum Ordine, Cō- 6
miſſarij Generales, Ciſmontani, & Vltramontani: ſic dicti, quia primi citra, ſecundi verò vltramontes ſuā exercent iuriſdictionem: ordinarij etiam ſunt Prælati, quamuis Commiſſariorum obtineant nomen: ſi eligantur conformitter ad Bullam Leonis X. vulgò dictam vnionis.

Cuius

Cuius quidem ratio in promptu est, quia ipsi non constituuntur, nominantur, aut eliguntur à Patre nostro Generali Ministro, quin verò à toto Capitulo Generali, siue Generali Cōgregatione vim habēte capituli (respectiuè) ad vniuersitatem causarum, vt tanquam ordinarij Prælati munus, & officium suum exerceant in proprijs suis districtibus. Capitula item Generalia, & Prouincialia, toto illo tempore, quo durant, iurisdictionem ordinariam habent, nam postquam illam dant alijs, eandem habere necesse est, cùm iuxta iuris regulam, nemo det quod non habet. Sunt etiam ordinarij in nostro sacro Minorum Ordine, Commissarij Generales, & Prouinciales, qui succedunt in locum Patrum Generalium, & Prouincialium in officio decedentium: quoniam & ipsi propriè loquendo, non delegantur ab aliquo, sed instituuntur à toto ordine per nostras Generales constitutiones, vt sint Prælati ordinarij, & in dicto casu ordinariam habeāt iurisdictionem ad vniuersitatē causarum. Idem dico de Vicarijs Prouincialibus, in absentia Prouincialium, quando eosdem contingit aliqua ex causa à proprijs Prouincijs discedere, seu vadunt (prout tenentur) ad Capitulum Generale. Guardiani, autem conuentuum qui apud nos eliguntur, & nominantur in Capitulis Prouincialibus, & eorūdem ordinarij præsidentes, quando ipsi à suis conuentibus discedunt, etiam secundum ius, & nostras Generales constitutiones, sunt & dicuntur Prę lati ordinarij, & in dignitate constituti (de Guardianis loquor) secundum Geminianum post glossam in cap. nullus de electione lib. 6. Sed de ijs nihil libet in præsentiarum dicere, cum non pertineat ad hoc visitationis propositum: quia eiusmodi officiū (saltim in nostro Minorū Ordine) nō ipsi exercēt, neque exercere possūt; sed tantum Prælati ordinarij, Guardianis superiores, ordinariam habentes Episcopalem, vel quasi Episcopalē (vt in iure dicitur) iurisdictionem, de quibus tātum in præsentiarum est sermo.

Prælati verò extra † ordinarij, siue delegati, dicuntur illi, quibus iudicare ac delicta punire, non quidem ex suo officio, siue dignitate competit propriè, sed ex commissione iudicum siue Prælatorum ordinariorum, Episcopalem, vel quasi Episcopalem iurisdictionem habentium. Hac enim ratione, & extraordinarij dicūtur, quia non propriam, & ordinariam exercent iurisdictionem: sed illam habent ex commissione: & sibi facta delegatione ab habente potestatem. Quam etiam ob causam delegati, & ipsi dicūtur, quia à iudicibus, siue Prælatis ordinarijs delegantur, ad certas aliquas causas, vel generaliter: quales sunt omnes à supra citatis, quos in præsentiarum recensere non oportet. 7

Quartò, & vltimò præmitto, quod † crimina, & delicta, de quibus à iudicibus, siue Prælatis regularibus, ex officio suo, ordinario, siue extraordinario fieri potest visita, siue inquisitio, ad hoc vt sibi subditos delinquentes, defectuosos, & criminosos repertos, pro suis demeritis possint corrigere, castigare & punire; sunt, & considerari possunt in quadruplici differentia (saltim in sacro nostro Minorum Ordine) & idem esse credo in cunctis religionibus, & ordinibus, respectiuè. Nam quædam sunt, quæ dicuntur leuia, alia verò grauia, nonnulla grauiora alia autem grauissima. 8

Leuia dicuntur, † quotidiani, & ordinarij defectus, qui culpam mortalem annexam nō habent: vt quod quis tardè venerit ad chorū, ad persoluendū officium diuinum: siue ad 9

comedendum in refectorium: seu quod fregerit silentium, seu aliquod vas, quod cibum aut potum sine prælati licentia sumpserit; & alia huiusmodi, quæ quotidianis adhibitis pænitentijs à Prælatis in refectorio, seu alibi iuxta cuiuslibet religionis modum corripiuntur.

10 Grauia sunt; & appellari † possunt ea crimina, quæ licet apud sęculares non esse talia existimentur: apud religiosos tamen viros eiusmodi censentur nomine, pro eo quod sint res, quæ eosdem valde dedecent, & mortalem culpam annexam habent, aut eiusdem indicium præseferunt. Vt quod quis Missam debito tempore non audierit; aut sacram confessionem, & communionem à constitutionibus præscriptam omiserit: in iuuenibus, & laicis; vel in sacerdotibus, quod diutius quàm par erat celebrauerit: quod ieiunium Ecclesiasticũ, vel regulare fregerit: quod sacrarum literarum verbis inter loquendum abusus fuerit: quod officium diuinũ in choro, siue extra chorum, sine iusta, & legitima causa soluere, & recitare prætermiserit. Hæc & his similia, in religionibus dici & appellari

11 possunt delicta grauia. Grauiora † delicta, & crimina existimãtur illa, quæ magis lædunt propriam conscientiã, & proximum; & grauiores habent circunstantias: vt quod quis fratrem suum notabili aliqua iniuria, siue infamia affecerit; seu (quod in idem redit) conuitia, & contumeliosa aliqua verba eidem dixerit: quod ipsũ mentiri improperauerit; aut percutere quoquomodo minatus fuerit; seu (quod absit) manu, ligno, aliove instrumento (citra ferrum) eundem percusserit; quod falsum testimonium in iudicio dixerit: quod contumaciter inobediens fuerit, siue in re aliqua notabili proprietarius repertus extiterit: quod religionis secreta extra ordinem reuelauerit; siue libellum famosum composuerit, scripserit, aut publicauerit: quod sine licentia in scriptis habita (ab ijs, ad quos illam dare spectat) libros imprimi fecerit: quod ad actũ carnalem aliquam mulierem (quod absit) solicitauerit, & in nostro sacro Minorum Ordine, quod pecuniam pro se, aut pro alijs sine prælatorum licentia procurauerit, manibusue illam contractauerit. Hæc apud nos sunt, & meritò dicuntur grauiora crimina, & delicta. An idem omnino sit in religionibus alijs, ipsi viderint.

Grauissima † autem appellari possunt, quæ sequuntur. Falsificatio manus, siue sigilli Generalis, aut Prouincialis Ministri, aut cuiuslibet alterius Prælati, iuxta modum religionis cuiuslibet. Fornicatio quæcunque actualis mulierum, aut introductio earundem intra septa monasterij temerè facta: subornatio in electionibus quibuscunque. Aggressio ferro facta, etiam non percussione secuta. Percussio quæcunque, etiam non secuto magno vulnere: vulnus etiam non secuta morte: ac demum (quod absit) homicidium, veneni propinatio, & (quod Deus auertat) crimẽ nefandum, seu quod dicitur peccatum pessimum, & abominabile. Ex quibus † quatuor criminum, seu delictorum generibus, quæ grauiora, siue grauissima sunt, in nostro sacro Minorum Ordine, ad solos superiores Prælatos, Generales, siue Prouinciales, Episcopalem, vel quasi Episcopalem habentes iurisdictionem, eorundem spectat punitio: quod & esse credo, in religionibus & ordinibus cunctis, idque nimium ad rationem conformiter: nam secundum ius maiores, & grauiores causæ, maioribus, atque doctioribus, & in his rebus magis expertis, & exercitatis, sęper debeat reseruari. Alia verò crimina, & deli- 12 13

delicta, quę esse dicunt leuia, siue gra
uia, apud nos Minores fratres, eorũ
correctio Guardianis & Prælatis or
dinarijs committitur: & communi-
ter, & regulariter corriguntur ab
ipsis, in refectorio, aut in capitulo,
iniuncta pęnitentia (iuxta cuiuslibet
ordinis statuta, & peculiares consti-
tutiones) faciendi, aut accipiendi di-
sciplinam: comedendi in terra (si de-
lictum illud exposcat) in pane, & a-
qua, seu aliqua pęnitentia simili. At
maiores causæ, maiora delicta &
crimina, quibus proinde maiores pę-
næ correspondent, & communiter
imponuntur; illas subditis infligere,
haudquaquam competit Guardia-
nis, seu alijs conuentuum ordinarijs
Prælatis, sed solummodo ministris
Generalibus, aut Prouincialibus re-
seruantur, alijsue Prælatis similem
iurisdictionem habentibus. Quod &
14 generaliter † verum habet de qua-
cunque causa, crimine & delicto, su-
per quo formare conueniat proces-
sum, aut cuius punitio propter quã-
cunque rationem, & causam in scri-
ptis redigenda sit. Poterunt tamen
Guardiani, & conuentuum Præsi-
dentes in eorundem absentia, in casi-
bus vrgentibus, vbi necessitas id ip-
sum exposcerit, & sit periculum in
mora: tanquam ministrorum Pro-
uincialium delegati (cum consi-
lio discretorum conuentus quam
maxime) processum conficere,
& vbi delinquentis timetur fuga,
etiam ad eiusdem custodiam proce-
dere; & in consuetum carcerem
detrudere, qui apud nos communi-
ter, *casa de la disciplina* nuncupa-
tur, quousque Prouincialis iubeat
aliud: cui & statim debent scribere,
& de re gesta, crimine, siue peccato
commisso eundem certiorem redde-
re: quæ apud nos Minores fratres
communiter obseruantur in praxi:
quid apud alias religiones vsus con-
tineat, & in hisce rebus fieri so-
leat, non ita scire potuit, facilè ea-
rundem Prælati id ipsum videant, &
conformiter ad ea, quæ dicta sunt
debent procedere, nisi propriæ suæ
constitutiones aliud exposcat. Qui-
bus sic præmissis notabilibus propo-
sito articulo, breuiter, atque resolu-
tiuè, respondetur per sequentes con-
clusiones.

Prima Conclusio.

Certissimum, atque constitutis-
simum est, omnes in vniuer-
sum religionum omnium Prę
latos † regulares, teneri per se, siue 15
alios, certis, & statutis temporibus
sibi subditos visitare, eosdemque cor
ripere corrigere, atque punire, cum
deliquerint. Hæc conclusio est cer-
ta, & manifesta. Sed intelligenda est
tantummodo de Prælatis regulari-
bus Episcopalem, vel quasi Episco-
palem iurisdictionem habentibus:
quales sunt generales Prouinciales,
& sic quæ alij similem iurisdictionẽ
habent: quocunque nomine nuncu-
pẽtur, non verò de alijs inferioribus,
vt dictum est in tertio notabili, nam
illis non conuenit sibi subditos visi-
tare, sed illos in rebus leuibus, siue
grauibus, iuxta morem religionis cu
iusque, corrigere, corripere, & puni-
re: maiores autem causæ (vt in quar-
to notabili dictum est) solis Prælatis
Generalibus, & Prouincialibus re-
seruantur. Quæ conclusio sic intel-
lecta, probatur primo, ex capit. cùm
in singulis, & capit. ea quæ, de statu
monach. Quorum nomine (vt tradit
ibi Nauarro) comprehendũtur † nõ 16
solum Monachalem, siuẽ solitariam
vitam agentes, qui communi vo-
cabulo & propriè, atque in rigore
loquendo, dicuntur Monachi: ve-
rum etiam omnes in vniuersum re-
ligiosi: quibus prædictis in locis
strictè præcipitur, vt superiores
Prælati Monasteria sua visitent, sub-

suorum suorum excessus corrigant; atque reforment ea, quæ correctione, & reformatione indigere viderint, tã in capite, quam in membris. Secundò probatur eadem conclusio, ex cap. sicut olim de accusationi, cap. 1. de offic. ordin. cap. cum venerabiles de censibus, cap. Romana eodem titulo libro 6. Quibus in locis id ip-
17 sum præcipitur cunctis † Archiepiscopis & Episcopis, alijsque Prælatis Ecclesiasticis similem iurisdictionem habentibus; proprias Diæcéses, siue Episcopatus vt visitent; aut saltim præsupponendo ex propriò suo officio id ipsum, quod facturi sunt; traditur illis forma in eiusmodi visitationibus seruanda. Quæ quidem iura quamuis expresè non loquantur nisi de prædictis Archiepiscopis, & Episcopis, alijsque Prælatis Ecclesiasticis, similem iurisdictionem habentibus, haudquaquam tamen negari potest, quod trahi etiam possint, & debeant ad Prælatos regulares, eandem vel similem iurisdictionem habentes; cum quidquid in iure canonico statutum reperitur de illis, à paritate, vel saltim similitudine rationis, etiam conueniat istis. Quod tanquam certum, atque indubitatũ, præsupponitur etiã in Concilio Tridentino, Sessio. 25. cap. 8. de regularibus, postquam de illis verba faciendo præcipitur, vt in suorum Monasteriorum visitatione obseruare teneantur, quæ sacris canonibus, atque in eodem Concilio sunt decreta; de hoc nulli dubium.

Secunda Conclusio.

18 PRedicta Prælatorum † Regularium visitatio, necdum est de iure humano positiuo, verum etiam de naturali, & diuino, aut saltim eisdem multum conformis. Probatur hæc conclusio. Primo à priori (vt dicitur) ratione desumpta ex eorundem Prælatorum officio, & munere. Nam cum ipsi sint pastores, verique Ecclesiæ prælati, manifestè profectò sequitur, quod iuxta sapientis dictum, cognoscere vultum ouiũ suarum, quam maximè fieri poterit, tenentur. Inquit enim sapiens Prouerb. 27. cum prælatis omnibus in communi verba faciendo, ac si cum vno dumtaxat loqueretur: diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuósque greges considera. Ex quo loco D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 2. & Caiet. ibid. & omnes Doctores communiter, colligunt Prælatos regulares prædictos ad id ipsum teneri, non solum ex iure humano positiuo, verumetiã ex naturali & diuino. Id quod & tenet Adrian. in 4. sentent. agendo de correctione fraterna & Gabr. super canon. lect. 74. & Syluest. in summa, verbo correctio & verbo inquisitio, per totas. Cuius etiam rei quam maximum etiam esse possunt indicium, verba illa à Christo Domino prolata, ac Diuo Petro directa, Ioann. 21. vbi dicitur, quod postquam illum de vera sui dilectione examinauit, & ouilis sui ei curam demandauit, statim præcepit, vt proprias eius oues pasceret, in illis verbis: Petre amas me? Pasce oues meas. Quæ quidem verba (iuxta communem Doctorum sententiam) intelligenda sunt, ac intelligi debent, non solum de pabulo diuinæ cęlestis doctrinæ, verumetiam & de visitationis, & correctionis munere; & omnibus ad pastoris officium spectantibus. Nec verò pro solo Diuo Petro existimandum est, eiusmodi verba fuisse dicta: quin verò pro omnibus in vniuersũ Ecclesiæ Prælatis, simile pastorum curam, & officium habentibus (vt tenet omnium Doctorum communis opinio) quibus & in persona eiusdem D. Petri, applicari etiam possunt illa alia Christi Domini verba, Lucę 22. vbi post præmonitionem futuræ negationis

gationis ſibi directã, poſtquam etiã eidem prædixit peccatum, quod eundem negando erat commiſſurus: ſubdidit: Ego rogaui pro te Petre, vt nõ deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus cõfirma fratres tuos. Hæc certè omnia verba clarè inſinuant, atque manifeſtant ius diuinum poſitum cunctis in vniuerſum prælatis, quod certè nulla ratione eſt negandum.

Sed quod viſita prædicta, quamuis expreſsè non fuiſſet de iure naturali, & diuino; ſit ſaltim eiſdem multum conformis: Probatur ſecundo, ex quam pluribus Sacræ Scripturæ locis, quæ latiſſimè traduntur à fratre Alphonſo Villagut Neapollitano monacho Ordinis Sancti Benedicti de obſeruantia, congregationis Caſinenſis, ſeu aliàs ſanctæ Iuſtinæ de Padua, in ſuo ſpeculo viſitatorum, ac commiſſariorum cap. 3. vbi præſupppnendo, quod viſita prędicta, nihil omninò aliud, quam viſitandos, & delinquentes ad ſe conuocando, de eorundem agere correctione, & punitione: ex multis Sacræ Scripturæ locis oſtendit, non ſemel ſed ſæpè, ac ſæpiſſimè, Dominum Deum noſtrum, Optimum Maximum id ipsũ feciſſe; & homines ſibi ſubditos viſitaſſe: quod vel exinde patet clariſſimè & manifeſtiſſimè, dum poſtquã
19 † peccauit, ad iudicium vocauit Adam, Geneſ. 3. ſimiliter & Cain Geneſ. 4. Poſtquam etiam Sodomorũ, & Gomorrhæorum clamor multiplicatus eſt, & ad cœlum vſque aſcẽdit è terra: dixit Geneſ. 18. Deſcendam & videbo, vtrũ clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an nõ eſt ita, vt ſciam? Ex quibus locis, alijſque à me breuitatis cauſa omiſſis, probare contendit conſtantiſſimè prædictus Doctor, quod Prælatorum omnium viſita, de iure ſit naturali & diuino, aut ſaltim eiſdem multum conformis: atque ex factis, & geſtis Dei Optimi Maximi, aliorumque Sanctorum Patrum, quæ in ſacra pagina referuntur, ſuum traxiſſe ortum, & originem: & quod Deus ipſe prædictis in locis oſtendere, ac docere voluerit prælatos in vniuerſum omnes, quid ipſi circa ſibi ſubditos, & oues ſuæ iuriſdictioni commiſſas eſſent facturi, deberentque efficere: cum iuxta doctrinã Diui Pauli, ad Rom. 15. Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Per quæ ſuperius dicta ſatis manet probata prædicta concluſio.

Tertia Concluſio.

QVod viſita † prædicta, per ſe, vel per alios, facienda ſit ſingulis annis, aut ſaltem certis, & ſtatutis temporibus, (quã maximè fieri poterit) de iure eſt humano poſitiuo. Hæc concluſio probatur 20
primo, ex ſupradicto cap. ſicut olim de accuſatio. & capit. Epiſcopum 10. vbi & videnda eſt gloſſa, verbo, per ſingulos annos: & eſt Concil. Tolet. 4. cap. 35. Facit & ad idem cap. decreuimus, eadem cauſa, & quæſtione, quod eſt Concilij Tarraconenſis ca. 8. Id quod & nouiſſimè ordinatum, & innouatum eſt, per Concil. Trident. Seſſion. 7. cap. 8. vbi cunctis pręcipitur ordinarijs (ſub quo nomine comprehenduntur, non ſolum Archiepiſcopi & Epiſcopi verum etiam & religionum omnium prælati, Epiſcopalem vel quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentes) vt ſuas Eccleſias ſingulis annis viſitare teneãtur. Idem omninò habetur Seſſio. 21. capit. 8. & Seſſio. 24. cap. 9. & pro regularibus ſpecialiler Seſſio. vlt. ca. 24. ſed intelligendum id eſt ſi commodè fieri poſſit. Nam cum eiuſmodi præceptum affirmatiuum ſit, ſi viſita ipſa non ita præcisè ſingulis annis fiat haudquaquam ad id ipſum

debet

debet ad peccatum imputari, non existente particulari aliqua necessitate subditos corrigendi: cum iuxta sententiam Philosophi, ratio eorum quę sunt ad finem, desumenda sit ex ijs, quæ ordinantur ad talem finem. Cũ igitur finis visitæ prædictæ sit subditorum correctio, cessante tali necessitate (saltim in foro interiori, & conscientiæ) cessabit etiam & supradicti iuris dispositio: prout docet glossa in cap. cum venerabilis de censibus, verbo bis in anno, vbi agendo de Episcopis, alijsque Prælatis Ecclesiasticis, multis tradit quoties fieri debeat Diœcesum visitatio. Quod autem eadem fieri possit à Prælatis per se aut per alios, cum per se facere illam non potuerint: tradit expressè glossa in cap. Romana de censib. lib. 6. verbo visitare, pro quo allegat, cap. inter cætera de offic. ordinarij, & supradictum cap. Episcopum 10. qu. 1 quibus in locis expressè habetur id ipsum.
21 Quin verò † & in Concil. Trident. Sess. 24. cap. 3. agendo de prædicto visitationis munere dicitur: Quod Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi, per se ipsos proprias Diœceses visitare studeant, etsi legitimè fuerint impediti, faciant id ipsum per suum Vicarium Generalem, siue visitatorem: etsi quotannis propter nimiam latitudinem totam Diœcesim visitare non potuerint, saltem visitent maiorem ipsius partem, ita vt totam in vno biennio per se vel per suos visitatores, visitare non prętermittant. Hęc vbi supra. Quantum vero attinet ad Prælatum Generalem,
22 † sacri nostri Minorum Ordinis specialiter, licèt nonnulli dicant eundem teneri ad visitandum totum Ordinem, ex speciali præcepto nostræ regulæ, fundati in illis verbis, quæ habentur, cap. 1. Fratres, qui sunt Ministri & serui aliorum fratrum, visitent, & moneant fratres suos, & humiliter, & charitatiuè corrigant eos: id tamen pro libito, & absque vllo prorsus fundamento est dictum: nam secundum Seraphicum P. N. D. Bonauenturam, prædicta verba non intelliguntur de Ministris Generalibus, sed de Prouincialibus: id quod & tradit doctissimus olim Pater F. Antonius de Cordoua super prædictam regulam cap. 10. quæstione 1. & nos etiam id ipsum diximus in expositione eiusdem, quam fecimus. Verum est tamen, quod licèt non ex regula, ex alio iure tenentur prædicti Generales Ministri, ordinem suum visitare, per se, aut per alios, sicut & omnes omnium religionum prælati, in quantum sunt Ecclesiæ pastores: debentque proindè proprias oues cognoscere, & pascere, atque illis prouidere in omnibus spectantibus ad salutem animæ, & corporis, si non singulis annis, saltim quam maximè fieri possit: per quod fit satis difficultati propositæ in præsenti articulo.

ARTICVLVS II.

Quales esse debeant visitatores, & commissarij, quos Ministri Generales, siue capitula generalia mittunt ad visitandum suos ordines, seu aliquas particulares Prouincias suo nomine: cum per semetipsos id ipsum non possunt præstare?

CVM religionum Generales prælati, præ multitudine negotiorum, & occupationum suarum (vt desideraret) totum suum ordinem, & omnes Prouincias per semetipsos visitare haud quaquam possint, coganturque proinde id munus, & officium alijs commendare, & vices suas committere, ne ob visitæ prædictæ defectum in religionibus aliqua interdum exoriantur mala, atque incommoda; sed vbi vitæ regularis disciplina collapsa fuerit reper-

perta, instaurari procuretur; vbi verò per Dei misericordiam illibata, & integra, constantius retineatur, & conseruetur. Cum etiam quibusdam in ordinibus, per sua generalia statuta à Sede Apostolica confirmata, & approbata, habeatur ordinatum, & statutum, vt visita prædicta per visitatores in capitulis Generalibus designatos, seu alias, non verò per ipsos Prælatos generales fiat: non incongruum visum est in præsenti hoc articulo, quærere inuestigare, atque inquirere, quales esse debeant visitatores prædicti, qui à prælatis, siue capitulis generalibus mittuntur ad visitandos suos ordines, seu aliquas particulares Prouincias: & qualibus virtutibus, & qualitatibus insigniti: ijs quibus demandandum est eiusmodi munus, & officium. Cui dubitationi vt breuiter faciam satis, sequentes statuo conclusiones.

Prima Conclusio.

23 IVRE canonico † statutum est, vt visitatores, qui in religionibus mittendi sunt ad visitandos ordines, seu aliquas particulares Prouincias, sint personæ idoneæ, sufficientes, circunspectæ, & religiosæ, quæ munus, & officium suum explere valeant, ad Dei gloriam, & communem religionum earundem vtilitatem, & cum religiosorum omnium, atque totius populi edificatione. Hęc conclusio habetur expressa, in cap. in singulis, de statu Monachorum, vbi hac de re agendo, sequentia formalia ponuntur verba, Ordinentur etiam in eodem capitulo, personæ idoneæ, & sufficientes, circunspectæ & religiosæ, quæ singulas Abbatias eiusdem regni, siue prouinciæ visitent: non solum monachorum, verum etiam & Monialium; corrigentes & reformantes quæ correctionis, & reformationis officio viderint indigere. Hæc vbi supra. Vbi quamuis expressè fiat sermo de religionibus Monachalibus, deseruire id etiam potest pro alijs, quantū attinet ad hoc propositum: cum vt dicitur in iure, de † similibus simile sit iudicium. Eadē 24 ferè verba habentur, in ca. procurationes de censibus, vbi post alia dicitur Visitationis officium exercētes: tales sint, vt quęrant nō quę sua sūt, sed quæ Iesu Christi: prædicationi, cohortationi, correctioni, & reformationi semper vacantes, vt referant fructum, qui non perit. Quod etiam capitulū, quamuis expressè loquatur de visitatoribus Episcoporum: eadē omninò ratio, quin verò maior currit in religionum visitatoribus, strictior cum sit ipsorum obligatio. Potest præterea probari, & corroborari præfata conclusio, per id, quod habetur determinatum in Concil. Tridēt. Sessio. 24. c. 3. vbi dicitur: Quod in casu, quo prælati Ecclesiastici. Archiepiscopi, & Episcopi, per se ipsos non potuerint proprias Diœceses visitare, & fuerint legitimè impediti: studeant id ipsum facere per suos vicarios generales, siue visitatores, congruos, & sufficientes. Et paulò inferius, agendo de ijsdem visitatoribus, in casibus vbi Capitulum ius habet visitandi, dicitur: Quod non vicunque mittantur, sed à toto capitulo deputentur; & priusquam suum munus, & officium exerceant, ab Episcopo approbentur. Quæ omnia sunt no tam dignissima: vt perspicuum fiat quanta cum maturitate, prudentia, atque circunspectione in hisce rebus sit procedendum: & quantum oporteat visitatores prædictos, personas esse (vt dicitur) omni exceptione maiores, quam maxima satisfactione dignas, idoneas, & sufficientes, ac talis, & tanto officio conuenientes.. In cuius etiam rei comprobationem facit etiam quam maximè, quod in loco prædicto dicit idem Con-

Concilium. Nam quamuis Archidiaconis, Decanis, & alijs quibusdā prælatis inferioribus, quibus ius visitandi conuenit, facultas concedatur id ipsum, vt per semetipsos facere possint: haud quaquam illis facultas conceditur, nominandi, siue constituendi visitatores: sed dicitur vt id faciant per semetipsos tantum, non verò per alios, vbi hactenus visitationis officium exercere consueuerunt, & hoc assumpto notario de consensu Episcopi: quod etiam est valde notandum, ac memoriæ commendandum. Et in eodem Concilio Sessio. 25. cap. 8. agendo de religiosis, & monasterijs religiosorum Sedi Apostolicæ immediate subiectis: Statuitur vt in Capitulo Generali, iuxta formam capituli in singulis, de statu monachorum: aliquas certas, particulares, & religiosas personas constituant, quæ visitationis munus exerceant, & Monasteriorum reformationi incumbant, & Religiosos omnes constringant, strictè obseruare ea, quę in sacris canonibus, & in prædicto sacro Concilio sunt decreta. Quod & obseruari credo in religionibus Monachalibus cunctis: & in suis capitulis Generalibus designari, constitui, atque nominari personas tales, quę eiusmodi visitationis munus, & officium exerceant, propriosque ordines visitent: corrigendo, & reformando quæ correctione, & reformatione viderint esse digna, tam in capite, quam in membris. Ex quibus omnibus super que satis constat, quantum expediat, visitatores prædictos personas esse qualificatas, & multis meritis, atque virtutibus insignitas.

25 Sed fauet præterea huic † nostrę conclusioni, & resolutioni, ratio quę dam appositissima, qua manifestum fiet, qualiter ad exercendum prædictæ visitationis officium, non quicunque assumendi sint: sed personæ multum sufficientes, idoneæ & conuenientes, religiosæ & circunspectæ, nominandæ, atque eligendæ: & ratio est. Nam (vt satis de se constat) visitatores prædicti nihil sunt omninò aliud, quam ipsorum Prælatorum Generalium, ordinum, & religionum iudices quidam delegati: vt enim inquit Panorm. in Rubrica de officio, & potestate iudicis delegati, delegatus dicitur à delego, quod est idem, ac vices meas tibi committo. Quod cum ita sit, cōtra omnem prorsus rationem est, vt religionum generales prædicti, seu capitula ipsa generalia, ad visitandos suos ordines, seu aliquas particulares Prouincias suo nomine, personas mittant non multum sufficientes, congruas, atque idoneas: cunctis partibus, qualitatibus, & virtutibus necessarijs insignitas: cum id quidem vergat in magnum suarum personarum, quin verò & ordinum eorundem opprobrium, damnum, & detrimentum. Quæ dicere libuit, vt videant ij, quibus id ipsum facere incumbit, qualiter in hisce rebus procedant, ne fortè arguātur malitiæ, seu potius ignauiæ, malumque sibi nomen acquirant. Hæc omnia sunt de iure communi. Sed circa hanc rem, quid statutum, & ordinatum habeatur in sacro nostro Minorum Ordine, explicabitur per sequentem conclusionem.

Secunda Conclusio.

IN nostris † statutis, & generalibus Constitutionibus, statutum, & ordinatum habetur, vt in visitatores eligantur, assumantur, & nominentur; qui præ cæteris, prudentia, pietate, & religione, integritate, zelo, probitate, solertia, solicitudine, rerum agendarum vsu, experientia, & in rebus gerendis dexteritate præstantes sint, & ad visitationis munus studio- 26

studiosè, piè, ac diligenter obeundum vel maxime idonei: & qui aliàs prouincialis ministeriatus officio laudabiliter functi sint, aut actualiter fungantur: vel diffinitores Generales, aut Patres ordinis existant. Hæc conclusio ad literam, aut saltim secundum substantiam, excerpta est ex nostris statutis, & Constitutionibus generalibus, factis in capitulo Generali Romano, celebrato anno 1587. & Vallisoletano celebrato anno 1593. quibus in locis: Capitulum Generale Reuerendissimum P. Generalem Ministrum obnixe rogat, ac vehementer in Domino hortatur, pro sua in Deum pietate maxima, ac religionis zelo: vt pro instauranda & retinenda in ordine regularis vitæ disciplina, in deligendis, & nominandis prædictis visitatoribus, omnẽ curam, & studium adhibeat: confidens quod si tales, & prædictis qualitatibus præditi, electi, assumpti, & nominati fuerint, magno cum totius religionis fructu, visitationis munus impendent, & quam maximum ex eo emolumentum toti ordini sperari posse. Et quod id ipsum specialiter fiat apud nos Minores fratres, quam maximè nostra interest, & prælatis, ac superioribus ipsis mirum in modum conuenit: postquam apud nos eiusmodi visitatores, siue commissarij, sunt etiam iudices (qui vulgò dicuntur de residentia) & ministrorum Prouincialium, qui iam suum munus, & officium expleuerunt syndicatores, missi ad faciendum examen, atque experimentum de ipsorum rectitudine, iustitia, fidelitate, & integritate, & bona suorum officiorum administratione. Est enim in nostro sacro Minorum Ordine consuetudine positum, vt pro cunctis Prouincijs ante quam noui eligantur Prouinciales, constituantur, & nominentur aliqui Patres visitatores, qui Prouincias perlustrantes, prædictum experimentũ faciant, de Ministris Prouincialibus officio suo functis, & præteritis, vt si rectè, ac debitè ipsi in suis officijs se gesserunt, honorentur, laude decorentur, præmio afficiantur, ad maioraque promoueantur. Sin minus coram toto capitulo reprehendantur, & corripiantur, suorumque defectuum, & delictorum debitas pęnas accipiant. Quod cum ita sit, cuivis vel mediocri ingenio pollenti facilè perspicuũ fiet, quantum intersit, & expediat ad tale, ac tantum munus obeundum personas eligi, quæ cunctis sint virtutibus insignitæ: multis qualitatibus præditæ summæ integritatis viri; non stulti, & insipientes, sed sapientes; & recti, & in eiusmodi rebus exercitati: qui sciant, possint, & velint ius suum patribus, & fratribus omnibus indiscriminatim tribuere: bonos præmio afficere: malos, & discolos castigare, & punire: qui partialitates euitent, & neque ad dexteram, neque ad sinistram declinent: qui religiosorum causas nimium interdũ intricatas iudicent; seu verò potius vt patres componant: qui lites & discordias iam inde à multis retro annis exortas, & radicatas euellant: vt vel sic Prouinciæ omnes quietæ, & pacatæ remaneant, & religiosi cuncti optata perfruantur pace: quod pro sua benignitate pręstare dignetur altissimus. Quæ pro isto articulo dicta sufficiant.

AR-

ARTICVLVS III.

Qualiter Visitatores, & Commissarij prædicti, teneantur suarum literarum, & commissionum ostensionem efficere?

HAc de re longissimus supra, in libro nostro Ordinis iudiciarij est habitus à nobis sermo, quæstio 2. artic. 10. agendo de iudicibus delegatis in communi, vbi (ni fallor) diximus omnia, quæ ad hoc propositum possunt desiderari: sed maximè qualiter teneantur ipsi suæ delegationis ostensionem efficere, per originale, seu eius exemplum solemniter transumptum: & quod aliàs nullus tenebitur illis obedire, quod & probauimus per cap. cum in iure de offic. & potestat. iudic. delegat. vbi id ipsum expressè habetur, & dicitur, quod delegato non creditur, nisi suam delegationem demonstret. Sed vt modò etiam aliquid dicamus, & præ manibus habeant visitatores, & Commissarij prædicti, in suarum literarum ostensione qualiter se gerere debeant: non incongruum visum fuit difficultatem eandem, nunc iterum in medium producere: quod quamuis certò sciam, quæ obseruanda sunt in tot, tantisque, & tam diuersis religionibus, si haudquaquam vnico potero sermone comprehendere: dicam tamen primo breuiter quod obseruandum est de iure communi, postmodum verò ad particularia descendendo, quod obseruari etiam credo in religionibus Monachalibus cunctis, quin verò & in aliquibus non Monachalibus, prout ex suis constitutionibus, & ex varijs, atque diuersis auctoribus potui colligere: ac tandem vltimò quod obseruatur, habeturque in communi praxi in nostro sacro Minorum Ordine, ad quæ omnia respicere poterunt religionum aliarum quarumcunque, commissarij, & visitatores, simul obseruando ea, quæ statuta, & ordinata fuerint in proprijs cuiusque constitutionibus.

Prima Conclusio.

STANDO † in iure communi. Visitatores, & Commissarij missi ad visitandos ordines, seu aliquas particulares Prouincias; secū deferre debent suarum cōmissionum literas, ipsarumque ostensionem originaliter efficere: aliàs nullus tenebitur illi obedire. Hæc conclusio habetur expressa in prędicto cap. cum in iure de offic. & potest. iudicis deleg. & de ea videndus est Syluester, verbo delegatus, quæst. 2. num. 4. vbi de mente Panormitani, & aliorum in dicto capit. cum in iure, dicit qualiter delegationis literæ ostendi debent per suum proprium originale, seu eius exemplum solemniter transumptum: & quod alias nullus tenebitur illis obedire. Et paulò infra numero 5. in quarto dicto, dicit quid faciendum sit, quando ordinarius non vult fidem facere delegato, de sua commissione, & mandato, & ei parere nolentem de facto ipso excommunicat. A qua difficultate (optima, & quam maximè notatu digna licèt sit, & deseruiro posset pro multis casibus) in pręsentiarum consulto supersedeo, quia de ea latissimus iam habitus est sermo supra quęstio. 2. artic. 10. 27

Hoc itaque est certum, atque seruandum, stando in iure communi.

Se-

Secunda Conclusio.

28 IN Religionibus † Monachalibus, & alijs, quibus est consuetudine positum, vt visitatores, & Commissarij prædicti, in capitulis Generalibus, siue Prouincialibus constituãtur, & nominentur: non est necessum, vt ipsi suarum literarum, & commissionum ostensionem efficiãt: sed sat est, quod id ipsum dicatur, legatur & publicetur in eisdem capitulis. Hæc conclusio est certa & manifesta, & (vt credo) quę communiter obseruatur in praxi, de qua vidẽdus est supradictus Fr. Alphonsus Villagut in suo libro, cui titulus Speculũ visitatorum, & Commissariorum cap. 4. vbi id ipsum dicit obseruari in suo ordine sancti Benedicti. Et ratio conclusionis in promptu est, quia in ordine prædicto (& idem omninò credo obseruari in alijs capitulo Generali, siue verò Prouinciali, in generali cedula, siue scripto, quod apud nos minores fratres *la tabla del capitulo*, nuncupatur communiter, vbi adnotantur Abbates, siue prælati, electi, & asciti ad regimen singulorum Monasteriorum (cuius authentica copia ad omnia Monasteria transmittitur) fit etiam expressa mentio prædictorum commissariorum, seu visitatorum. Quo fit vt hoc facto Prælatorum nullus ignorantiam possit prætẽdere de sua iurisdictione, auctoritate, & potestate: atq; ita vbi aliquid est notoriũ, non est opus aliqua alia vlteriori diligẽtia, & probatione quæ fiat, aut fieri debeat per literarũ ostensionem. Hęc dixerim de visitatoribus generalibus, siue ordinarijs, in capitulis Generalibus, siue Prouincialibus nominatis, & constitutis in religionibus, vbi id est consuetu-
29 dine positum: nam secus est † de alijs visitatoribus, siue commissarijs, extraordinarijs, & particularibus, missis ad aliqua particularia negotia, & ad particulares causas delegatis; ij enim cum de sua commissione notoriè non constet; obseruare omninò tenentur ea, quæ dicta sunt, & quod de iure cõmuni esse diximus. Vnde etiamsi ex vrbanitate credantur, ante eiusdem exercitium de iure, & cõsuetudine suarum literarum tenẽtur ostensionem efficere: nam in re ad iurisdictionem pertinente, & maximè præiudiciali, nulli omninò fides debet præstari, nisi ostensis literis, iuxta id quod habetur in capit. nobilissimus dist. 97. & in supra allegato cap. cum in iure de offic. & potest. iudicis deleg. Facit & ad idem cap. lectis dist. 63. & l. 1. C. de mand. princip. omnia ista sunt certissima, & de iure communi.

Tertia Conclusio.

IN sacro nostro † Minorum ordine præterquam quod id est de iure communi (vt dictum est) statutum, atque determinatum habetur, vt Prouinciarum visitatores, nõ prius suas exerceant commissiones, donec de illis ministris Prouincialibus, constet. Hæc conclusio habetur expressa in nostris statutis generalibus Barchinonensibus, pro familia Cismontana, recognitis in capitulo Generali celebrato Toleti, an. 1583. cap. 7. de elect. & const. officio. §. de visitatoribus Prouinciarum. Et id ipsum habebatur determinatum in cõstitutionibus Generalibus Salmãtinis, factis anno 1553. cap. 8. & in Romanis factis anno 1571. 30

Stylus autem † qui hac in re obseruari solet, hic est. Quod Prouinciarum commissarij, & visitatores prędicti, acceptis à Reuerendissimo P. Generali, seu commissario generali, suarum commissionum literis pro aliqua visitanda Prouincia, eadem de re eiusdem Prouincialẽ Ministrum 31

nistrum certiorem faciunt,& per literas inter se conueniunt, vt in primo ipsius Conuentu, se videant & coniungantur. Quo facto ibidem prædictæ suarum commissionum literæ ostenduntur. Etsi quandoque contingit propter aliquam specialem rationem & causam, id ipsum vt fieri minime possit: Commissarij & visitatores in primo Prouinciæ conuentu legi faciunt suas patentes literas, quarum transumptum ordinis sigillo munitum,& sua manu subscriptum, mittunt per totam Prouinciam (vt statim dicemus) vt sic omnibus fratribus constet de suo in eandem aduentu, nec necessum est vt amplius aliquid faciant.

ARTICVLVS IIII.

De stylo & forma, qua commissionum literæ fieri ac formari solent, in sacro nostro Minorum Ordine.

VT ne huic nostro tractatui aliquid desit, quod iure possit desiderari: non abs re visum est, hic etiam adducere stylum quo commissionum literæ fieri ac formari solent in sacro nostro Minorum Ordine, tam quæ præstantur à Generalibus Ministris pro visitandis aliquibus Prouincijs; quam illæ, quas ipsi commissarij, & visitatores particulares dare solent suis subdelegatis, quando illos mittunt ad visitandum aliquem Conuentum, siue Conuentus, Prouinciæ suæ commissionis, seu ad aliquod speciale negotium, ex supositione quod subdelegare possint. Quod summa breuitate fiet, in hoc & sequenti articulo. Et loquendo de commissariorum principaliorum literis, qualiter formari soleant à Generalibus Ministris, sit conclusio.

Conclusio.

CVM Generales † ministri creant, mittunt, siue constituunt, aliquem commissarium, seu visitatorem, ad visitandam aliquam Prouinciam suo nomine, in expediendis eiusmodi commissionis literis, hoc vel alio simili stylo vti solēt. Frater N. totius Ordinis Seraphici Patris nostri Francisci, Generalis Minister,& seruus. Reuerendo admodū Patri Fratri N. nostræ almæ Prouinciæ Sancti N. Prædicatori, siue lectori, aut actuali diffinitori, salutem, & pacem, in eo, qui vera est omnium salus Quanquam vniuersum nostrum Seraphicum Ordinem, nobis licèt immeritis diuina dispositione commissum, cunctasque ipsius Prouincias (prout ratio nostri muneris,& officij expostulabat) proprijs oculis videre, atque visitare optaremus quam maximè: propter temporis tamen angustiam, occurrentium negociorum, ac Prouinciarum multitudinem, per nos metipsos id ipsum facere haud quaquam possumus: & cogimur in nostræ solicitudinis partem viros probos,& doctos, in hisce rebus exercitatos, eligere, destinare, & assumere: ea propter, de tua prudētia, scientia, probitate, religionis zelo,& in negocijs gerendis dexteritate plurimum in Domino confisi, te nostrum commissarium cum plenitudine potestatis, in nostra Prouincia N. etiam cum potestate subdelegandi constituimus, nominamus, ac constitutum declaramus; quatenus omnes vtriusque sexus in dicta Prouincia nobis subditos,& subiectos, regere, gubernare, visitare, corrigere, atque punire, & opus si fuerit incarcerare valeas, tàm in capite, quàm in membris: ac tandem facere omnia, quæ nos ipsi facere potuissemus, si præsentes essemus: celebrationem Prouincialis 31

cialis capituli, dumtaxat nobis reſeruantes. Quapropter omnibus, ac ſingulis Prouinciæ prædictæ fratribus, ac monialibus, ſtricté præcipimus in virtute ſanctæ obedientię, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna, alijſque noſtro arbitrio imponendis, vt tibi tanquam vero noſtro Cōmiſſario, ſuoq; legitimo prælato in omnibus, & per omnia pareant, & obediant. In quorum omnium, & ſingulorum fidem has noſtras literas manu noſtra ſubſcriptas, ac officij noſtri ſigillo maiori munitas, fieri mandauimus. Datis in noſtro conuentu, N. tali die, menſis N. & talis anni, &c. Poſtea ſubſcribuntur, ac ſigillo maiori muniuntur literæ, ſiue patentes prædictæ. Veniamus modò ad commiſſarios prædictos, & videamus an & ipſi poſſint ſuam commiſſionem alijs ſubdelegare, quod fiet in ſequenti articulo.

ARTICVLVS V.

Vtrum prædicti viſitatores, & commiſſarij, conſtituti à Prælatis, ſiue capitulis Generalibus, poſſint aliquos conuentus, ſiue cauſas ſubdelegare?

HAC de re iam ſupra in dicto noſtro libro habitus eſt ſermo, quæſt. 2. a. 12. agendo de iudicibus delegatis in communi: vbi in controuerſiam adduximus, an ipſi poſſint ſuam auctoritatem, in totum, vel in partem ſubdelegare. Et omiſſis ibidem dictis, de delegato à Papa, ſiue à Principe (quia longam habent diſputationem) breuitati ſtudentes, vt non ſemel, & iterum eadẽ dicere cogamur: deſumpta tantummodo rerum ſubſtantia, ſine allegationibus, & probationibus, quod in hoc tenendum, & practicandum eſt, explicabitur per ſequentes Concluſiones.

Prima Concluſio.

DElegatus † à Papa, ſiue Principe, indiſtincte poteſt totam cauſam, vel illius partem alteri ſubdelegare. Hæc concluſio eſt expreſſa Sylueſt. verbo delegatus, qu. 8. nu. 10. vbi & probat eam multis iuribus, & legibus à nobis relatis, loco ſupracitato. Sed id limitandum eſſe † dicit in caſu, quo Papa ſiue Princeps, concedat alicui ſolummodo nudum miniſterium, & non abſoluté iuriſdictionem: aut in caſu quo per verba reſcripti, comprehendatur electa fides, ſeu induſtria alicuius perſonæ: vt dicatur, confidimus de tua induſtria, & prudentia, aut committimus tibi, vt hoc, aut illud negotium perſonaliter exequaris. Et etiã in caſu, quo negotium, quod committitur non fuerit per alium bene expedibile: in quibus omnibus caſibus dicit prędictus Syluester, quod delegatus (etiam à Papa, ſiue à Principe) ſubdelegare non poteſt. Ceſſant tamen ſupradicta omnia in generali Sedis Apoſtolicæ delegato, per capit. finale de offic. & poteſt. iud. deleg. de quo etiam diximus loco vbi ſupra.

33 34

Secunda Concluſio.

DElegatus † ab alio, quam à Papa, vel à Principe, ſubdelegare non poteſt, etiam impeditus infirmitate, ſeu aliqua alia iuſta cauſa, niſi in vno, aut altero articulo cauſæ, aut niſi hoc ſibi ſpecialiter cõcedatur, vel ſit delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarũ. Hęc etiã concluſio eſt Syluest. ſupradicti loco vbi ſupra nu. 12. vbi & probat eam aliquibus iuribus, & legibus à nobis etiam relatis loco ſupra citato. Ex quibus duabus concluſionibus facilè colligi poteſt, quid dicendum ſit diffi- 35

difficultati propositæ, in præsenti articulo. De qua sit tertia conclusio.

Tertia Conclusio.

36 Visitatores, † & Commissarij prędicti, missi à ministris, siue capitulis Generalibus, ad visitandos suos ordines, seu aliquas particulares Prouincias: stando in iure communi (nisi aliud obstet, & in cōtrarium alicubi habeatur ordinatū) bene possunt subdelegare, nisi in casibus exceptis, & expressis in prima conclusione. Probatur hæc conclusio, sequenti ratione. Nam cum mittantur generaliter ad corrigendos, & reformandos, non solum subditorum, verum etiam, & Prælatorum ordinariorum excessus: & prouidendum Monasteriorum bono communi, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus iuxta diuinam legem, sacros canones, & religionis cuiusque constitutiones: idque à ministris, siue capitulis Generalibus: meritò dici possunt & debent delegati à Principe: sicque iure optimo conueniunt illis omnia, quæ in prima conclusione dicta sunt conuenire eiusmodi delegatis exceptis limitationibus ibidem positis. Cui etiam accedit, & alia ratio. Nam quamuis dici non possent delegati à Principe, sed ab inferiori, adhuc possent facere quod in conclusione prædictum est, cum sint ipsi delegati (non ad hoc, vel illud negocium) sed ad vniuersitatem causarum: qua peculiari ratio ne communiter, & regulariter loquendo id ipsum expresse, & specialiter sibi conceditur, nempè quod possint subdelegare. Sed probatur præterea suprad:cta conclusio. Nam ad omnem tollendam dubitationem, semper eiusmodi facultas, & commissiones traduntur cum clausula subdelegandi, seu vt communiter dicitur, cum plenitudine potestatis: quibus verbis satis datur intelligi (aut potius planè dicitur) quod tali modo delegatus potest omnia, & singula, ad quæ se extendit potestas illius, qui eundem delegauit, nisi à iure communi, seu alio aliquo particulari, quidpiam reperiatur sibi prohibitum. Quod dixerim, quia multa sint ipso iure limitata, atque prohibita, quæ in generali delegatione (etiam Papæ, vel Principis) non intelliguntur comprehensa: multa etiam ab ipsis delegantibus solent limitari, & coarctari, quæ in generali suæ commissionis clausula non censentur contineri, de quibus postea dicemus. Aduertendum præterea est, † hęc quæ dicta sūt de visitatoribus 37 generalibus prouinciarum, siue cōmissarijs, missis ad visitandas aliquas prouincias, & non ad hoc, seu illud negocium in particulari, sed ad vniuersitatem causarum non esse trahēda, aut accōmodanda ad alios cōmissarios particulares, & iudices specialiter delegatos, ad vnā, vel plures causas motas, seu ad dirimendas aliquas lites, vel ad cognoscēdum de aliquibus specialibus criminibus, & excessibus, quorum notitia ad aures generalis ministri, aut etiam prædicti sui commissarij, vel alicuius capituli generalis peruenit: nam eiusmodi visitatores, iudices siue commissarij delegati, haudquaquam subdelegare possunt, nisi id ipsum specialiter sibi committatur. Vt enim diximus loco superius citato, delegatus non ad omnia, sed ad aliquod speciale negotium: solum modo potest id, quod specialiter est sibi commissum, & sine quo talis causa siue negotium non potest commodè expediri, nec subdelegare illud potest alicui: quia iuxta cōmunem iuris regulam, delegatio siue subdelegatio est stricti iuris, nec extēdi pōt delegatā potestas; 38 ea præsertim ratione cu in eiusmodi casibus electa videatur industria personæ,

sonæ ad talia negotia peragenda. Videantur hac de re, quæ dicta sunt à nobis supra quæst. 2. art. 11. & 12. vbi (ni fallor) reperire licebit omnia, quę ad hoc propositum possunt desiderari. In casu tamen quo commissarij, siue visitatores prædicti, socio siue secretario suo, vel alicui alteri patri, voluerint alicuius conuentus, seu conuentuum, visitationem commendare, eundemque in partem suæ solicitudinis assumere; poterunt id ipsum facere, & in literis suæ subdelegationis, vti forma, & stylo ponendo in sequenti conclusione, quæ sit quarta in ordine.

Quarta Conclusio.

39 FRater N. Prouinciæ † N. prædicator, vel sacræ Theologiæ Lector, seu actualis diffinitor: commissarius huius Prouinciæ, N. per Reuerendissimum patrem nostrum N. totius Seraphici Ordinis Patris nostri Francisci Generalem Ministrum, cum plenitudine potestatis, aut cum facultate subdelegandi, &c. Reuerendo Patri fratri N. nostro secretario (seu aliter) salutem in eo, qui vera est omnium salus. Cum præ multitudine negotiorum, ac conuentuum sacræ huius prouinciæ, integrę eiusdem visitationi (prout voluissemus) vacare minimè valeamus: de tua prudentia, literarum peritia, bonitate, & integritate, & in negocijs gerendis dexteritate, quam in multis sumus experti, plurimum in Domino confidentes: te nostrum commissarium instituimus, ac subdelegamus, vt nostra authoritate, quin verò prædicti Reuerendissimi Patris nostri Generalis Ministri, talem vel talem conuentum N.N. possis, & valeas visitare, fratresque tibi degentes corrigere, punire, & opus si fuerit incarcerare, ac tandem debitis pœnis afficere, nihil omninò nobis reseruantes (vel aliter si aliud expediens visum fuerit) quin verò tibi committimus vt in conuentu, siue conuentibus prædictis possis, ea omnia facere, quæ nos ipsi faceremus, si præsentes essemus. Strictè præcipientes per sanctam obedientiam, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, omnibus & singulis prædictorum conuentuum fratribus (aut forsan monialibus, si id ipsum sic expedire videbitur) vt te benignè & charitatiuè, tanquam nostram, & propriam personam excipiant: tibique in omnibus, & per omnia pareant, & obediant, tanquam vero suo prælato, & nostro legitimo commissario. In quorum omnium & singulorum fidem, has literas nostro nomine, & manu subscriptas, officij nostri sigillo muniuimus. Datis in tali conuentu, tali die &c. Supradictis omnibus apponere poterunt commissarij, & visitatores prædicti (eis si fuerit) alia quæ sibi visa fuerint expedire, addendo, vel minuendo, aut aliqua sibi reseruando, & dicendo: Vt suo nomine videat & audiat, quæ audienda, & videnda sunt, iustitia fratribus pro vtraque parte ministrata, iuris seruato ordine: vel procedendo summariè, simpliciter & de plano, sola veritate inspecta vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, vel exclusiuè (vt sibi placuerit) vel dicat, vt nulla prolata sententia, quæ ex processus actis resultauerint, secum afferat, vel referat. Supradicta omnia in medium adducere libuit, vt nulla commissarijs, siue visitatoribus prædictis, tam principali, quam subdelegato ratio subsit dubitandi. Quæ quidem delegandi, ac subdelegandi forma, originaliter, atque in substantia, desumpta est ex Speculatore, titulo de iudice dele-

gato §.5. Si quis autem aliqua alia, seu breuiori vti voluerit, poterit id ipsum facere. dum tamen non obliuiscatur in libello, siue patentibus literis, apponere principalis commissarij, & officij sui nomen, & cuius sit delegatus: nomen etiam, & officium eius, cui fit subdelegatio, & enumeret conuentus, pro quibus visitandis subdelegatur, ac tandem easdem sub scribat, & officij sui sigillo muniat. Quæ pro posito articulo, & tota quæstione dicta sufficiant.

QVÆSTIO II.

Qualiter se gerere debeant prælati regulares, & visitatores, in visitatione prædicta suorum subditorum in 8. articulos diuisa.

SVMMARIVM.

1 *Visitatores, & Commissarij quid primum facere debeant, cum ad aliquem conuentum sua iurisdictionis peruenerint.*

2 *Forma seruanda in proponenda visita, & num. seq.*
Latino sermone quando est vtēdum in visita proponenda, formula adhibetur vt num. 3.

4 *Quæ sint visitatoribus reuelanda, & quo ordine, & an à personis, quæ visitantur exigi debeat iuramentum? vel sint ponendæ censuræ?*

5 *Prouinciali præterito dum prouincia visitatur assignatur conuētus, & congrua habitatio.*

6 *Visitatores, & commissarij literas patentes mittere debent per Prouincias, quas visitant, & quid cō tinere debeant.*

7 *Forma literarum, quibus significatur per Prouinciam visitatorum, & commissariorum aduentus.*

8 *Prouinciarum Commissarij, & visitatores eligendi, & assignandi sunt non de eadem Prouincia, sed aliena.*
Et non mittendi sunt, nisi quando noua ministri Prouincialis electio est facienda, & Generalis adesse non potest. num. 9.

10 *Visitatores, & Commissarij non possunt suas commissiones exercere, donec Prouinciali ministro Prouinciæ visitandæ de suis literis constet.*

11 *Fratres particulares non audeant petere commissarium pro aliqua Prouincia, nisi à tota Prouincia petatur.*
Et peti debet à Prouinciæ discretis quando vigeret necessitas petendi. nu. 12.

13 *Visitatorum, & commissariorum authoritas plenaria est, & talis sibi concedenda est, & cum plenitudine potestatis.*

14 *Visitatoribus obediendum est absque contradictione sub pœna excommunicationis.*
Multa tamen prohibita sunt prædictis commissarijs, & visitatoribus, quæ ponuntur numero 15. per totum.

16 *Visitatores, & commissarij qualiter se gerere debeant circa priuationem Guardianorum.*

17 *Visitatores non possunt per se soli punire Prouincialem, neque aliquem patrem qualificatum, sine Consilio & consensu discretorum prouinciæ.*
Nec se ingerere in visitationibus monasteriorum monialium, nec in earum electionibus. nu. 18.

19 *Guardiani ad visitatorum aduentum*

tum cuncta, quæ sunt in sacristia iubere debent præparari, & quæ a ta debeant præparari num. 20.

21 Visitatores, & commissarij quid agere debeant antequam incipiant conuentuum visitam.

22 Sacramenti visitatio qualiter facienda, & quid inquirere debeat visitator?

Reliquiarum visitatio qualiter facienda, & quid inquirat visitator?

24 Oleum sanctum qualiter visitetur, & quid inquirat visitator?

25 Altaria qualiter visitentur?

26 Capellæ qualiter visitandæ?

27 Confessionales sedes qualiter visitandæ?

27 Sepulturæ qualiter visitandæ?

29 Ecclesia generatim qualiter visitanda, & quid de eis inquirendum?

30 Sacristia qualiter visitanda, & quid in ea sit inquirendum?

31 Infirmaria qualiter visitanda?

Et aromataria, & quæ inquirenda? nu. 32.

33 Hospitia conuentus qualiter visitanda? & quæ sint inquirenda.

34 Cellæ fratrum quando sint visitandæ & quæ inquirenda?

35 Visitator, & commissarius qualiter procedere debet ad visitandum conuentum, & formanda visitæ capitula.

Et quid inquirere, seu interrogare debeat in Generali visitatione, num. 36.

37 In visitatione generali omnes fratres indiscriminatim examinantur, & interrogantur.

38 Iuramento non constringuntur fratres in visitatione, ad dicenda, quæ nouerint, sed sub obedientia, & censuris.

Et quod personæ, quæ visitantur dixerint, ab eis debet subscribi proprio nomine, postquam literis mandatum est num. 39.

40 Visitatio, seu generalis inquisitio non fit coram Secretario.

Post visitationem generalem deuenitur ad particularem, & qualiter, nu. 41.

42 Interrogationes quæ fiunt de personis aliquod particulare officium habentibus in visitatione.

43 Circa prouincialem ministrum quæ inquirenda sint à commissarijs, & visitatoribus.

44 De Guardianis quæ specialiter sint inquirenda?

45 De Obedientiæ voto quæ sint inquirenda?

46 Circa votum castitatis, quæ inquirenda?

47 Circa votum paupertatis, quæ sint inquirenda?

48 Circa internam fratrum conuersationem quæ sint inquirenda?

Et quæ circa exteriorem conuersationem nu. 49.

50 Visitatores, & commissarij, vt facilius, & breuius suam visitationem expedire possint multa possunt interrogare summariè, quæ breuiter recensentur.

51 Visitatores ordinum Monachalium quid facere debent cum primum ad Monasteria visitanda peruenerint?

52 Literas commissionales non tenentur ostendere visitatores ordinum Monachalium: & quare secus in visitationibus particularibus, in quibus tenentur literas ostendere, num. 53.

54 Visitatores Monachalium ordinum, quæ debeant inquirere in monasterijs, quæ visitant?

55 Authoritas visitatorum ordinum Monachalium maxima est.

Non debent tamen transgredi limites suorum mandatorum, numero 56.

ARTICVLVS I.

Quid facere debeant visitatores & commissarij prædicti cum primum peruenerint ad suorum districtuum conuentus siue monasteria quæ habent visitare: & qualiter ab eisdem monachis siue fratribus visita proponenda sit?

Huic articulo fiet satis per sequentes conclusiones.

Prima Conclusio.

1 CVM primum † visitatores, & commissarij prædicti, ad conuentus siue monasteria per eosdem visitanda peruenerint, ad Ecclesiam se primò debent conferre: vbi breui facta oratione coram Sanctissimo Sacramento, monasterij claustrum ingredientes, ab ipsius prælato ordinario, & Monachis, siue religiosis ibidem existētibus, alacriter, ac summa reuerētia recipi debent, ab eisdem paternam suam benedictionem exposcentes. Quæ in hac conclusione sunt posita, cum nō ad ius, sed ad factum pertineant, nulla indigent probatione. Nam etsi quidpiam aliud in aliqua religione sit consuetudine positum, habeaturque in vsu, nihil refert: & parum id, aut nihil nostra interest: qui tantūmodo in præsentiarum, ea præsertim studeamus referre, quæ communiter fiunt in sacro nostro Minorum Ordine, quin verò (vt credo) cunctis in vniuersum religionibus, & ordinibus bene institutis. Deferūtur postea visitatores, & commissarij prędicti, ad cellas & congrua sibi præparata habitacula, & eo die vel etiam sequenti (prout temporis ac valetudinis opportunitas suggesserit) requiescunt, atque charitatiuè, & religiosè recreantur. Illo verò die quo proponenda est visita ab eisdē, signo campanæ facto, vt omnes ad capitulum vnanimiter conueniant, ad id ipsum faciendum, vti poterunt (si placuerit) verbis ponendis in sequenti conclusione.

Secunda Conclusio.

IN primis † proposito Dei verbo, 2 vt iura, & sacri canones expressè disponunt: sed maximè cap. Romana de censibus, lib. 6. §. fane: visitator, siue commissarius, monachis, fratrib. sic capitulariter cōgregatis, annunciat sui aduētus causam, & venisse se dicit ad eiusdem conuentum, siue monasterium visitandum, & inquirendum de ipsius statu, tam in spiritualibus, quā in temporalibus: de religiosorum omnium vita, & moribus, tā in capite, quā in membris: nē & obseruantia diuinę legis, & sacrorum canonum, sed maximè sacri œcumenici Concilij Trid. cuius santissima decreta summa sunt semper veneratione habenda, & ad vnguē executioni mandanda. Item ad inquirēdum quonā modo à monachis, siue religiosis obseruetur regula, & generales proprij cuiusque ordinis constitutiones. Qualiter etiam in choro diuinum persoluatur officium: & ibidem, atque in Ecclesia fiant omnia, quę ad diuinum cultum spectāt. An in conuentu, & inter fratres, sit à Deo & Sanctis Patribus tantopere exoptata pax, quæ teste Diuo Paulo exuperat omnem sensum: & est fructus omnis iustitiæ, & sine qua Dei charitas haberi minimè potest. An fratribus tam sanis, quam infirmis ministrentur debitè necessaria cuncta, pro conditione sui status, & personarum, & conuentus commoditate, & possibilitate. An in ciuitate, vel loco illo aliquod fuerit commissum delictum, quod ingresserit scandalum, & an à fratribus

semper sæcularibus bonum præstetur exemplum. Hæc & alia, de quibus in interrogationibus à visitatoribus, siue cōmissarijs faciendis mētionem faciemus in hac visitæ denūciatione sunt proponenda. Tandē, admoneri debēt religiosi cuncti à visitatore, siue commissario, vt ad eundem (saltim tanquam ad iudicem) nulla prorsus deferātur crimina & delicta quæ non fuerint vera, simul ac probabilia: comminando illis, quod contrarium facientes, acriter inuiolabiliter erunt puniendi, talionis pœna, seu aliqua alia arbitraria pro modulo malitiæ, & culpæ: nisi plenè, & sufficienter probauerint, quæ fratrū cuipiam obiecerint. Præterea debent aduertere, vt peccata, & crimina (occulta si fuerint) haudquaquā sibi reuelentur, nisi prævia præmissa correptione fraterna, ac omninò seruato ordine iuris in Euangelio posito. Tādem expletis omnibus, quæ à nobis sunt posita, quæst. 6. artic. 4. nostri ordinis iudiciarij agēdo de generali inquisitione (quæ non libuit in præsentiarum referre, & eadem semel, atque iterum dicere, cum facili negocio ibidem possint videri) & quia nō semper omnibus in promptu est, facultasue suppetit, in propositione visitæ prædictæ qualibus verbis eosdem vti conueniat: quamuis si ea proponenda fuerit Hispano sermone, in nostro collationum spiritualium lib. 4. par. iam ea de re copiosa satis habeatur supellex: vt tamē si in Latina lingua fuerit proponenda; visitator siue commissarius ad manum habeat etiam quid dicat, sequentem breuem orationem adijcere libuit, & erit tertia conclusio in ordine.

Tertia Conclusio.

1 QVādo visita † proponēda fuerit Latino sermone, visitator siue commissarius, sequētibus verbis vti poterit.

Ea est Patres, & fratres charissimi naturæ nostræ fragilitas, necnon & imbecillitas humani ingenij, diuino præsertim munere destituti, vt in sūma rerum ignorantia, vitęq; prauitate versari sēper cogatur, nisi Dei optimi nostri maximi, ope, & auxilio fulciatur, iuuetur, atque corroboretur, & Prelatorum opera Dei eiusdem vicem gerentium, à malis minis deterreatur, seu aliquibus propositis præmijs ad sanctas, rectas & honestas functiones, efficiatur, excitetur & pronocetur. Quo circa sāctissimè, ac prudentissimè, sacrorū conciliorum decretis, multisque summorum Pontificum constitutionibus ordinatum atque statutū est, vt prælati, & visitatores, & ij quibus fideles regendi (sed religiosos præsertim) rectisq; legibus, ac probis institutis reformādi, à Deo commissa cura est, id ipsum vt faciant (fieri si possit) singulis annis: & diuinæ doctrinæ, ac visitationis pabulum eisdem haudquaquam deficiat, quin verò, vt prouidè pastorum munus, & officium exercentes (postquam id sibi ex officio incumbit) proprijs oculis oues suas videant, iuxta sapientis dictum ipsarum vultum agnoscant: qualiter viuant: & an ea, ad quæ tenentur adimpleant, diligenter inquirant, & quæ correctione, & emendatione digna inuenerint paterna charitate corrigant: idque tam in capite, quam in membris. Cuius quidem visitationis (vt legitur Genes. cap. 37.) in sanctissimo olim Ioseph morum candore nitente, haud contemnendum præfuit exemplum. Hunc enim (vt fertur) præclarissimus pater suus Iacob, gratissimum, atque dilectissimum filium, visitationis gratia ad fratres suos visēdos misit, eaq; de re iniunxit illi præceptū dicēs. Fili fratres tui cōmorātur in Sichimis, veni mittam

mittam te ad eos. Quo respondente; præsto sum: ait ei. Vade, & vide si cũcta prospera sint erga fratres tuos & pecora, & renuncia mihi quid agatur. Quæ quidem verba alia translatio in hunc sensum vertit: Vade & vide an pax sit fratribus tuis: pax itẽ pecoribus, & renuncia mihi quid agatur. Rectè quidem dictum. Haud enim prosperum aliquid existimauit Patriarcha sanctissimus esse posse apud filios suos, similiter, & pecora, ni ipsi optata pace fruerẽtur. Eamq; ob causam, vbi nostra habet vulgata translatio. Vade & vide si cũcta prospera sint erga fratres tuos, & pecora: ad sensum potius quam ad verba respiciendo, transtulit ille alius interpres, vade, & vide, an pax sit fratribus tuis, pax item pecoribus. Hæc certè verba (patres & fratres charissimi) insonuerunt auribus meis, simileque præceptum impositũ mihi est, à Reuerẽdissimo Patre nostro Generali Ministro, qui pro sua paterna cura, ingenti prouidentia, religionis zelo: gregi sibi concredito prouidere studens, cum non quidem omnia (vti desideraret) per semetipsũ possit efficere, mihi licet indigno dixit: veni, vade, & visita meã prouinciam N. & vide an pax in ea sit, oĩaque prosperè ibidẽ succedant, quæ ad diuinum cultum, & omnium fratrum cõsolationem spectant. Cuius iussui, ac mandato non obtemperare haudquaquã potui, nec vero debui. Vt verò (Patres) prædicto fungar munere, & meo officio vtar, nonnulla in præsentiarũ sese offerunt summa animaduersione digna, quæ dicere vobis visum est. Et primò, vt proposito ante oculos mentis vestræ, illo quo cuncti in vniuersum homines tenentur naturali & diuino præcepto, prouidendi proximorum suorum spirituali saluti, & potiori quidem iure, quã temporali, iuxta id quod dicitur Ecclesiastici 17. quod vnicuique mandauit Deus de proximo suo: consequenterq; proinde corrigendi, & emendandi in inuicem vosmetipsos (non quidem ex odio aliquo, sed vti decet, ex solo legis Dei, & religionis zelo) fraterna charitate commoti renuncietis mihi omnia, quæ in hoc sacro conuentu digna noueritis correctione, & reformatione. Qualiter ad vnguem diuina seruẽtur præcepta, necnon & Ecclesiastica instituta, & Summorum Pontificum sacri canones, & decreta, sed maximè sacri œcumenici Concilij Tridentini, summa reuerẽtia, & obseruatione digni. Qualiter etiam obseruetur nostra regula, & in choro diuinum persoluatur officium: & generaliter fiunt in Ecclesia omnia quę ad diuinum cultũ spectant. Post quę supradicta omnia apponere poterit, & superaddere quæ voluerit: & quę apposita sunt in præcedenti conclusione. Ac tandẽ concludendo, per obediẽtiam, & sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda cunctis præcipiat, † crimina, & delicta sibi vt detegantur, 4 & reuelentur: seruato tamẽ iuris, ac sancti Euangelij præscripto ordine, non verò aliter. Quod quidem præceptum apponendum est necessariò, in hac visita, siue generali inquisitione (quidquid nonnulli in contrariũ dicant) de quibus supra quæst. 6. ar. 5. hac de re agendo longissimus factus fuit sermo. Nam omnes authoritates, & iura in contrarium adducta, ad probandum, quod in hac generali inquisitione siue visita, nullũ omninò à testibus siue personis visitandis sit exigendũ iuramentũ, aut obedientia siue excommunicationis pœna apponenda: intelligenda tantum sunt, ad effectum, vt per id subditi constringantur ad reuelanda crimina occulta, & secreta peccata: hoc enim nullatenus fieri licet, nisi (vt premissum est) seruato iuris, & Euãgelij ordine, & præmissa correptione

ne fraterna: ni forsan in aliquibus casibus à iure expressis. Id tantummodo concludunt prædicta iura, non verò aliud. At vbi delicta & crimina fuerint publica, siue verò secreta, quę vergant in perniciem publicã, siue in præiudiciũ tertij, & alia, de quibus diximus supra quæstio. 7. art. 7. cum ea viderint correctione digna; reuelanda omninò sunt prælatis, in idq; possunt & debent medio præstito iuramento, aut sub obedientia, & excommunicationis pœna constringi religiosi, prout in cuiusque religionis fuerit consuetudine positum. Apud nos autem Minores fratres (id quod & fieri crediderim apud omnes viros, peritos, & doctos) à religiosis nullum omnino exigitur iuramentum: sed tantummodo in id ipsum constringuntur per obedientiam & censuras, vt satis remanet dictum supra quæst. 18. de testibus artic. 4. quæ obedientia, & censurę ponuntur hoc tempore, quando prædicta proponitur, & denunciatur visita. Iuramentum autem in religionibus, quibus fieri consueuit, desumendum est à prælatis: postea quando religiosi ipsi ad visitandum vadunt singulariter: & præsentantur coram visitatore, siue commissario. Et reuera quod hoc sic vel aliter fiat, parum vel nihil refert: neque quidquam substantiale est: vt enim habetur in supradicto cap. Romana de censibus lib. 6. § fi. in his omnibus absque iuris præiudicio, seruare possunt; quin verò & debent, rationabiles religionis cuiusque consuetudines, & approbatæ constitutiones. Quę pro illo Articulo dicta sufficiant.

ARTICVLVS II.

Visitatores, & Commissarij, qualiter debeant mittere suas patentes literas, per Prouincias quas visitant?

POSTQVAM Visitatores, & Commissarij, Monachis, siue Fratribus suis propositi fuerint, hac denunciauerint visitam, generalemue suam inquisitionem prædictam: nonnulla debent facere, quæ non libuit silentio præterire, quinimo verò hic breuiter apponere, vt nostro huic tractatui nihil omninò desit, quod desiderari possit. Et in primis dico, † quod iuxta nostra generalia statuta, in sacro nostro Minorum Ordine Visitator, siue Commissarius, Prouinciali præterito, seu potius visitando, & qui iam expleuit suum munus, & officium, assignare debet congruum suæ habitationis locum, vbi debeat commorari, & quiescere, donec visita ipsa absoluatur: Hoc statutum reperitur in capitulo Generali Vallisoletano, celebrato anno 1593. vbi & propter iustas, & rationabiles causas cautum fuit, vt conuentus ille, in quo habet commorari non sit Prouinciæ principalior, quod quam maxime est notandum. Post quæ communibus literis per suas † patentes, significare debet Prouinciæ, suum in eandem aduentum, cunctos fratres admonendo de sua intentione, & voluntate: insuper, & illos obsecrando vt in obeundo visitationis suæ munere, pro communi bono ex merito salutaris obedientiæ suscepto, communibus eorum suffragijs & orationibus adiuuetur, vt videre possit quæ recta sunt, & adimplenda quæ viderit, ministrandamque cunctis iustitiam, Dei ope, & auxilio suffultus conualescat: & in diuinum seruitium, &

Pro-

Prouinciæ totius communem vtilitatem sua procedant eloquia, dirigantur cogitationes, & opera. In quibus etiam patentibus literis fratribus debet indicere, quid interim ab eisdem agendum sit, & à quibus abstinendum & cauendum. Sed potissimum expedit, grauiter, & efficaciter, illos, vt exhortetur, ad clausuram seruandam, ritèque, ac rectè peragenda omnia pietatis officia, sed maximè ea, quæ ad diuinum cultum spectant: item & ad pacem inter seruandam, & vt se disponant ad diuinam promerendam gratiam. Post quæ debet præcipere, ut omnibus in conuentibus, tam Fratrum, quam Monialium, post vespertinas, & matutinas horas, & etiam in Missa maiori post eleuationem Sanctissimi Sacramenti, consueta non intermittantur suffragia; pro fęlici suæ visitationis successu, specialesque orationes fiant ab omnibus in communi, & in particulari. Quibus adijcere poterit alia si quæ sibi visa fuerint animaduersione digna, quæ omnia vt debitè adimpleantur, apponere debet obedientiam, & censuras, & quod dictæ suæ patentes literæ, de conuentu in conuentum ordine consueto mittantur, & quam citius fieri poterit expediantur, & vltimo sibi remittantur, quo experimentum facere possit, qualiter illis fuerit obtemperatum. Et quia non omnibus in promptu est stylus, quo apud nos Minores fratres eiusmodi patentes literæ solent, & debent formari, nec verò in id ipsum cuilibet facultas suppetit, non incongruum visum fuit, ipsarum in præsenti aliquam formam adducere, quod fiet in conclusione sequenti.

Conclusio.

7 FRatres † N. Prouinciæ N. Prædicator, aut Lector, siue actualis diffinitor: huius almæ Prouinciæ N. Commissarius, per Reuerendissimum Patrem nostrum N. totius nostræ Seraphicæ Religionis Generalem Ministrum: omnibus in Christo nobis dilectis Patribus Guardianis, & quorumcunque locorum eiusdem Prouinciæ superioribus, alijsq; vtriusque sexus nobis subditis: salutem in Domino, & paternam benedictionem. Notum sit vobis omnibus, & singulis qualiter prædictus Reuerendissimus Pater, per suas patentes literas (quas iam Patri Prouinciali Ministro originaliter monstrauimus) nos suum in hanc Prouinciam Commissarium, atque Visitatorem constituit, elegit, aut delegauit, cum plenitudine potestatis, & facultate subdelegandi. Quod quidē munus, & officium, cum ex merito salutaris obedientiæ susceperimus, ac debitè (prout tenemur) illud adimplere cupiamus, his nostris literis vobis vniuersis significare operępretiū duximus, idque multis de causis ac rationibus: sed primò vt in obeũdo nostræ visitationis munere pro communi vestra salute, & vtilitate suscepto, communibus etiam vestris suffragijs, & orationibus adiuuemur, quod vehementer optamus, ac cupimus, nos vt adiuuare dignemini, à Deoque optimo nostro maximo obnixè expostuletis, illuminare vt dignetur atque dirigere corda nostra, vt videre possimus quæ recta sunt, & adimplenda quæ viderimus conualescamus, & ad ipsius iustitiam faciēdū nostra semper procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Pro qua quidem intentione per sanctam obedientiam præcipimus, vt interim dum Prouincia visitatur, in matutinis, & vespertinis horis, necnō & in Missa maiori, in cunctis conuentibus tam fratrum, quam moniali ū, consueta non intermittantur suffragia. Deinde voluimus ad vos hanc nostram patentem dirigere, vt quæ

à vobis

à vobis agenda, seu verò cauenda sunt, his nostris literis salubriter eru diti, luculenterque instructi, nihil per malitiã, aut per incuriã faciatis, sine quod faciendũ fuerit, perniciosè & negligenter adimplere prętermittatis. Notũ propterea vobis facimus, nostrę esse mentis, & intentionis propositum, quęcunque ad visitationem nostram, rectè, piè, solicitè, ac diligenter peragendam pertinent: omnia & singula, accuratè, ac summa diligentia, Deo auxilium te præstare, ita vt visita ipsa (quod Deus faciat) nobis computetur ad meritum, cedatq; in omnium vestrum communẽ salutẽ, & exemplum. Magnam proinde nos curam habituri, ac diligentem inquisitionem facturi, de diuino persoluto officio, de mentali habita oratione, ac sacris functionibus, cũctis piè, & religiosè tractatis. De Ecclesiarum & altarium cultu, nitore, munditia, ornatu, apparatu, atq; decore. De sacrorum paramentorum decentia, & debita copia, ac tandem de omnibus, & singulis quæ ad diuinum cultum spectant. De obseruatione sacræ nostræ regulæ, & Generalium necnon & Prouincialium statutorum. De pace fraternaliq; charitate inter fratres conseruata. De congrua eorundem sustentatione, & infirmorum præsertim charitatiua curatione. De bono exemplo, ac sæcularium ædificatione: de recta Guardianorum omniũ administratione, & suorum officiorum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus executione. De regulari disciplina, ac tandem de omnibus, quæ pertinent ad sacri nostri Ordinis augmentum, ornatum, atque decorem. Hæc nostra futura sunt studia, & mentis nostræ cogitationes: animi vota, cordis desideria. Et vt magis commodè, & congruenter nostra prædicta visitatio fiat, & absoluatur: omnibus in vniuersum tam Prælatis quam subditis per sanctam obedientiam præcipimus, è suorum conuentuum finibus haudquaquam egrediantur, egrediue vlla ratione pręsumant, absque impetrata prius à nobis in scriptis expressa licentia, & facultate, sub apostasiæ pœna ipso facto incurrenda. Fiant nihilominus consuetæ diligentiæ quæritandæ eleemosynæ, & ordinariæ conuentuum prouisiones, iuxta antiquam, & probatam Prouinciæ consuetudinem, non propterea pręteriniitãtur, quin verò à Guardianis, & Præsidentibus cunctis, studiosè, ac diligenter procurentur: sub priuationis officiorum suorum pœna, aliaq; grauiori nostro arbitratu imponenda, contrarium facientibus. Et vt hæc nostræ literæ ad omnium fratrum notitiam perueniant, patribus Guardianis, ac conuentuum pręsidentibus per obedientiam eandem præcipimus, vt cum primum illas acceperint, iisdem capitulariter congregatis, legi & diuulgari diligenter studeant. Extractaque ac retenta in conuentu earundem copia, ex vno in alium per fideles nuncios ordine à tergo notato ipsa transmittant, & ex vltimo nobis remitti faciant, facere, vt experimentum possimus, qualiter nostris iussibus, ac mandatis fuerit obtemperatum. Datis in nostro conuentu N. tali die, talis mensis, ac talis anni. Supradictis, addere, vel minuere poterit visitator, & commissarius, prout sibi expediens visum fuerit.

AR-

ARTICVLVS III.

Quanam in statutis, & generalibus constitutionibus Minorum fratrum, habeantur ordinata, & stabilita, pro prædictis Visitatoribus & Commissarijs, & quæ facere illis sunt prohibita?

MVLTA in nostris generalibus constitutionibus, pro prædictis commissarijs, & visitatoribus sunt ordinata, atq; stabilita, quæ vt præ manibus habeantur, ad vnguem in præsentiarum in sequentibus conclusionibus referre libuit.

Prima Conclusio.

8 IN primis † admonentur Reuerendissimi Patres Generales, vt quantum commodè fieri possit, visitatores non mittant præsertim ad celebranda capitula, sed per se Prouincias ipsas visitent, & cunctis interesse capitulis celebrandis studeant. Quod si necessitas exegerit, vt prædicti visitatores mittantur: ordinatur vt assumi nō possint ex eadem Prouincia, quæ visitanda est, sed ex aliena: & quod sint ex grauioribus & probatioribus ordinis patribus. Hæc conclusio habetur expressa in constitutionibus Barchinonensibus, Toleti reformatis, anno 1583. id quod statutum antea fuit, etiam in constitutionibus Salmantinis, factis anno 1553. cap. 8. & Vallisoletanis factis anno 1593. Sicque communiter obseruatur in praxi. Item ordina-
9 tur, quod † visitatores prædicti, regulariter loquendo, non mittantur, nisi quando noua Prouincialis ministri electio facienda est, & Generalis ipse visitationem eandem per se ipsum facere non possit, nec interesse celebrationi capituli. In quo quidem casu, quando Generalis minister adesse non potest (sibi si concedatur) ipsius visitator, siue commissarius sua auctoritate, & nomine, cōuocare, & celebrare potest Prouinciale capitulum, & in eo præsidere, ac omnia, & singula facere, quæ in generalib. Cōstitutionibus ordinata, & statuta sūt pro celebrandis Prouincialibus capitulis: qui & propterea ad id ipsum faciendum, opportuno tempore mittēdi sunt, vt Prouinciam vniuersam accuratè, & diligēter per se ipsos (prout tenētur) antea visitare possint. In cuius rei obseruātiā iniunctū est Prouincialib. ministris, vt per sex mēses ante vacationem suorum officiorū, teneantur generales Prælatos facere certiores, de die, in qua officium suū expleuerint, vt commodius suis Prouincijs de visitatore possit prouideri. Ita habetur in constitutionib. Italiæ reformatis ex decreto capituli Vallisoletani celebrati, anno 1593. cap. 8.

Secunda Conclusio.

VIsitatores, † & Commissarij prædicti, non suas possunt exercere commissiones, donec de illis constet Prouinciali ministro Prouinciæ ipsius, quæ visitanda est. 10
Hæc etiam conclusio habetur expressa in nostris generalibus Constitutionibus Barchinonensibus, Toleti reformatis vbi supra, & in Salmantinis vbi supra, de qua plura quæstione præcedenti diximus, in articulo 3. & quid hac in re facere sit consuetudine positum. Solummodo superaddendum est, quod facta Prouinciali ministro literarum suarum ostēsione, visitatores & commissarij prædicti, ab eo accipiunt Prouinciæ sigillum, non quidem magnum, quo vtuntur in executione officij sui, sed aliud paruum: prout statutū fuit in capitulo Generali Romano, habito

habito anno 1587. Interim tamen quod Prouincia visitatur, dum tamen absens fuerit Generalis minister, præsidere debent, ac primum locum tenere, in omnibus communitatibus, in choro, refectorio, & hospitijs. Duratque ipsorum auctoritas in prouincia, vsque ad viginti dies post celebrationem capituli: quibus transactis tenentur statim à Prouincia discedere, vt cautum est in constitutionibus Salmantinis c. 8. de commissarijs Prouinciarum. Et in capitulo Generali Vallisoletano habito anno 1593. statuitur, quod nulli cōmissario, seu visitatori Prouinciarū, liceat vltra tres menses in visitatione sibi commissæ Prouinciæ immorari, quo elapso tempore, si statim capitulum celebrandum non sit, ex illa Prouincia egredi teneatur, neq; ad eam regredi valeat quousque à Patre generali prædefinitum capituli tempus superueniat. Hæc vbi supra. Sed hanc constitutionem hucusque obseruari nunquam vidi in communi praxi, nec positam fuisse in consuetudine, sicque per non vsum, eam abolitam esse crediderim.

Aduerto tamen, interdictum esse
11 fratribus † particularibus, sub pęna carceris vt non audeant petere visitatorem à Patribus Generalibus, nisi id ipsum fiat nomine totius Prouinciæ: sed si aliquas necessitates habēt, pęnas siue vexationes patiantur, humiliter ipsas poterunt exponere, & Prælatorum Generalium iudicio relinquitur, in quo casu mittere debeāt aut non debeant, prædictos visitatores, siue commissarios. Cautum est hoc in quam pluribus generalibus capitulis; sed præsertim in Toletano, celebrato anno Domini 1532. cuius meminit Enchiridion fol. 107. pag. 2. & in Salmantino, siue constitutionibus Monelianis, factis anno 1553. cap. 8. Et si quæratur, quid in statutis prædictis intelligatur prouinciæ nomine, ad petendum commissarium? Dico quod † ad hunc casum prouin- 12
ciæ discreti, quamuis non sint congregati, prouinciam totam repræsentant: & sufficiunt ad petendum commissarium, siue visitatorem, si in id ipsum Prouincialis minister aliquam sufficientem causam dederit. In quo casu absque expressa licentia generalis ministri, commissarius, siue visitator prædictus celebrare non poterit Prouinciale capitulum, neque Prouincialem priuare, aut præcedere; ipsumve impedire, quo minus eo non obstante, liberè suum officium exequatur: nisi negotium fuerit, quod ad totam prouinciam spectet, & expressum habeatur id ipsum in literis generalis ministri: quin verò expleto negotio, pro quo missus fuerit, de prouincia statim debet exire & ad propriam redire prout statutum fuit in constitutionibus Vallisoletanis, factis anno Domini 1593.

Tertia Conclusio.

Auctoritas † Visitatorum, & 13
Commissariorum prædictorum plenaria est, & vt talis sibi concedatur nimium oportet, propter quamplurimos incidentes, & occurrentes casus: sicque est consuetudine positum, vt tradatur sibi cum clausula, de plenitudine potestatis. Quāuis tamen id ita sit, non propterea eximuntur visitatores, & commissarij prædicti, à iurisdictione, & obedientia commissariorum generalium, in natione eadem existētium (respectiuè) etiamsi suæ patentes literæ concessæ sibi fuerint à Ministro Generali, prout statutum fuit in capitulo Generali Assisijs celebrato, anno Domini 1526. & in Salmantino, siue constitutionibus Molenianis, factis anno 1553. capit. 8. id quod, & nos amplius dicimus in nostro

ſtro manuali Prælatorum Regularium 2.10.q.15.art 3.clauſula 5.nec ſuffragatur ipſi prædicta clauſula de plenitudine poteſtatis, ad eos caſus, in quibus tota prouincia, vel diffinitores ſimul cum Prouinciali miniſtro habent poteſtatem, prout decretũ fuit in capitulo Generali Burdegalenſi, celebrato anno Domini 1528. ex quo ſequitur, quod virtute commiſſionis prædictæ, prohibẽtur ſibi multa facere, quæ in quinta concluſione dicentur ſtatim. Poſſunt tamen per ſupradictam clauſulam diſpenſare in ſtatutis generalibus, in omnibus illis rebus, & caſibus, quibus generalis ipſe miniſter diſpenſare poterat, qui non fuerint reſeruati ad totam prouinciam, in capitulo, ſiue congregatione particulari congregata. dũmodo non ſint ex illis, qui in eiſdẽ ſtatutis ſiue conſtitutionibus generalib. ſpecialiter ſunt ſibi prohibita, niſi alias expreſsè id ipſum ſibi cõcedatur: quod eſt multum notãdum, ac memoriæ commendandũ, nam ſi contrarium omninò facerent punientur, cum in ſtatutis generalibus Toletanis, factis anno 158., ſtatutum habetur, quod viſitatores Prouinciarum excedentes limites ſuarũ commiſſionum, aut non ſeruantes ordinationes generales, pœnas talionis puniantur.

Quarta Concluſio.

14 Prædictis † c mmiſſarijs, & viſitatoribus, obediendum atque obtemperandum eſt in omnibus, & per omnia, abſque vlla prorſus contradictione, & in ipſos rebellantes, aut illis non obedientes & contradicentes, ipſo ſunt facto excommunicati, per Extrauagantem Gregorij XIII. quæ incipit quoniã: & habetur in manipulo minorum fratrum nuncup to, parte 10. fol. 325. Vbi per excommunicationem ipſo facto Sedi Apoſtolicæ reſeruatam, & ſub pœna priuationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcũque dicti ordinis officia exercenda, ac vocis tam actiuæ, quã paſſiuæ eo ipſo incurrendis pœnis, præcipitur, ne quis Prouincialis, aut Guardianus, vel cuiuſcunque alterius gradus religioſus, aut religioſa ordinis Minorũ, ab ipſo Generali miniſtro miſſis ad viſitandas Prouincias commiſſarijs reſiſtere, nec eis ſe opponere, & contradicere, ſeu rebellem exhibere, quacunque de cauſa, aut quæſito colore, non recipiendo audeat nec debeat. Hæc Gregorius in dicta ſub Bulla, vbi etiam habetur: Quod ſtatuta facta per commiſſarios ſupradictos in capitulo cum conſenſu diſcretorum Patrum, reſcindi, mutari, aut contẽni nullo modo poſſint, ſine expreſſa licentia & permiſſione Generalis miniſtri, qui ſolus ea immutare poteſt, & valet. Et decernitur irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper hi à quocunque, quavis authoritate, ſciẽter vel ignoranter contingerit attentari. Hæc, et ſupradictus Greg. XIII. vbi ſupra. Cuius quidem decretum atque conſtitutio valde iuridica eſt, ac rationi conſona: cum quidquid faciunt viſitatores, & commiſſarij prædictis fiat ex auctoritate generalis miniſtri à quo miſſi ſunt: qua quidẽ ratione licet expleto viſitationis ſuæ tempore, extinguatur etiam eorundem poteſtas, durat tamen poteſtas prædicti generalis, cuius auctoritate eiuſmodi ſtatuta ſunt facta, & conſtituta, ſicque neceſſum eſt, vt tanquam ipſius obſeruentur, & vt non ſtatim contemnantur.

Quin-

Quinta Conclusio.

15 QVamuis auctoritas † prædictorum visitatorum & commissariorum sit plenaria (vt dictum est) atque in omnibus, & per omnia sit sibi obtemperandum, & obediendum: multa tamen in nostris ordinationib. & cōstit. Generalib. sunt illis prohibita, in quibus si se intromittant, nō tenebuntur fratres eisdem obedire, nec inobediētes, aut contradicentes, incident in pœnas, & censuras in supradicta Extrauaganti, siue constitutione Gregorij XIII. contentas. Ratio huius conclusionis est, nam quamuis prędictus Pōtifex adeo strictè pręcipiat illis vt obediatur, & vt nullo modo contrauenjatur eorum præceptis, & constitutionibus: intelligendum tamen id est, de illis, quæ iustè & iuridicè possunt præcipere: nō excedentes limites suarūm commissionū, & seruantes (prout tenentur) tenorem nostrorum statuorum, atque generalium constitutionum: haud enim credibile est voluisse Summum Pontificem per generalem clausulam, concessionem, siue commissionem, derogare statutis generalibus, & constitutionibus cum consilio, & rationabiliter factis, vt habetur in capit. 1. de constitutionibus lib. 6.

Vt autem præ manibus habeātur, quæ prædictis commissarijs, siue visitatoribus in nostris constitutionibus generalibus sint prohibita, libuit ea in præsentiarum hic per ordinem apōnere.

Primò prohibitū est illis, vt suum munus & officium exerceant, donec suæ commissiones constent, Prouinciali ministro, prout semel, & iterum dictum est supra.

Secundo prohibitum est eisdem, vt non possint statuta aliqua condere extra capitulum, neque aliquid immutare in prouincia, totā ipsam Prouinciam concernens, absque assensu ministri Prouincialis, & discretorum Prouinciæ. Hoc fuit statutum, atque determinatum, in capitulo Generali Parisiensi, celebrato anno Domini 1578. & postmodum in congregatione Generali Toletana, & habetur loco supracitato cap. 7. §. de visitatoribus Prouinciarum.

Tertiò prohibentur prædicti visitatores, vt non possint confessores, nec prædicatores instituere, nec nouitios recipere, nec fratres extra Prouinciā sibi commissam mittere, nisi specialiter hoc sibi fuerit commissum, vel ni forte eos mittant ad superiores, & generales prælatos, ad notificandum illis statum eiusdem Prouincię, vt habetur vbi supra.

Quartò prohibentur in eisdē Prouincijs, quas visitant, eligi in Prouinciales ministros, & præcipitur illis vt in promotionibus ad officia ordinis faciendis, & in correctionibus criminum, & in alijs grauioribus negotijs, semper consilium requirant, & seruēt Patrum discretorum Prouinciæ, vel maioris partis eorundem, & quod omninò caueant à verbis superfluis, & prouocatorijs in consilijs tribuendis. Habetur vbi supra.

Quintò est ipsis prohibitum, habere votum in electionibus vllis, neque in diffinitorio: sed tantū habent auctoritatem ad confirmandas electiones, si minister generalis fuerit absens à capitulo, vt dicitur in constitutionibus Salmantinis, & tenet expresse Pater Ioannes Bobadilla in suo Manuali, siue Enchiridione manuscripto capit. 8.

Sexta

Sexta Conclusio.

16 TAndem vltimò summopere † oportet aduertere visitatores, & commissarios prædictos, non rectè gubernationi expedire, vt Guardiani priuentur, siue suspendantur, cum actu ipsorum conuentus visitantur: sed quod id reseruetur vsque ad capitulum, nam ex priuationibus huiusmodi extra capitulum factis, vt plurimum inter sæculares innumera exoriuntur scandala, existimantes plura exorbitantia crimina, atque scandalosa ab eisdem fuisse cōmissa; à quibus proinde omninò debent abstinere, & omninò curare, vt ipsorum punitio vindicta, & priuatio, reseruetur vsque ad Prouinciale capitulum, vbi id commodius poterit fieri. Quod est intelligendum, nisi rei, seu alicuius scādali grauitas aliud exposcat: hoc verò cessante, sinant eosdem permanere in conuentibus vsque ad capitulum, & interim, si quæ occurrunt reformatione digna, de conuenienti remedio prouideant.

17 Etiam oportet summopere † animaduertant commissarij, & visitatores supradicti, quod nec Prouincialis minister, nec vllus alius pater Prouinciæ qualificatus (etiam si deliquerit) puniri debet per solum arbitrium ipsorum: sed per arbitrium & consensum omnium discretorum, vel maioris partis Prouinciæ, quod quidem in quampluribus capitulis est statutum & ordinatum, ac ideò tamquam rem notoriam relinquo.

18 Aduertant præterea, vt non se ingerant, † siue intromittant in visitationibus siue electionibus monialiū, nisi forsan in aliquo necessario casu, quia hæc magis pertinent ad Prouinciales quam ad commissarios, quod multum aduertit, atq; commendat supradictus P. Bobadilla in suo Manuali, siue Enchir. vbi supra.

ARTICVLVS IIII.

Qualiter Visitatores, & Commissarij prædicti se gerere debeant circa visitationem Ecclesiæ sacrarij, sacristiæ, cæterarumque officinarum, conuentuum, quos visitant?

VT ne huic nostro labori quidpiam desit, quod desiderari iure possit, & visitatores, & commissarij præ manibus habeant, cuncta quæ necessaria esse videntur ad rectam sui muneris, & officij functionem & executionem, non incongruum visum fuit in præsentiarum etiam adducere, quæ circa visitationem Ecclesiarum, sacrarij, sacristiæ, cæterarumque officinarum conuentuum, quos visitant, constituta, atq; ordinata habentur in nostris generalibus constitutionibus, quod fiet per sequentes conclusiones. In quarum prima dicetur quid etiam debeant facere Guardiani, cum primū prædictorum visitatorum, & commissariorum aduentum proximum esse cognouerint.

Prima Conclusio.

CVM primum † Guardiani prędictorum visitatorum, & commissariorum aduentum proximum esse cognouerint sacristiam diligenter & accuratè instrui, & adornari eosdem iubere oportet, ex cuius armarijs exposita etiam esse debent omnia sacra indumēta, vestes sacræ, sacra vasa, & pallia, & omnia alia, quæ ad Ecclesiarum, & altarium, ac diuinum cultū spectant, congruenti ordine præparata & disposita, & pro colorum ratione distinctè collocata, vt ita facile ac breui temporis spatio videri, & recognosci possint, & quæ decentia habeantur omnia: habetur hoc in constitutionibus Italiæ reformatis ex decreto capituli Generalis Vallisoletani, celebrati an. 1593. c. 8. 19

20 Item & esse debent † præparata, ac decenti l co posita, Ecclesiastica volumina, vt pote missalia, breuiaria, lecticnaria, & id generis alia (si quæ sunt) vt in prospectu sint, & commissario appareant: idemque est dicendum de alijs libris, codicibus, siue monimentis, quibus scriptum habetur quæ nam reliquiæ in vna quaque Ecclesia pie, & religiose asseruantur, quæ indulgentię vnicuique Ecclesiæ, altari siue capellæ sint concessæ, vt etiam appareant. Habetur vbi supra.

Esse debet præterea præparatus statutorum, & constitutionum; tam Generalium, quam Prouincialium liber, & regula sacra nostra, locique sigillum, & tabula rituum, & constitutionum (si quas Prouincia peculiares habeat) præsertim in diuinis officijs, ac sacris functionibus piè, & sanctè obeundis, vt etiam in prospectu sint, ac videri, & examinari possint. Habetur vbi supra.

In promptu præterea esse debent, & parata omnia conuentus inuentaria, Guardiani, & discretorum propria nomina subscripta: quorum primum erit inuentarium sacrarum re-
21 liquiarum, si quæ sunt. Secundum sacrarum indulgentiarum. Tertium totius Ecclesiasticæ supellectilis. Quartum iurium, seu potius eleemosynarum annualium quarumcunque. Quintum Bibliothecæ, & cunctorum librorum ad eandem pertinentium. Sextum in quo habeatur tota ratio accepti, & expensi, & totius administrationis conuentus, clarè & distinctè: quod & esse debet Guardiani, & discretorum, ac Syndici, siue procuratoris propria manu subscriptum. Quod quidem inuentarium quo tempore, & quibus præsentibus confectum sit, exscriptioni bus manifestè debet constare, vt appareat, & videatur, rectè ne ac fideliter peracta sint omnia. Supra dicta omnia in substãtia, fideliter sunt extracta ex constitutionibus generalibus, & alijs reformatis ex decreto capituli Generalis Vallisoletani prompto ordine factis, anno 1593. digna perfecto vt fiant, & ad vnguem obseruentur, pro congrua conuentuum, ac rerum omnium administratione. Quo præsupposito, deueniamus modo ad visitatores, & commissarios supradictos.

Seconda Conclusio.

Visitatores † & cõmissarij post promũciatam ac notificatam fratribus conuentuum visitam, priusquam ad eandem peragendam perueniant, ad Ecclesiam se debent conferre. Et celebrata ne præmissa (seu aliter, prout temporis fig gesserit opportunitas) sacrarium debent visitare, ac sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, Sanctorum reliquias, oleum sanctum, altaria, capellas, oratoria, confessionalia, sepulturas. Vtque præ manibus habeant, quid circa horum quodlibet debent in vestigare & inquirere: libuit etiã ea hic clarè, atq; distinctè apponere. 21

De venerabili Sacramento.

Circa † venerabile Sacramentum, hæc diligenter inquirat visitator siue commissarius. 22

An tabernaculum ligneum auratum sit, ac pro rei dignitate, & sanctitate conueniens, & idoneum?

An collumnellis, aptè, & tutò suffultum?

An conopeis pro temporis, & officij ratione decentibus, decore contectum?

An panno serico, rubeo, vel albo, intus decenter ornatum?

An ostiali clauicula aurea sit vel argentea, vel saltem inaurata, cum chordula serica rubea, & flocculo serico

ſerico rubeo, aureo contexto?

An ſacra pyxis aurea, vel ſaltem argentea, intus, & foris inaurata, pro aſſeruando diuiniſſimo corpore Christi Domini in eo ſit?

An item tabernaculum portatile, ad exponendum ipſum ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, fidelibus Chriſtiana pietate, & religione adorandũ, aptè, ac decenter confectũ ſit?

An ſaltem lunulam auream, vel argenteam & inauratam habeat?

An in tabernaculo ipſo ligneo, præter ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, cum petra ſacrata, & corporali, quo veluti linteo, vel ſacra ſindone munda ſtratum eſſe debet tabernaculum: quidquam aliud aſſeruetur?

An ſingula quaque hebdomada, piè ac diligenter renouetur?

An lampades, vel ſaltem vna, è regione, & non à latere poſita perpetuo colluceat?

An è vitro perlucido conſtet, niſi è ferro aut ſtamno conſtate aliquando neceſſe ſit: vt in locis Alpinis, aliiſque accidit, vbi ob frigoris rigorẽ vitrum frangitur?

An aliquo fabrili opere omnino decore tegatur?

An oleum oliuarum puriſſimũ, in ea ſemper ardeat?

De Sanctorum Reliquijs.

23 POſt † hæc Sanctorum reliquias piè, ac reuerenter viſitet, & hęc diligenter inquirat.

An loco decenti, in Eccleſia conſtituto, diſtinctè, tuto, decenter religioſèque aſſeruentur?

An in eis aſſeruandis, cuſtodiendis, exponendis, oſtendendis, reponendis, transferendis, ac de earum clauibus item, quæ ſacra Tridentina Synodo, aut ſanctionibus Apoſtolicis, ſanctè, ac piè decreta ſunt, exactè quidem, atq; accuratè ſeruentur?

An feneſtellæ in quibus aſſeruantur panno ſerico varij coloris, nempe rubeo, aut viridi, vel albo, decenter quidem intus ornatæ ſint?

An ipſæ Sanctorum reliquiæ, panniculis ſericis, diuerſi coloris pro ipſarum diuerſitate, nimirum rubeo pro Martyribus, pro Confeſſoribus viridi, & albo pro Virginibus, religiosè, ac decenter inuolutæ ſint?

De oleo ſancto.

SAnctum † oleum, quod ad infirmos ſanctè ac piè inungendos, ex Chriſtiana pietate aſſeruatur, accuratè viſitet, & diligẽter inquirat. 24

An loco decenti, in Eccleſia vel ſacriſtia, ad id ſpecialiter conſtituto aſſeruetur?

An congruo & ſtatuto tempore fuerit renouatum?

De ſacris Altaribus.

ALtaria † ſingula ſtodioſè poſtea viſitet, & hæc deligenter inquirat. 25

An altare vnum quodque lapideum ſit, aut ſaltem lateritium, omninò planum, ſtabile, firmumque?

An longitudine ſit cubitis vel minimũ quatuor, latitudine verò duobus, altitudine autem duobus, item & vncijs octo?

An in eo vlla ſit feneſtella, foramenve?

An ſi columnellis ſuffultum ſit, vel quicquam ſubtus contra præſcriptũ poſitum ſit, quod eius ſanctitati, nitori, & decori repugnet?

An vnicuique altari non conſecrato, tabula lignea omnino decens, & quæ totã altaris ipſius menſam aptè contegat, ſuperpoſita ſit?

An verò conſecratum, tela cerata contegat?

An ipſi tabulæ ligneæ, petra ſacrata ſic aptè inſerta ſit, vt nullum calicis

periculum ex eius eminentia eſſe poſſit?

An tamen ſic immineat, vt digito ſaltim diſtinguatur?

An ipſæ petræ ſacratæ longitudine ſint vnciarum, vel minimum ſexdecim, duodecim verò latitudine?

An thecis ligneis incluſæ, ac tela viridi decenter opertæ ſint?

An ſcabellum ligneum totum altare ipſum circundet, ab ipſoque altaris frontiſpicio, duobus ſaltim cubitis productum, latè pateat?

An candelabra ex aurichalco, aut ſaltim lignea, picta tamen, atq; omninò decentia, in vnoquoque altari ſint?

An item ſacra crucifixi imago, aut exculpta, aut decenter picta, in medio cuiuſque altaris poſita ſit?

An tabella quoque ſecretorum, quæ in celebratione Miſſæ dicenda ſunt?

An altaria ſingula tribus mappis omnino mundis, ac nitidis operta ſint?

An ſuperior ita ob longa ſit, vt hinc inde ab vtroque altaris cornu, ad imam partem vſque omnino pertingat?

An altaria ſingula ſuum integumentum habeant, quo tota menſa decenter contegatur, picto, vel colorato, vt conſpicua fiat?

An altarium vllum columnę, piſæve hæreat, aut ſubtus organum, vel ſuggeſtum ſit, vel Eccleſię ianuis nimis propinquum, aut aliàs incommodum vel periculoſum?

An feneſtella ſit in pariete à parte Epiſtolæ conſtructa, & lapide vel tabula tranſuerſali diſtincta; ita vt pars ſuperior vſui ſit ad peluim cum vrceolis, dum Miſſæ ſacrificium fit, reponendam, inferior verò ad aquam ablutionis manuum Sacerdotis celebrantis proijciendam?

An adſit tintinnabulum ad vnū quodque altare appenſum, vel certè vbi celebrandum ſit, è ſacriſtia deferatur?

An altarium menſa, deterſa rubigine, ſeruetur ſemper munda, & nitida, libera, & è ſordido puluere, & à pulueris nebula, atq; omnino ab omni ſqualore, immunditia, & ſorde purgata?

An altare maius pro dignitate Eccleſiæ, & eius amplitudine, & longitudine & latitudine, maius ſit alijs omnibus?

An gradus, per quos altare ipſum aſcenditur, & latitudine & planitie decentes ſint, nimirum latitudine cubito vno, medio autem altitudine?

An tegmen habeat, vel fornicatum, vel ſaltem ex aſſeribus aut è tela cerulea decenter picta, vel è ſerico, aut panno pretioſiori confectum, vbi ſcilicet fornix non eſt, quę totum altare, ac ſacerdotem præterea celebrantem contegat, aut ſi fornix eſt, ab altari tamen ita diſtet, vt ea ſæpe purgari facile, & commodè nequeat?

An ſacerdotalis ſedes, vbi ſacerdos cum miniſtris ſolemniter celebrans ſedere ſolet, à cornu Epiſtolæ loco decenti & opportuno, pro dignitate Eccleſiæ, omnino decens cōſtructa ſit?

De Cappellis.

CAppellas † viſitet, & hæc viſitando, diligenter inquirat. 26

An cappellæ, & altaria quoque patronos habeant?

An quæ ad earum, & eorum ornamentum, & decorem ſpectant, ab eis oportunè præſtentur?

An ea forma ſint, quæ totum altare ipſum, & ſcabellū eius quoque ligneum, aut lapideum facile capiat, ac item ſpacium ſit, vbi miniſter deſeruiens circumire libere poſſit?

An ſeptum ferreum, vel lapideū, aut ob inopiam ſaltim ligneum habeant, ne laici homines ad altare pro-

propius accedere possint?

An fenestræ sint latæ, vt aere locus liberè perflatus, totus sit illustris & saluberrimus, sed tamen reticulatæ sint, vt neque serpens, neque aliud animal noxium, & immundum, & ne aranea quidem introire possit, & coinquinare mensam tanti Regis, solis sacerdotibus dignam?

De confessionalibus sedibus.

27 Confessionales † sedes etiam visitet, & diligenter inspiciat.

An sint opportuno loco, & decenti forma?

An item laminas ferreas, aut æreas habeant, ex constitutionū præscripto, cum foraminibus adeo paruis, vt vox quidem audiri possit, aspectus autem videri, aut per eas pecunia transmitti nequeat?

An laminæ eiusmodi fractæ sint, aut facilè amoueri possint?

An casuum reseruatorum tabella, in ipsis sedibus vbi confessarius sedet, intus appensa sit?

De sepulturis.

28 Quia vsus iam ferè vbiq; inoleuit, † vt defunctorū cadauera, in Ecclesijs sepeliantur, idcircò earum sanctitati, venerationi, nitori, munditiæ, & decori, Christiana pietate prospiciens, sepulturas quoque visitet, & diligenter inquirat.

An in capella maiori, propter eam quæ sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, vel maximè debetur reuerentiam, sepulturæ humo oppletæ sint adæquato solo, ita vt nullum cadauer deinceps in illis inferri possit?

An in Ecclesia sepulturæ omnes, opere fornicato constructæ sint?

An duplici integumento operta, altero è rudi, altero verò è polito lapide?

An in superiori lapide sacra Crux, aut sacra imago alia insculpta sit?

An item nomina, vel aliud quidquam, quod exter, vel emineat, ita vt offendiculo esse possit?

An integumentum superius Ecclesiæ, pauimento æquale sit, ac item sepulchrali ori bene cohæreat?

An ab altarium bradellis sepulchralia ora distent, cubitis, vel minimum duobus?

An ita disposita sint, vt è regione mutuò singula sibi correspondeant, ita vt in Ecclesijs quoad fieri potest, nihil omninò appareat, quod vel intuentium oculos offendat?

De Ecclesijs generatim, præterea inquirat.

An in Ecclesijs † fenestræ sint, 29 è quibus foris stans, Missam quis contra præscriptum spectare, siue audire possit?

An fenestræ Ecclesiarum quæcunque, clathratæ existant, nisi ita altè cōstructæ sint, vt sine clathris etiam ab omni violento, aut furtiuo, aliove per eas ingressu tutæ sint?

An vitro etiam, vel tela saltem munitę?

An Crucis, & Christi Domini in ea affixi sacra imago, aut ligno, aut alio genere piè, decorèque expressa, sub ipso capellæ maioris fornicato arcu, proposita, aptèque collocata sit?

An labrum, seu vas aquæ benedictæ, intus, non foris, à dextris in ingressu Ecclesiæ existat?

An è marmore, lapideve solido, non lateritio neque spongioso confectæ?

An aspergillum decens appensum habeat, non spongia, sed è setis confectum?

An in vnaquaque Ecclesia sacrarium sit, vel in capella maiori, vel prope sacristiam, vel in ea ipsa opportuno loco extructum, ostio-

loque bene munitum ?

An item suggestus decenter extructus sit, ad sacram verbi Dei concionem habendam ?

Postremò inquirat, an Sacrista diligenter curet, vt hebdomada quaque bis in choro, semel autem in tota Ecclesia, non desint qui scopis ferant, arundines pellant, qui tergant, verrant, spargant, qui purgamenta educant, pauimenta expurgent, in angulis quibusque purgent omnia, etiam aranearum opera, nitidas ostēdant Altarium columnas, & columnellas item; atque omninò efficiat, vt circa diuinissimum corporis Domini Sacramentum, omnia nitida sint, eluceant, fulgeant, corruscent, vt vel sic ipsi quoque Angeli tāquam ad sepulchrum Christi gloriosum in albis sedentes, vel maximè gaudeāt, atque præ gaudio accedentes, insistent, & dicant: Venite, videte locum, vbi positus est Dñs, & quasi muto eloquio, vel potius afflatu Angelico, vnicuique insinuent, & insinuant: Hic Deum adora.

De Sacristia.

30 Post hæc † Sacristiam visitet, & in ea diligenter inquirat.

An vnaquæque Sacristia habeat, quæ sequuntur ?

Primò armarium, vel vestiarium vnum, aut plura ad sacras vestes conseruandas instructa, suis capsulis, aut loculis, aliove modo, operevè multipliciter, ordineque distincta pro ratione Ecclesiæ, aut supellectilis copia ?

Tum præterea oratorio separatò loco positum, atque disiunctum, vbi sacerdos in solitudine se colligere possit, & orare, & ante, & post celebrationem Missæ ?

Labellum item cum manutergio appenso, ad manus abluendas, & abstergendas item ?

Tabellam quoque de orationibus, sacro vnicuique indumento accommodatis, ac item orationum, alteram, quæ ad præparationem Missæ, & gratiarum actionem, sacerdoti dicendæ sunt: ac item alia, in qua & Missæ, & anniuersaria singula ordine notata sint, quæ in singulos dies, aut perpetuò, aut præscripto tempore peragi, præstarique oportet ?

Summorum Pontificum item, Protectorum, Generalium, ac Prouincialium ministrorum tabellas, ad constitutionis præscriptum diligenter confectas ?

Inquirat præterea, ac diligenter inspiciat. An sacra vasa, vestes sacræ, instrumenta, & ornamenta, denique omnia, ipsique tota supellex diuino cultui piè dicata, vt semper sancta, sic perpetuò nitida, decora, pulchra, sartatecta, non lacera, nō sordida, sed planè munda, suis armarijs loculis, capsulis, vasculis, decenter recondantur, exponantur, & seruentur: neque vnquam humanis vsibus deputentur, accommodenturve; neque prophanis, sed sacris manibus semper tractentur, vt si non multa & magnifica, certè munda, & religione veneranda sit suppellex Ecclesiastica ?

Specialius autem inquirat. An adsint paramenta, vestesq; sacræ diuersi coloris, nimirum rubei, albi, viridis, violacei, vel nigri, ex præscripto Ecclesiæ, pro temporis, & officij ratione in celebratione diuinarum varianda ?

An item eorum colorum puluinaria, & corporalium bursę & conopęa quoque pariter adsint ?

An calices, & patenæ omnes sæpe tergantur, ab ipsis sacerdotibus, vel Diaconis, Subdiaconisve ?

An in vase id fiat, in quo nihil cōmune lauari soleat ?

An ipsa ablutionis aqua proijciatur in sacrarium, quod ostiolo semper clausum esse debet ?

An

An corporalia omnia omninò plana, ac simplici opere confecta sint, è pãno lineo: quoad fieri potest, candido, & mundo, ex ipsa bysso nimirum, vt par est, & maximè decet, pro tantæ rei sanctitate, & summa diuinarum rerum excellentia, & dignitate?

An longitudine, latitudineque æqualia sint, nêpe cubito vno, aut paulo plus maiora, vel minora?

An purificatoria item è lineo panno candido, & mundo sint, medio cubito ob longa, & lata, signo Sanctæ Crucis, manuũ opere, & acu in medio diligenter exarato?

An hęc omnia vt sępe nitida sint, ac planè munda, sacrista diligenter curet?

An Guardianus eum præmoneat, & coerceat etiam, si negligens fuerit, pro negligentiæ modo?

An denique sępe religiosè quidem, ac decenter abluantur, vt summopere nitida semper seruentur?

Quæ omnia vel fieri, vel tolli iubeat: & decernat, tempusque præscribat, prout res ipsa postulauerit, & per facultates licuerit.

Tertia Conclusio.

31 POst prædictorum † visitationẽ, ad infirmariæ locum visitator debet se conferre, proprijsque oculis diligẽter inspicere, & inquirere quæ sequuntur.

An infirmaria ipsa, opportuno loco constituta sit?

An in omnibus necessarijs instructa?

An eidem, qui charitate ferueant, & peritia idonei præpositi sint?

An, qui fratres ægra valetudine laborãtes, opportunè visitent, Physicos, & Chirurgos habeat?

An ij opportunè quidem vocentur?

An per eos ordinata accuratè, & diligenter præstentur?

An vel in primis fratres infirmi, ad præscriptum confiteantur?

An salutaris Pij V. Summi Pontificis cõstitutio, exactè quidem, atque inuiolatè seruetur?

An Prouinciales Ministri, & infirmariæ locũ, & fratres infirmos, opportunis temporibus visitent?

An, qui eorum nomine, & auctoritate hoc charitatis officium frequenter prestent, & prouidenda diligentius curent ad præscriptum deputauerint?

An infirmarij, officium suum charitatiuè, ac diligenter obeant?

An Guardiani sępè fratres infirmos visitent, & necessaria opportunè prouidenda diligenter curent?

An alij fratres eos, qui ægra valetudine laborãt, frequenter visitẽt, consolenturque?

An in ijs præstãdis negligentes, & debitè coerceantur, & pęnis opportunis afficiantur?

Videat † præterea, si in eo conuentu Aromataria sit, & eam vna cum physico diligenter visitet, atque accuratius, diligentius inquirat. 32

An omnibus necessarijs sufficiẽter instructa sit?

An qui charitate, & peritia idoneus sit, aromatariæ prefectus sit?

An quæ ad eius officium spectant, opportunè, ac diligenter præstet?

An vel contra regulam, vel præter concessiones Apostolicas, quicquã admittat?

An accepti & expensi rationẽm, & Guardiano vna cum discretis frequenter, & prouinciali Ministro in visitationibus reddat?

Quarta Conclusio.

POst superius † dicta debet Commissarius interrogare an in Conuentu sint hospitia ad recipiendos fra- 33

tres hospites benignè, & charitatiuè specialiter deputata, & de eis quæ sequuntur diligenter inquirere.

An hæc omnibus necessarijs instructa sint?

An quisquam recipiendis hospitibus præfectus sit?

An is, quæ ad eius officium pertinent, diligenter, & charitatiuè præstet?

An fratres omnes, & præsertim iuuenes, ad pedes hospitibus abluendos, ex veteri, & probata consuetudine conueniant?

An fratres hospites, prout per facultates licuerit charitatiuè ac benignè tractentur?

An obedientialibus literis ab eisdem, vel in primis diligenter inquiratur?

An contra præscriptum, aut soli, aut sine opportunis facultatibus accedentes, ad formam præscriptam absoluantur, & statutis pœnis afficiantur?

Quinta Conclusio.

34 Post prædicta † debet visitator siue Commissarius, visitare singulorum fratrum cellas, proprijsque oculis prospicere, an in ipsis sint aliqua, quæ proprio ipsorum statui non conueniant, & quæ sequuntur accuratè, & diligenter inquirat.

An sint libri vani, profani, superflui, prohibiti, aut quauis ratione suspecti?

An sint profanæ imagines, vel etiam piæ, sed tamen curiosæ nimis, vel elaboratæ, vel etiã quę paupertatem non redoleant?

An sint Anclynteria, linthea, interulæ, siue camisiæ crepidæ, toraces femoralia, & ex præscripto, vel consuetudine prohibita?

An quidquam, aureum, aut argēteum?

An vestes superfluæ vel etiam prohibitæ?

An quidquam aliud superfluum, vel quauis ratione prohibitum?

An ipsa tota supellex paupertatem redoleat?

Supradicta sunt quæ nimiũ oportet in prædicta visitatione inuestigare, & inquirere: sic in communi (vt dictum est) & extracta sunt originaliter ex nostris Generalibus constitutionibus Italiæ, ex decreto cap. Vallisoletam celebrati, anno 1593. reformatis pro toto Ordine. Sed quia non semper per tempus licet eadem adeò exactè perficere, & de his omnibus in particulari inuestigare, aut interrogare, illa in præsentiarum adduxisse saltim deseruiet, vt visitatores, & Commissarij prædicti, sciant quæ pertinent ad diligentem, & accuratam functionem sui muneris, & officij. Quæ pro isto articulo dicta sufficiant.

ARTICVLVS V.

De modo & forma, qua formari solent visitationis series in sacro nostro Minorum Ordine, & qualiter religiosi omnes sigillatim ad visitandum vocantur?

IN isto articulo solũmodo statuenda est à nobis forma, hisce in rebus obseruari consueta in sacro nostro Minorum Ordine, simul cũ interrogationibus, quæ à Visitatoribus siue Commissarijs Prouinciarũ fieri solent, iuxta ea, quæ statuta reperiuntur in nostris monumentis: nã quæ ad alios Ordines, siue Religiones spectant dicenda reseruantur in sequentibus articulis: pro maiori huius nostræ praxis amplitudine, & perfectione, vt vel sic præ manibus habeãtur cũcta cõueniẽter disposita, & clariori stylo, & cõgruẽtiori ordine digesta. Sit igitur prima concl.

Prima

Prima Conclusio.

35 Visitator † siue Cõmissarius, peractis supradictis omnibus, quæ ad Ecclesiæ, Sacrarij, Altarium, & Sacristiæ, aliarumque officinarum Conuentus pertinent: in sua cella & loco solitæ suæ habitationis existens, opportuno loco, & tempore pręcipit, vt fratres omnes, & singuli, singulariter & sigillatim pro ipsorum visitatione facienda, ad se aduocentur, & in capite siue principio suæ visitæ, sub sequentia ponit verba.

Hæc est visita talis Conuentus, N. facta per me N. Commissarium siue Visitatorem huius Prouincię, tali die N. talis mensis N. & talis anni N. In primis præmissa visitæ denunciatione, & solita exhortatione, qua fratres omnes inducti sũt, & media obedientia atque censuris constricti: ad dicenda, detegenda, aut reuelenda, quæ nouerint reformatione, & correctione digna (exceptis occultis) vocati per ordinem, dixerunt quæ sequuntur.

Frater N. interrogatus, &c. Dixit se scire hoc vel illud, &c. aut nihil omnino scire, quod teneatur dicere, in cuius rei fidem se subscripsit. Et ponat inferius subscriptionem suam, ac simul se subscribat ipse Prælatus.

Frater N. interrogatus, &c. Dixit se nihil omnino scire, quod dicere, detegere, aut reuelare iure possit. In cuius fidem, hic etiam se subscripsit. Et faciat suam subscriptionem, vt supra. Similiq; modo vocandi sunt sigillatim, omnes Conuentus fratres per Ordinem.

36 Circa quam visitam, † Generalem ve inquisitionem, aliqua oportet aduertere. Et primo (prout dictum fuit à nobis supra quęst. 6. artic. 4. agendo de Generali inquisitione prædicta) quod in ea visitator, siue Commissarius, non potest specialiter inquirere de aliqua persona in particulari: scilicet, ritne (v. g.) Petrus, aut Paulus hoc vel illud: sed solummodo in communi, & generaliter, an sit quispiam qui diuinam, seu humanam legem in aliquo violauerit? Aut contra statuta & Generales nostri Ordinis constitutiones quidpiam fecerit? seu delictum aliquod correctione dignum commiserit? Nec possunt simpliciter, & absolutè præcipere, vt huiusmodi delicta (vtcunque correptione digna, & quamuis ea plenè nouerint) sibi patefaciant, nisi iuxta Euãgelij, & iuris ordinem præscriptum. Etenim si contrarium fiat, haudquaquam in eo Prælatus est audiendus, aut sibi erit obtemperandum, etiam si in id ipsum astringantur subditi, sub obedientia, & censuris. Et idem dico, si eosdem interrogauerit de occultis criminibus: nam delicta occulta, nullo modo sunt sibi detegenda 4
aut reuelanda. Etsi interrogãdo perseuerauerit, debent se subditi excusare; & si neque id illis proficiat, vti poterunt amphibologia, seu aliquo verborum subterfugio: ipsumque illudendo dicere, illa se omninò nescire, eo sensu intra se retento, vt ea sibi teneantur dicere: nec id faciendo vllo modo existimandi sunt mentiri, vt latissimè diximus loco vbi supra, conclusione tertia, & in quarta sequenti. Quod si subditi perperam à Prelato de occultis interrogati, ea sibi reuelauerint, ex tali depositione delinquentes nullatenus possunt puniri: quæ omnia quam maxime oportet memorię commendari, nam sunt summa obseruatione digna.

Secũdo oportet aduertere, † quod 37
in visita, siue inquisitione Generali prędicta, omnes Conuentus religiosi, absque discrimine sunt interrogandi, & in eadem omnes etiam minus idonei recipiuntur testes,

nam

nam Prelatis in ea solummodo procedit ad se instruendum & informãdum de statu Conuentus, siue Prouinciæ non verò ad inquirẽdũ in particulari de aliqua persona in speciali, vt ex hac inquisitione tanquam reus seu alicuius delicti suspecti suspectus puniatur: ad id enim necessarium est (vt diximus supra quæst. 7. art. 2. & 3.) quod fama, seu potius infamia, à beneuolis, & testibus idoneis, non verò à maleuolis, & personis minus dignis procedat, fueritq; exorta, quod multum est notandum.

38 Tertiò quantum † attinet ad iuramentum, iam etiam diximus supra, quęst. 6. artic. 5. quod recipi debet in Religionibus, quibus id ipsum fieri consueuit: at in sacro nostro Minorum Ordine, non est id consuetudine positum, sed quod in principio visitæ, quando denunciatur, ac proponitur fratribus, ad dicẽdam veritatem, & reuelanda crimina, quę tenentur, constringantur sub obedientia, & censuris. Quæ quidem obedientia, & censuræ, apud nos ex diutina antiquissimaque consuetudine iuramento æquipollent, sicque obseruari debet, non verò aliter.

39 Quartò oportet † aduertere, quod in visita, siue inquisitione Generali prædicta, quidquid personæ visitandæ dixerint, literis debet mandari, & scribi, & singuli suis dictis se debent subscribere, ac propria manu firmare: etiamsi nihil omninò se scire dixerint, ne fortè peracta visitatione, aliquo respectu, siue maleuolentia ducti, dicãt se multa correptione digna Prelato dixisse, & visitasse; aut habere quæ visitare habebant; & quod non fuerunt admissi. Hoc facere oportet, & quã maximè memoriæ cõmẽdare, & quod cõmissarius, siue Visitator in prędicta visitatione, nec antea, neq; post aliquã cautelã recipiat, qua alicuius fratris delictũ cõtineat, quæ nõ fuerit subscripta propria manu ipsius, qui illam dederit, & nisi ipsius ad talionis pœnam, seu aliam congruentem se obligauerit, in casu, quo id fieri sit necessarium.

Quintò oportet † aduertere, quod apud nos Minores fratres non est in vsu, aut cõsuetudine positum, quod eiusmodi visita, siue generalis inquisitio fiat coram secretario, seu fratre aliquo, qui ibidem assistat, sed fit secretissimè, præsente existente solũmodo Prælato, & persona visitante siue quę visitat. Sed an id iure vel iniuria fiat, idque facere sit rationi cõsonum: dicetur amplius inferius in peculiari articulo, qui hac de re fiet: ne dum omnia simul dicuntur, confundantur. 40

Sextò nota, id quod in nostro † sacro Minorum Ordine habetur in cõmuni praxi, estque diutina, & antiquissima consuetudine positũ, quod si ex visita, siue inquisitione generali prædicta, constiterit aliquod crimen ab aliquo religioso fuisse commissum: ac de eo sufficienter fuerit infamatus, siue indiciatus (in casibus quibus prædicta ad ineundam particularem inquisitionẽ sufficiũt, de quibus habeatur quæst. 7. art. 2. & 3. cum sequentibus) Prælatus ad eandem procedere, ac facere omnia, quæ latius dicentur infra, quando sermo fiet de processibus: aduertendo id, quod quæst. 6. artic. 6. diximus, nẽpè quod personæ visitatæ, & examinatæ in prædicta generali inquisitione, ad hoc vt fidem faciant in plenario iudicio: non est necessum, quod de nouo iterum examinentur; sed satis est quod vocentur, & sua dicta, siue depositiones reproducantur, & coram Prælato simul, & secretario sibi legantur, & in eisdem ratificentur, suoque proprio nomine iterum subscribantur: ad quarum subscriptionem accedere etiam debet subscriptio prædictorum, 41

Præ-

Prælati, & secretarij, vt latius dicetur quando fiet sermo de processibus.

Secunda Conclusio.

42 Quamuis in visita † siue inquisitione generali prædicta (vt dictum est) nulla in particulari persona debeat inquiri, vt persona priuata, & particularis est: non tamen est à ratione alienum; quin verò multum eidem conforme: vt specialiter aliquæ personæ inquirantur, in quantum sunt personæ communes vt (v.g.) Prouincialis, Guardianus, Vicarius, &c. Et idem dico de alijs officialibus conuentus; sicque est consuetudine positum in sacro nostro Minorum Ordine, & in nostris Monumentis, in libro, cui titulus: Enchiridion siue manuale fratrum Minorum fol. 108. agendo de forma seruanda in visitationibus Prælatorum, quamplures ponuntur interrogationes, quæ fieri debent à Commissarijs, siue Visitatoribus dum Prouincias siue Conuentus visitant; quæ vt præmanibus habeantur, ipsas per ordinem hic libuit apponere.

Circa Prouincialem Ministrum, quæ inquirenda sint à Commissarijs, siue Visitatoribus?

43 Primò si recepit † aliquem inutilem ad ordinem?

Si obseruat pacem in Prouincia, & de sufficientia ipsius in regimine.

Si non iuit ad Capitulum Generale, sine iusta, & rationabili causa?

Si extra Capitulum Prouinciale, siue inter medium, aliquem Guardianum instituit in aliquo conuentu, sine assensu ipsius Conuentus, nisi in casu, quo scienter indignum elegissent?

Si extra Capitulum promouit aliquem ad officium prædicationis, siue confessionis, etiamsi Prouinciale Capitulum hanc sibi facultatem finxerit contulisse, cum Capitulum talem auctoritatem ei dare nequiuerit?

Si recepit aliquem fratrem alterius Prouinciæ ad morandum in sua, vel misit illum extra propriam Prouinciam, sine speciali licentia Generalis Ministri?

Si dedit licentiam alicui fratri sub aliquo colore palliato, vt vagabundus iret per mundum?

Si fuit negligens in visitando suam Prouinciam?

Si secreta peccata puniuit publicè, aut petiuit ab aliquo fratre sibi iuridicè secreta peccata reuelari, contra illud Matthæi 18. si peccauerit, &c.

Si in Capitulo Prouinciali promouit aliquem patientem defectum natalium ad officium prælationis, sine licentia Generalis Ministri?

Si in Capitulo Prouinciali promouit aliquem ad officia prædicationis, vel confessionis, sine præcedenti examinatione?

Si in dicto Capitulo Prouinciali instituit aliquem Prælatum, qui vitam communem ducere non poterat cum alijs fratribus, in vestibus, cibis, & lecto?

Si non procurauit necessaria fratribus infirmis, vel procurare per alium fecit, & de vestimentis fratribus indigentibus non prouidit?

Si dedit licentiam fratribus suis visitandi terram Sanctam & B. Mariam de Angelis, & S. Iacobum in Compostella?

Si reuelauit nomina accusantium ac accusatis?

Si absoluit aliquem fratrem à pœnitentia, quam sibi imposuit Generalis Minister, aut eiusdem visitator?

Si

Si promouit aliquem in Capitulo Prouinciali,qui non erat in Capitulo præsens,& ibidem examinatus,ad officia confessionis,& prædicationis?

Circa quam vltimam interrogationem, aduertit auctor supradicti libelli, quod fratres notabiles, & in moribus graues in Capitulis conuentualibus examinati, possunt per Prouinciales vna cum Diffinitoribus in eorum absentia ad dicta officia promoueri. Hæc vbi supra vbi, & assignantur in particulari capitula, & Generales constitutiones,quibus supra dicta omnia facere Ministris Prouincialibus sunt prohibita, ac proinde, & de eis possunt syndicari.

De Guardianis quæ specialiter inquirenda?

44 PRimò si Guardianus † in receptione alicuius ad ordinem obseruauit omninò illa, quæ in Capitulis, & constitutionibus Generalibus sunt ordinata?

Si recepit aliquem ad professionem, qui per semetipsum nesciret dicere totum diuinum officium?

Si non fecit obseruare silentium, & non inclusit, & recollegit fratres suos a dicto completorio?

Si non correxit fratres, qui sine necessitate portauerint capitergia, vel sudaria circa collum, vel permisit quod fratres in dormitorio culcitris, linteaminibus,ac puluinaribus de pluma vterentur?

Si non fecit legere quater in anno in communitate articulum de paupertate, prout in declarationibus Papalibus continetur?

Si non fecit legere ipsas declarationes per integrum, ad minus bis in anno?

Si non fecit legere statuta Generalia ter in anno?

Si fecit legere in communitate alias regulæ declarationes, præter declarationes dominorum Nicol. III.& Clem.V.

Si Induxit in conuentu aliqua debita onerosa,absque licentia, consilio, & assensu Prouincialis Ministri?

Si mutauit vasa aurea vel argentea, vel vsus est eisdem, aut alijs iocalibus pretiosis?

Si construxit vel destruxit aliquod sumptuosum, vel notabile ædificium, sine licentia Prouincialis Ministri?

Si permisit confici aliquam literam, vel instrumentum,in quibus protestaretur se pecuniam recepisse?

Si habitus,vel vestes ordinis, sæcularibus pro ludis faciendis accommodauit?

Si non fuit diligens circa curam, & seruitium infirmorum?

Si indutus est, donec omnibus fratribus sui conuentus fuerit prouisũ?

Qualiter se habuerit in recipiendis hospitibus, maximè de extraneis partibus venientibus?

Si non procurauit quod fratres non sacerdotes, de quindena in quindenam, communicarent in Missa conuentuali?

Si non compulit tam clericos, quàm laicos in occupationibus, siue laboribus sibi competentibus exerceri?

Si non arctauit eorum discursus inutiles cum diligentia?

Si mulieres ad officinas interiores cõuentus admisit?

Si fuit iudex, aut arbiter quorumcunque?

Si non tenuit capitulum fratribus suis,semel in hebdomada?

Si non duxit vitam communem cum ipsis,maximè in vestibus,cibis,& lecto?

Si non fecit orare pro fratribus benefactoribus, sicut in statutis generalibus continetur?

Si

Si non prouidit suæ communitati, secundum morem laudabilem Prouinciæ, ita vt fratres cogerentur inordinatæ vitæ necessaria quærere?

Si absque pia, & rationabili causa, dedit fratribus licentiam comedendi extra communitatem?

Quæ inquirenda sunt in communi, & generali, pertinentia ad quoslibet fratres in particulari?

Circa votum obedientiæ.

45 PRimò, si non obediuit † prælato sibi aliquid præcipienti, secundm Deum, & Regulam nostram?

Qualiter se habeat præcipuè in sequela chori, & aliarum communitatum?

Si intrãdo ciuitatẽ, vel oppidum, vltra præfixam sibi horam protraxit moram, vel ad alia loca sine scitu Guardiani declinauit?

Si à muliere votum continentiæ requisiuit, seu oblatum recepit, vel ad promittendam sibi obedientiam induxit?

Si procurauit committi sibi, vel alteri fratri aliqua negotia, procuranda per Reges, Principes, Prælatos, siue communitates, aut quod maneret, siue equitaret cum eisdem?

Si assueuit se à suo socio cum mulieribus sequestrari?

Si locutus est cum muliere aliqua in obscuro loco, vel noctè, tempore inopportuno?

Si fuit gestus eius dissolutus ex nimia mulieri approximatione, vel faciei ad eam conuersione fixis oculis, & manibus iunctis, quia omne tale consortium secundum regulam est suspectum?

Si assueuit loqui cum aliqua exclusò aliorum auditu (licèt non visu) sine causa pia, maxime si colloquia fuerunt notabiliter prolongata, & cum eadem frequentata, & hoc maximè si est iuuenis, vel talis conuersationis, vt sinister oculus haberi possit?

Si accessit ad aliquod Monasterium Sanctimonialium sine licentia Prælati, & præcipuè Ordinis sanctę Claræ?

Si sustinuit fieri compater, extra casum necessitatis?

Si ingressus est Monasterium aliquod Monialium, sine licentia Sedis Apostolicæ?

Si est suspectus de consortio cum diffamatis?

Si est assuetus mulieribus dulces literas mittere, vel munuscula, sudariola & fasciolas, & cileos, & similia recipere? Quia hæc omnia suspectũ faciunt consortium, & secundum S. Hieronymum, Crebra munuscula, sanctus amor non habet?

Circa votum paupertatis.

AN habeat † aliquid ad vsum, sine licentia Prælatorum? 46

Si habet aliqua superflua, aut sibi non necessaria, quia talibus non licet vti?

Si dat, vel recepit aliqua intra, vel extra ordinem, sine superiorum licentia?

Si habet aliquid sumptuosum, vel speciosum, aut multum, aut duplicatum?

Si reposuit libros, aut aliquid aliud apud sæculares, sine licentia Prælatorum contra statuta Generalia?

Si habuit recursum ad aliquem amicum sine licentia, vel non obseruando ordinem, & modum, quem Summi Pontifices Nicol. III. & Clemens V. in suis declarationibus posuerunt?

Si accepit eleemosynam de pecunia petita pro Ecclesia, vel pro luminaribus,

naribus, vel quacunque alia occasione?

Si procurauit ædificia, paramenta Ecclesiastica, calices, & similia curiosa, contra statuta Generalia?

Si sustinuit deponi, vel conseruari pecuniam apud aliquem, sine licentia speciali, & conscientia Guardiani?

Si portauit super se pecuniam, vel manu propria contrectauit?

Si vendidit aliqua, quia quomodocunque sumatur dicunt quatuor Magistri, esse turpe lucrum, & inhonestum?

Si recepit aliquid, vt daret, vel venderet?

Si pro labore accipit aliquam materiam operabilem, quæ vlterius venderetur, vt membrana ad scribendũ libros pro sæcularibus?

Si fecit deponere pecuniam, etiam cum licentia Prælatorum, pro necessitatibus futuris, non imminentibus?

Si dedit aliqua amore Dei, sine licentia Domini illius pecuniæ, ad aliquem certum vsum deputatæ?

Si sustinuit se, vel conuentum fieri hæredem?

Si de pecunia apud aliquem fratrem apostatam inuenta se intromisit; vel eam aliquo modo expendere fecit? quia non minus à talibus debent fratres abstinere, quam si essent notariorum pecuniæ cum equalis sit prohibitio?

Si permisit oblationes pecuniarias in Ecclesia, vel alibi fieri?

Si posuit cippum ad reponendam pecuniam in Ecclesia?

Si sustinuit aliquam pecuniam deponi apud aliquem, sine necessitate præsente, vel eminenti?

Si deposita pecunia indetermiate oblata retinuit ad amicos spirituales pro aliqua necessitate?

Si habuit recursus ad amicos spirituales, pro illis rebus, quas bono modò habere poterat per mendicitatem?

Si nõ explicauit necessitates suas, amicis spiritualibus?

Si nominauit aliquem, apud quẽ reponerent pecunias suas, antequam ipsi se excusarent, per se ipsos vel per alios non posse talem solutionem facere?

Si petiuit amplius pro solutione pecuniarum facienda, quam necessitas exigebat?

Si de residuo dispensauit, sine assensu dantis, aut intentionem ipsius mutauit?

Si ordinauit quomodo, & qualiter pecunia deberet expendi vel si cõputum petijt de expensa, aut si clauẽ pecuniæ habuit?

Si iuit in itinere cum Bursario, qui sibi pecuniam deferret?

Si vsus est re sibi necessaria empta de pecunia à sæcularibus in die Veneris Sancti coram Cruce oblata?

Si custodiuit pecuniam, cum obligatione reddendi rationem de ea?

Si acceptauit executionẽ alicuius testamenti, ita vt oporteret illum pecuniam dispensare?

Si prouidit futuris necessitatibus, habendo granaria, & cellaria, sine assensu Prælatorum?

Si conuenit cum aliquo de mercede, quod cum pacto fieri non licet?

Si commutauit vnam rem in aliã sine licentia Prælatorum, vel auctoritate Domini, qui illam dedit?

Si impignorauit aliqua sine auctoritate dantis?

Si murmurauit, & turbatus est, cũ Prælatus abstulit ab eo vsum alicuius rei: quia verè est proprietarius, cum Prælatus habeat tollere vsum, & dare fratribus sicut voluerit.

Si non assignauit librum vel aliã rem fratribus petentibus, cuius fratres habere debent communem vsũ cum

cum tali re non vteretur, neque vti ea in breui fuerit necesse?

Si habet libros duplicatos, eiusdem tenoris?

Si promisit alicui facere aliquid sine licentia Prælati, quia subditus, agere non potest, cum non sit sui iuris?

Si coram Prælato de re aliqua cõtendit cum aliquo fratre, quasi prætendens esse suam?

Si propria sua voluntate, vel importunitate, multis annis in aliquo loco, vel cella permansit?

Si salmas librorum conquisiuit, ita vt quando mutatur de loco ad locum, illas post se afferat?

Circa internam fratrum conuersationem.

48 AN aliquis † sit pacis turbator inter fratres?

Si non est benè morigeratus, & religiosus, in verbis, gestis, & factis?

Si nescit redimere tempus, sed otiosè expendit illud?

Si est negligẽs in sequela chori, & aliarum communitatum, vel quando pulsatur ad aliquam obedientiã?

Si est irreuerens Prælatis, Sacerdotibus, & antiquis in Religione?

Si frequentat multum ciuitatem, sine pia, & rationabili causa?

Si est laicus, & curauit literas discere, sine licentia Prælati, quia est contra cap. 10. Regulæ?

Si est indeuotus?

Si fugit officia humilitatis?

Si cantauit cantus fractos & dissolutos, in choro?

Circa exteriorem fratrum conuersationem.

49 AN † sit exemplaris inter sæculares?

Si intulit alicui contumeliam in litigando?

Si contendit verbis cum aliquo sæculari, pertinaciter affirmãdo suam sententiam?

Si assuetus est proximos iudicare, dubia in peiorem partem interpretando?

Si est indisciplinatus in sensibus, oculis, verbis, & operibus?

Si inhonestè locutus est inter sæculares?

Si litigauit cum aliquo in iudicio?

Si in prædicationibus suis fuit scandalosus, contra clerum, seu contra Principes, aut alios quoscunque?

Supradicta omnia extracta sunt ad literam, ex prædicto libro cui titulus, Enchiridion siue Manuale Minorum fratrum, vbi traditur forma tenenda in sua visitatione à Prælatis, & Visitatoribus nostri sacri Ordinis: quæ non pro eo in præsentiarum à me posita, & allata sunt, vt eadem ab ipsis omninò nunc posse cõmodè obseruari contendam: seu velim id ipsum necessario vt faciant: sed vt ne visitandi formam à nostris antiquis Patribus traditam, videret, aut non legisse, aut consulto prætermisisse. Et quamuis in interrogationibus prædictis aliquæ videantur superfluæ seu scrupulosæ nimis, & quę agunt de rebus nimium leuibus quarum quam plurimæ iam ferè sunt abolitæ, nec habentur in cõmuni vsu, & praxi: omnes tamen simul sumptæ, quam maxima sunt obseruatione dignæ, & nec modicũ oportet, vt legantur: vt videatur, per spicuumque fiat, quam longè distamus à fœlici illo statu, & strictissimo, atque obseruantissimo regulæ sacræ nostræ viuendi modo, aureoque illo tempore antiquorũ Patrũ. Quamuis autem hæc ita sint: vt tamen nostri huius temporis prelati facilius è suis visitis se possint expedire, sat erit si vocatis sigillatim ad visitãdum fratribus, ab vno quoque eorum

rum in particulari interrogauerint sic in communi, quæ dicentur in cõclusione sequenti.

Tertia Conclusio.

50 QVo † Visitatores, & Commissarij, facilius è suis visitationibus se possint expedire, propter temporis breuitatem, ac multitudinem occupationum sat erit si fratribus in particulari vocatis, ab vnoquoque eorum seorsum interrogent, de his, quæ sequuntur.

Qualiter seruentur diuinæ, & humanæ Leges, sacri Canones, ac Summarum Pontificum constitutiones, & decreta, & concilia sacra, sed præsertim Tridentinum, summa reuerẽtia, & obseruatione dignum?

Qualiter obseruetur Regula sacra nostra, & Summorum Pontificũ eiusdẽ explicationes, & declarationes, & nostræ Generales constitutiones, & particulares Prouinciæ?

Qualiter se habeant fratres erga sequelam chori, & in conuentu fiat, ea quæ ad ipsum, diuinum cultum spectant: qua cũ decentia, religiositate, grauitate, & reuerentia?

De spirituali, ac temporali Prælati conuentus administratione, & bono ipsius regimine, an omnib. in rebus bene se gerat?

De interna, & externa fratrum cõuersatione, ac bono sæcularium exẽplo, & ædificatione: & an sit aliquid in contrarium?

De congrua fratrum sustentatione, & rerum cunctarum prouisione, tam in cibis, quam in vestitu, & alijs, an necessaria cuncta ministrentur ipsis?

De charitatiua fratrum infirmorum curatione, ac hospitum benigna receptione?

De pace, qualiter seruetur inter fratres, cum & ipsa teste Diuo Paulo, sit vinculum perfectionis?

De Guardianorum computo, claro, atque distincto, tam accepti, quã expensi: an reddatur vt præceptum extat statutis temporibus?

Et Generaliter, an nouerint aliquid esse in conuentu reformatione, correptione & punitione dignum, tam in capite, quam in membris, etiamsi specialiter non interrogentur de ipsis. Hæc sunt quæ communiter proponi solent. Quibus & adijcere poterit Commissarius siue Visitator quæ voluerit, & post peractam singulorum fratrum visitationẽ, in fine visitæ debet apponere, post omnium eorum subscriptionem ante ipsum dicta, ac relata fuisse, quæ continentur ibidem: in quorum fidem ponit etiam suam subscriptionem. Quæ pro isto articulo dicta sufficiant?

ARTICVLVS VI.

De modo & forma, qua formari solet, & debet visitationis series, in Religionibus, & Ordinibus Monachalibus specialiter?

COMMODITATI Prælatorum omnium regulariũ studiosè consulere volentes, haudquaquã satis visum nobis fuit, adduxisse, ea, quæ in sacro nostro Minorum Ordine, circa visitam, & inquisitionem generalem prædictam habentur in communi vsu, & praxi, quin verò ex his, quæ scripta reperimus diuersis in libris, circa modum in eadem seruandum apud Monachos sancti Benedicti cõgregationis Casinensis (quem credo apud omnes etiam obseruari) apponere libuit formas obseruari cõsuetas in eiusmodi Religionibus Monachalibus, id ipsũ, & in sequenti articulo facturi de alijs non Monachalibus, vt ne huic nostro labori aliquid desit, quod iure desi-

desiderari possit: cum ex Dei Optimi Maximi benignitate, & gratia, omnia planè legerimus, ac perlustrauerimus, & omnibus placere, prodesse, atq; commodo esse quam maximè studeamus. Pro Religionibus igitur & ordinibus Monachalibus, sequens statuitur prima conclusio.

Prima Conclusio.

51 IN Ordinibus, & Religionibus † Monachalibus, visitatores cum primum ad Monasteria per eosdem visitanda peruenerint, ad Ecclesiam statim se debent conferre, vbi breui oratione ante sanctissimum Sacramentum præmissa, Monasterij claustrum ingredientes, ab eiusdem Prælato, & monachis benignè, & charitatiuè recipi debent: & eodem die, vel altero sequenti (prout temporis. Et valetudinis opportunitas suggesserit) Monachis in capitulo congregationis, ac proposito Dei verbo, iuxta id, quod habetur in cap. 1. §. fane de censibus, lib. 6. eisdem palam facere debent aduentus sui causam, eosdem exhortando, & admonendo, vt studeant ad se nō nisi vera, & probabilia visitationis gratia deferre, iuxta id quod habetur in cap. sciant 2 quæst. 8. illis comminando contrarium si fecerint, & falsa, aut quę non probauerint Monachorum alicui obiecerint: talionis pœna ipsos fore puniendos, iuxta cap. qui crimen, capit. quisquis 2. quæst. 8. cap. 1. de calumniatoribus. Prædicta omnia habentur in libro, cui titulus, speculum visitatorum, & Commissariorum, cōpilato per fratrem Alfonsum à Villagut Neapolitanum, Ordinis sancti Benedicti congregationis Casinensis alias sanctæ Iustinę de Padua capit. 5. num. 1. & 2. In cuius rei confirmationem aduertant visitatores prædicti, vt nullo modo aliquorum accusatorum personas recipiant, absque libello eorundem propria manu subscripto, iuxta cap. accusatorum 2. qu. 8. & secundum morem antiquum. Nam licèt secundum aliquos, & modernum vsum contrarium possint efficere, & sine ipso etiā procedere: non tamen expedit, quin verò quod libellus exhibeatur, & ibidem accusatorū subscriptione semper ponatur.

Etiam aduertant prædicti visitatores, & de eo personas à se visitandas certiores reddant, non etiam se recepturos delationem aliquā quorumcunque criminum subditi cuiuslibet, de quibus non fuerit prius instatum apud proprium prælatum, vt ipse ad inquisitionem, & punitionem eorundem procederet, nisi fortè illa sint notoria, & talia vt in eis merito potuerit notari prælati ordinarij negligentia, iuxta supradictum cap. 1. §. sane de censibus, lib. 6. verbo notoria. Quapropter primò debent inquirere de notorietate delatorum criminum, scire vt possint deuolutam ad se esse iurisdictionem inquirendi super illis, & liberè puniendi criminosos eiusmodi delatos. Quod si repererint aliquem solummodo infamatum de aliquo crimine, præcipere poterunt visitatores ordinario prælato, solemniter vt super eo inquirat, contra taliter sic infamatum (si illis expedire videbitur) sin verò aliter, poterunt & ipsi id ipsum facere per semetipsos, & pro meritis illum punire. Hæc omnia ad literam extracta sunt ex supradicto cap. 1. de censibus, lib. 6. §. sane, & referuntur à prædicto Villagut loco vbi supra. Nam quamuis in dicto capitulo Innocentius IIII. expresse loquatur de Archiepiscopis visitantibus suas Prouincias, & Diœceses Episcoporum, & aliorum Prælatorum ordinariorum sibi subditorum: supradicta tamen omnia ad vnguem obseruanda sunt, quam maximè in religionibus Monachalibus ab ipsarū visitatoribus Generalibus, pro eo qđ prędictus Pontifex in fine supra-

supradicti capituli, §.hanc autem formam, sequentia proposuit verba. Hanc autem visitandi formam, ab vniuersis etiam Episcapis, alijsque Prælatis ordinario iure suos subditos visitantibus plene obseruari præcipimus, saluis super hoc rationabilibus, & approbatis religiosorum cõsuetudinibus, & regularibus institutis. Ex quibus verbis planè colligitur, quod nisi in aliqua religione statutum habeatur contrarium, suprádicta omnia seruanda sunt ad vnguem. Videatur hac de re frater Alfonsus à Villagut loco vbi supra.

Secunda Conclusio.

52 QVamuis stando † in iure communi, visitatores cuncti secũ debeant deferre suas literas commissionales, siue mandatum quod habent de Monasterijs visitandis à suæ Religionis generalibus prælatis: aliàs enim ordinarij ipsi prælati non tenebuntur eosdem recipere, nec in sua Monasteria admittere, ad exercitium talis iurisdictionis adeò sibi præiudicialis, nisi ostensis literis, & illis non ostensis, nec obligantur illis obedire, neque ipsorum dictis præstare fidem: iuxta cap nobilissimus dist. 97. & cap cum in iure, & toto titulo de offic. & pót, iudic. deleg. vt nos etiã latissimè diximus supra in art. 3. Hoc tamen non habet locum in visitatoribus Ordinum Monachalium S. Benedicti de obseruantia, congregationis Casinensis, neque vero in alijs, vbi prædicti visitatores creantur, constituuntur, & nominãtur in capitulis Generalibus, cum in ipsius sit consuetudine positum, in generali sua cedula vbi ponuntur, notantur, & scribuntur omnia ordinis officia, & Abbates singulorum Monasteriorum nominantur, fieri etiam mentionem expressam prædictorum visitatorum: ita vt Prælatorũ ordinariorum nullus, prætendere possit ignorantiã de sua iurisdictione, & mandato sibi facto visitandi Monasteria omnia suę Religionis. Habebunt † tamen locum ea, quæ dicta sunt esse de iure communi in alijs visitatoribus particularibus, qui mittuntur interdũ ad aliqua particularia Monasteria visitanda, pro ibidem occurrentibus negotijs, & casibus: qui quidem tenebuntur ordinario Prælato suarum literarum ostensionẽ efficere, ad modum, quo nos diximus in supradicto articulo 3. & in initio negotij, siue visitæ illas coram toto cõuentu legi facere: alias non tenebuntur Monachi ipsis obedire. Habentur omnia superius dicta, in speculo visitatorum prędicto loco vbi supra c. 4. num. 13. 53

Tertia Conclusio.

DEbent præterea † aduertere visitatores prædicti, suum esse officium, accurate inquirere de statu cũctorum monasteriorum suę ditioni subiectorum, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus: & de religiosorum omnium vita, moribus conuersatione, regulæ obseruantia, & alijs, de quibus infra: & corrigere, & reformare, quæ viderint correctione, atque reformatione digna, tam in capite quàm in membris: ita tamen quod Monachos, & regulares, quos compererint deliquisse, per proprium Prælatum corrigi mandent, eisque pœnitentiam salutarem faciant iniungi, iuxta Beati Benedicti regulam, & Apostolica instituta, & nõ secundum normam prauæ alicuius consuetudinis forsan subortę, quæ quasi pro lege in quibusdã Monasterijs inoluerit. Hæc etiam conclusio ex tracta est ad verbum, ex c. fin. de statu Monachorũ, & refertur à supra dicto Alfonso à Villagut loco vbi supra, capit. 5. num. 3 & 4. Sed inteligenda est, si nõ repererint 54

præ

prædicta crimina esse notoria, in quibus iure ipso ad eiusmodi visitatores fuisset plenaria iurisdictio deuoluta, iuxta id, quod diximus supra in præcedenti conclus. Et additur in dict. cap. fin. quod si visitatores prædicti repererint aliquos Monachos contumaces, atque rebelles, illos absque personarum delectu auctoritate Apostolica puniant iuxta modum culpæ, non parcendo illis ob suam pertinaciam, vel amicorum suorum potentiam: quin eiusmodi oues morbidas ab ouili, siue Monasterio eijciãt, ne oues sanas inficiant. Hæc vbi supra. Additur etiam ibidem, quod si Abbates, & ordinarij Prælati studio sè exequi noluerint, quæ visitatores mandauerint circa criminosorum punitionem, erunt & ipsi proclamandi, corripiendi atque puniendi publicè in generali capitulo, ita vt ipsorũ pęna sit alijs in exemplum. Hæc vbi supra in dict. cap. fin. de statu Monachorum, quæ etiam obnixè obseruãda sunt in religionibus cunctis Monachalibus, nisi in cõtrarium auctoritate Apostolica, aliquid aliud statutum habeatur. Villagut vbi sup.

Quarta Conclusio.

55 AVctoritas prædictorum† visitatorũ in Ordinibus Monachalibus, circa punitionem Monachorum criminosorum, plenarissima est, talem eandem esse oportet, cũ (vt præmissum est) generaliter mitantur à suo Generali, & capitulo, ad corrigendos, & reformandos mores Monachorũ omnium, tam Prælatorum, quàm subditorum, & prouidendum bono communi totius suæ Religionis, & procurandum, vt religiosi cuncti, iuxta diuinam legem, Pontificias constitutiones, regularia statuta, & speciales ordinationes, regantur, & gubernentur. Circa quam plenariam auctoritatem, & potestatem puniendi criminosos omnes, cum per tempus non liceat plura dicere, nec hisce in rebus amplius immorari: finem facio, lectorem remittendo ad proprias religionis cuiusque constitutiones, & ordinationes, quæ apud Monachos sancti Benedicti Cõgregationis Casinensis, habentur in 2. part. supradicta visitatorum speciali, cap. 2. per totum.

Aduertant tamen opportet† summopere visitatores prędicti, ne fines suorum mandatorum vllo modo transgrediantur: quia si limites indultæ sibi iurisdictionis excesserint; præterquam quod iniuria, & tristitia afficient eos, qui miserunt illos: (quin verò, & Monachos omnes) omnia per ipsos facta, & gesta reddentur nulla, cum iuxta commune ius, quæ fiunt à mandatarijs excedentibus limites suarum iurisdictionum, ipso sunt iure nulla, vt habetur expresè in cap. cum dilecti de rescriptis, & cap. cum olim, cap. cum ex literis §. si vero, cap. cum venerabilis, de offic. deleg. & in l. si procurator, C. de procuratoribus, quod est multum notandum, ac memoriæ commendandum, quibus nihilominus non obstantibus, poterunt visitatores generales prædicti, pro eo quod à capitulo Generali mittuntur ad vniuersitatem causarum, & iure optimo comparantur delegatis à Republica siue Principe: voces & vices suas interdum alijs subdelegare, & committere, in quibus expresse à iure siue suis constitutionibus non fuerint prohibiti, vt nos latissime diximus supra in articulo 4. quæ non libet iterum repetere sed lectorem ad eundem remittere. 56

Quinta Conclusio.

57 QVamuis nonnulli in ea sint sententia,† & opinione, vt dicant in hac generali inquisitione siue visita, iuramentum à Monachis recipiendum non esse, fundati in illis verbis cap. 1. §. sane de censibus lib. 6. ibi absque coactione, & exactione qualibet iuramenti: & in suum fauorem adducant Glossam ibidem: contrarium tamẽ est verius, atque tenendum. Nam vt expresse constat ex ipsa glossa, Summus Pontifex Innocentius III. non ibi prohibet fieri coactionem, & exactionẽ iuramenti, nisi tantum respectu occultorum criminum: quod quidem constitutissimum est, vt nos etiam latissimè diximus supra q. 6. art. 5. Id quod & expresse constat ex glossa prædicta, cuius sunt quæ sequuntur expressa verba, verbo coactione. Nota quod à principio non exigitur iuramentum, per quod subditi occultum crimẽ prodere constringantur, ex quo tamen sine iuramento referuntur aliqua corripienda, poterit Inquisitor super his iuramẽtum exigere. Ex quibus quidem verbis satis constat, quod ibi non prohibetur iuramentũ exigi, nisi de occultis: quod verissimum, atque certissimum est: attamen de alijs publicis, non prohibet exigi iuramentum. Et quidquid de hoc sit, communis vsus est in contrarium, & vt credo in cunctis religionibus est consuetudine positum: vt in initio siue principio visitæ, siue inquisitionis generalis prædictæ, ad dicendam veritatem & reuelãda crimina, quæ fuerint publica, & correptione, reformatione, atque punitione digna, constringantur subditi, medio præstito iuramento, aut saltim sub obedientia & censuris: quæ (vt pluries me dixisse memini) in multis religionibus, ex diutina, & antiquissima consuetudine iuramento æquipullent. Et vt nequis dicat, contra iuris expressam formam, haud quaquam esse licitum nos quidpiam statuere: afferre libet aliud ius in contrarium expressum, vbi præcipitur exigi iuramentum à personis visitandis, à prædictis visitatoribus. Et capitulum est Innocentij III. quod habetur in cap. qualiter, & quando el 1. §. formam de accusation. vbi scribens Pontifex cuidam Episcopo Barcelensi, & Abbati de Tileto, quos Inquisitores, siue Visitatores constitueret ad quoddam negotium Episcopi Nouariensis, post alia in sequentia verba prorumpit. Formam verò iuramẽti quam à Clericis Nouarien. 58 super inquisitione faciẽda in hoc negotio recepistis, in similibus volumus obseruari, vt videlicet iurẽt clerici, quod super his quæ sciunt, vel credunt esse in sua Ecclesia reformãda, tam in capite quàm in membris (exceptis occultis criminibus) meram, & plenam dicant inquisitoribus veritatem. Quid quæso potuit amplius, aut clarius dici, ad monstrandum, quod iuramentum exigi debeat in principio à subditis dum visitantur? Dicendũ est igitur, quod quando in iure prohibetur à personis visitandis exigi iuramentum, aut ea super re coactionem aliquam eisdem fieri: intelligendum, id est respectu criminum occultorũ, & ad hũc effectum, vt non contra ius crimina occulta prælatis, siue iudicibus reuelare subditi constringantur: non tamen respectu eorum criminum, quæ sunt manifesta, & publica, aut quæ alias ipsi subditi de iure reuelare tenentur in nonnullis casibus (etiamsi sint occulta) vt in crimine hæresis & alijs, quæ vergunt in perniciem publicam, siue in præiudiciũ tertij: de quibus nos latissimè diximus in supra dict. q. 7. ar. etiã 7. q poterũt videri ibidẽ, & vt pre manibus

bus habeantur, de quibus fieri non debent interrogationes, in visita siue inquisitione generali prædicta sit sexta conclusio.

Sexta Conclusio.

59 IN visita, siue † inquisitione generali prædicta, visitatores non possunt interrogare de occultis: nec subditi etiam iurati, seu obedientia, & censuris constricti, vllo sibi modo ea possunt, aut debent detegere, & si ob id fuerint molestati, nec sufficiat semetipso excusare, vti poterunt amphibologia, seu aliquos verborum subterfugio, ipsosque visitatores illudendo, dicere omninò se nescire (eo sensu intra se retento, vt scilicet ea sibi teneantur dicere, aut detegere) iuxta cap. qualiter & quando el 1. de accusationib. & capit. erubescant, dist. 32. Nec propterea subditi ipsi existimari poterunt mentiri, quamuis iuramentum fieri debeat ad mentem eius, cui iuratur, vt nos latissimè diximus supra quæst. 6. art. 4. addentes quod si subditi perperam de occultis interrogati, ea visitatoribus reuelauerint, ex ipsorum depositione nullatenus delinquentes poterunt puniri, iuxta ca. inquisitionis, de accusationib. §. tertiæ dubitationi, verbo solummodo, & ibi glossa.

60 Nec etiam in visitatione † siue inquisitione generali prædicta, possūt visitatores inquirere, aut interrogare aliquid de aliqua persona in particulari, dicendo (v. g.) fecit ne hoc aut illud Petrus: aut Paulus, sed solummodo in cōmuni, & in generali, an sit aliquis, qui diuinam, seu humanam legem in aliquo violauerit: aut contra peculiares constitutiones, & statuta quidquam fecerit, aliquodve delictum commiserit? Nec possunt simpliciter, & absolutè præcipere, delicta (vtcunque correptione digna, & quamuis ea plenè nouerint) sibi vt reuelentur, nisi seruato sancti Euangelij & iuris præscripto ordine: & si quidpiam in contrarium fecerint, haudquaquam in eo sunt audiendi, neque sibi est obtemperandum vtcunque subditi constringantur iuramento, seu sub obedientia & censuris. Qua de re videantur quæ latissimè diximus supra in prædicta quæst. 6. art. 4. concl. 2. 3. & 4. Et in quinta, addidimus, quod in hac visita siue inquisitione generali, omnes etiam minus idonei recipiuntur vt testes: quia in ea solūmodo visitatores, iudices, siue Prælati procedunt ad se instruendum, siue informandum de Religionis, Prouinciæ, siue Conuentus statu: non verò ad inquirendum de aliqua persona in particulari, vt ex ea tanquā rea, aut alicuius delicti suspecta, puniatur: ad id enim necessarium est (vt in sequenti quæstione dicemus) quod fama, seu potius infamia orta sit à beneuolis, non verò à maleuolis, vt habetur in c. qualiter & quando el 2. de accus.

Septima Conclusio.

QVamuis † visitatores (vt in 61 præcedenti conclusione est dictum) generaliter debeāt inquirere, non verò specialiter de aliqua persona in particulari (vt particularis est) bene tamen possunt (quin verò & tenentur) inquirere de aliquibus personis in particulari, vt personæ communes sunt: & ratione suorum officiorum: vt (v. g.) de visitatoribus præteriti anni, de Abbate, siue Prælato Monasterij: de Priore siue Vicario: de Magistro Nouitiorum: de Cellerario, siue syndico: de Decanis, & alijs officialibus, si qui fuerint in Monasterio. Et vt præ manibus habeantur, & sciant visitatores prędicti quænam sint quę inquirere debent, ex breui praxi,

pravi, & preclara institutione, quam hisce de rebus, fecit Pater Victorinus Manso Auersanus, Monachus sancti Benedicti, congregationis Casinensis prædictæ, Abbas olim Monasterij sancti Seuerini Neapolis ca. 9. & illa quam fecit supradictus Ildefonsus à Villagut, Neapolitanus eiusdem Ordinis & congregationis Monachus, Abbas olim Monasterij sancti Benigni à Ianna, de quo supra capit. 6. titulo de quibus interrogandi erunt à visitatoribus regulares ipsi visitandi: dico quod visitatores prędicti in cellas suas, siue domicilia recepti, vt ritè ac rectè, & ex ordine sua præstent munera, duas series scribere debent, atq; depingere, de quibus sua inquisitio, siue visita est instituẽda, ordine sequenti.

Series rerum.

De orthodoxa fidei integritate.
De diuini laudibus.
De regulari obseruantia.
De silentij obseruatione.
De vitio acquisiti peculij.
De diplomatum, & scripturarum custodia.
De literarum studijs, & exercitijs.

Series personarum.

De visitatoribus præteriti anni.
De Abbate, siue Prælato Monasterij.
De Priore siue Vicario.
De Magistro nouitiorum.
De confessore Monialium.
De cellelario siue Syndico Monastrij.
De decanis, & his quæ ad Decanorum, & omnium prædictorum munus & officium spectant.
De his qui ad magisterium asciscendi sunt.
De reliquis monachis inferioribus.

Et de prædictis omnibus debent interrogare quæ sequuntur,

De Visitatoribus præteriti anni.

62 AN † infrascriptis interrogationibus vsi fuerint?

An modestè, accuratè, & intrepidè, executi fuerint suum munus & officium?

An perlustrauerint computum librorum, & reddituum Monasterij præteriti anni?

An correxerint, seu corrigi mandauerint Monachos immorigeratos repertos per proprium Prælatum?

An prouiderint quæ erant prouidẽda, pro communi pace Monachorum Monasterij visitandi?

De Abbate.

63 AN sit † vitæ, & doctrinæ integritate prędictus?

An egregiè præstet suum munus, & officium?

An sit frequens cum Monachis in choro, & communi refectorio?

An curã habeat, vt hospitibus & infirmis accuratè deseruiatur?

An maiori studio incumbat temporalibus, quam spiritualibus?

An beneficia, & alia loca sibi subiecta quolibet anno visitet?

An sit acceptor personarum, sine meritis eorum, cum aliorum Monachorum offendiculo?

An sit negligens in puniendis sibi subditis publicè peccantibus, & occultè peccantibus occultè?

An executioni mandauerit, statuta à capitulo visitatoribus?

De Priore.

64 AN solitas † eleemosynas faciat? An sit vigil in obseruantia regulari, die ac nocte?

An sint obediens suo Abbati?

An officinas Monasterij visitet temporibus suis?

An

An culparum capitulum assiduè adeat, & teneat?

An moneat & puniat delinquentes, cum grauitate, & lenitate.

De confessore Monialium.

65 AN sit † probatæ vitæ, & sufficientis doctrinæ?

An habitet in Monasterio Monachorum, maiori anni parte?

An extra tempus audientiæ confessionum, habitet in locis monialium ibi pernoctando?

De Magistro Nouitiorum.

66 AN sit diligens † circa nouitios instruendos?

An pudicitia, & eruditione præcellat?

An sit idoneus ad lucrãdas animas?

An sit rituum, & ceremoniarum eruditor?

An accurate erudiat nouicios, ipsosque probet in omni patientia, iuxta mandatum Sanctissimi Patris Benedicti?

De cellerario Monasterij.

67 AN sit prouidus, † prudens, & modestus, in negotijs agendis?

An sua imprudentia, ære alieno grauauerit Monasterium?

An pauperum, & infirmorum necessitatibus prospiciat?

An ratiocinia habeat rectè disposita, & eorum seruet libros?

An necessaria denegando, patres molestia afficiat?

An præsumat aliquid facere, sine iussu sui Abbatis?

An curam habeat, vt possessiones, & redditus Monasterij augeantur?

De Decanis.

An regularis obseruantiæ curam gerant?

An adolescẽtiũ disciplinæ incũbãt?

An nocturnis horis, à se benedictione indulta, illos dimittant?

De his qui ad Magistratum sunt ascissendi.

AN † sint prǽditi moribus, & scientia eiusmodi obeundo muneri necessaria? 68

An sint, quibus suorum munerum partem, securus poterit committere Abbas?

De reliquis Monachis inferioribus.

AN obedientiam † & reuerentiam exhibeant suis superioribus? 69

An inter se ipsos charitatem habeãt, & seruent?

An exercitia sibi commissa, accuratè, & cum proximi ædificatione expleant?

An sint feruentes in choro, & diurnis, atque nocturnis horis?

An studio vacent, vel otio?

An sit aliquis proprietarius?

An aliquis habeat aliquid proponendum pro bono Monasterij, & circa aliquos promouendos ad dignitatem, confirmationem superiorum, vel mutationem aliquorũ?

Hæ sunt interrogationes, quæ fieri solent, & debent à visitatoribus in ordinibus Monachalibus, quæ paucis hinc inde mutatis, extractæ sunt a supradictis auctoribus Patre Victorino Manso, & Patre Alfonso à Villagut Ordinis sancti Benedicti regularis obseruantiæ loco vbi supra.

Octaua Conclusio.

EXordium † autem, siue initium visitæ, siue inquisitioni generalis prædictæ, sequenti modo cõstrui debet. Hæc est visita Monasterij sãcti N. quã faciũt, siue facere 70

intendunt N.N. visitatores constituti à Capitulo Generali N. Cum peruenissemus ad prædictum Monasteriũ, fuissemusq; benignè recepti à Patre Abbate, reliquisq; ipsius Monasterij Monachis: nos ad Ecclesiã contulimus, vbi breui oratione facta ante sanctissimum Sacramentum, claustrum ingrediẽtes, perreximus ad aulas nobis præparatas: & eodem die (vel sequenti, prout valetudinis, & temporis opportunitas suggesserit) congregatis Monachis cum Patre Abbate in capitulo, proposito Dei verbo, diximus eisdem aduenisse nos ad visitandum dictum Monasterium, tam in capite, quam in membris, ipsosque monuimus nobis, vt dicerent, ac reuelarent, quæ nouerint correptione, siue reformatione digna, ita tamen vt non essent occulta, & quæ prius Patri Abbati non fuissent notificata: sed notoria, & in quibus ipse argui posset de væcordia, & negligentia, in corripiendis sibi subditis: illos etiam certiores reddendo in ipsis nos processuros iuxta Summorum Pontificum decreta, expressumque ordinem iuris in cap. Romana de censibus lib. 6. Insuper monuimus Monachos eosdem, vt nullo pacto contra aliquem auderẽt coram nobis falsa, aut quæ probari non possent deferre, si nolint talionis pœna puniri, seu alia à iure calumniatoribus indicta, & quod non excusabuntur, eò quod vsi fuerint hac voce, denuncio, & non accuso, iuxta id quod habetur in cap. 1. de calumniator. Proposuimus quoque eisdẽ, mansuetudinis, ac benignitatis, & lenitatis, vt nõ obliuiscerentur, Deũ semper præ oculis habentes, & recolentes actum gestum à Christo Domino in punitione mulieris in adulterio repertæ, quando dixit: si quis vestrum sine peccato est, primus mittat lapidem in eam.

Post hæc egredientes capitulũ, iterum Ecclesiam simus ingressi, vbi iterum præmissa oratione ante sanctissimum Sacramentum, sacra etiã fecimus (seu Missam audiuimus, prout etiã temporis, & valetudinis opportunitas suggesserit) & visitauimus sacrariũ, & Eucharistia sanctissimum Sacramẽtum, quod introspicientes in paropside decenter collatũ reperimus. Visitauimus etiã altaria, & eorũ pallas, sacra vasa, vestes etiã sacras, quæ omnia decenter vidimus collocata (vel aliter: nã si aliquos defectus repererint, debent illos exprimere visitatores, præcipiẽdo eos corrigi) Deinde Ecclesiam egressi peractisque supradictis omnibus, nos iterum contulimus ad cellas, seu aulas nobis præparatas, iussimusq; ad nos vocari Patrem Abbatem Monasterij, & successiuè reliquos Monachos sigillatim quos, & interrogauimus de infrascriptis, iuxta præscriptam normam, ac seriem interrogatoriorũ competentium statui singulorum officialium, & priuatorũ Monachorum: ipsos constringentes medio præstito iuramento de veritate dicenda (seu sub obedientia, & censuris, vbi id fuerit in cõsuetudine positum) vt sequitur.

Vocatus Pater Abbas, & interrogatus super primo respondit sic, & sic, &c. Eodẽ modo, & ordine interrogandi sunt omnes Monasterij Monachi, & post cuiuslibet respõsionẽ, apponenda est singulorum subscriptio: in quorum maiorẽ fidẽ, & visitatores ipsi ibidẽ se debẽt subscribere.

Prædicta visitandi forma traditur à Speculatore, in titulo, inquisitione, §. 3. & cõmuniter refertur a DD. super ca. qualiter & quãdo el 2. de accus. Circa quam nil de nouo occurrit dicendum, præter id, quod grauiter admonet Hostiensis vt aduertãt visitatores, quot nã pacto iusiurandum exigendum sit ac debeat à personis visitandis, & vt fiat ita vt qui- 71

libet

libet dicat quidquid scit, vel credit, aut fama est, exceptis semper occultis. Nam (inquit) si iusiurandum tantummodo exigatur de veritate dicenda in his, quorum tantum interrogatio facta est, nullo iure astringentur ad dicenda alia, etiamsi quam maximè pertineant ad correptionem, reformationem, ac bonam administrationem Monasterij, siue conuentus. Quod est multum notandum, ac memoriæ commendandum.

Nona Conclusio.

71 IN visita siue inquisitione † generali prædicta, si crimina iam omninò fuerint emendata, ita vt de eis nullum amplius supersit periculum, nullo iure subditi tenentur ea visitatoribus regularibus denunciare, nec accusare: aut ipsorum respectu eisdem veritatem dicere, ni forte postea interrogentur vt testes praecedente contra Monachorum aliquem sufficienti infamia, clamorosave insinuatione (quod in idem redit) aut nisi adsit denunciator iudicialis, siue accusator, tunc enim tenebuntur veritatem dicere, ac fideliter ad interrogata respondere. Si verò crimina, quæ personæ visitandæ sciuerint, non sint prorsus emendata, sed adhuc in fieri, tenentur ea visitatoribus denũciare, iuris & sancti Euangelij seruato ordine, nisi sint ex his, quæ vergunt in perniciem publicam, siue in præiudicium tertij, aut sit periculum in mora, si non statim ipsis denuncientur: in quo quidem casu prętermisso ordine prædicto, id ipsum statim tenentur facere. Si autem non sint in perniciem publicam, aut præiudicium tertij, sed priuata, & particularia, & non sint emendata: etiam denunciare illa tenentur, sed non nisi seruato iuris, & Euangelij ordine, ac præmissa correptione fraterna, & secreta monitione (si sit spes emendę) aut ea præmissa, in casu quo de ipsa nulla habeatur spes, vt nos latissimè diximus supra quæst. 6. ar. 4. concl. 4.

Decima Conclusio.

SI ex pręditcta † inquisitione, siue visita, constiterit aliquod crimen ab aliquo Monachorum fuisse commissum, & de eo sit sufficiens infamia, aut indicia (in casibus quibus pręditcta ad ineundam particularem inquisitionem sufficiunt, de quibus diximus supra quæst. 7. artic. 1. 2. 3. & 4. cum sequentibus) aut si sit denunciator iudicialis, siue accusator, ad eandem faciendam debent visitatores procedere, conficiendo contra culpatum particularem processum, iterum examinando testes, seu potius eosdem reproducendo, & faciendo vt in suis dictis ratificentur: iuxta ea, quæ diximus quæst. 6. artic. 4. conclus. 6. ac denique faciendo omnia alia quæ ibidem sunt dicta, & in quæst. 30. facta in particulari pro conficiendis processibus. Sed aduerto, quod antequam ad id ipsum perueniant, debent breuẽ quandam informationem præmittere de infamia, iuxta id quod etiam latissimè diximus supra q. 7 ar. 3. concl. 3. aliàs poterunt conueniri & syndicari, & processus ab eisdem factus erit ipso iure nullus, aut saltim annullandus, ni forsan in illis casibus ibidem in tertia conclusione positis. Qualiter autem sit probanda eiusmodi fama, seu infamia, reperire etiam licebit ibidem in quarta conclusione: à quibus omnibus consulto in pręsentiarum abstineo, quia non est in votis eadem semel, atque iterum repetere, aut dicere, cum facili negotio videri possint ibidem. 72

Vnde-

Undecima Conclusio.

74 POst supradicta † omnia visitatores prædicti, computorum Monasterij libros debent diligenter videre, ac singulorum Monachorum cellas visitare, vtne quid cōtra religiosam paupertatem, superfluum, sumptuosum, aut quod proprietatem redoleat, reperiatur ibidē. Possunt etiam, & debent alias Monasterij officinas, & maximè infirmariam, siue locum procurandis infirmis deputatum (si adsit) visitare & videre, ac proprijs oculis prospicere, si omnia in eum finē sint conuenienter disposita, sin autem vt prouideantur præcipere, aduertendo tñ quod cum in alienis Monasterijs, non ordinario, sed delegato dumtaxat vtantur iure (nisi in rebus ad sua munera & officia spectantibus) in alijs, & ordinaria conuentus administratione, haudquaquam possunt, aut debēt se intromittere, quod est etiam multum notandum, ac memoriæ commendandum.

Duodecima Conclusio.

75 POst supradicta † omnia, debent visitatores Monachos ad capitulum iterum conuocare, & oratione habita eosdem ad pacem cō, seruandam, & mutuam charitatem exhortari, recipiendo ipsos ad osculum pacis, ac finem suæ visitationi facere ordinando & præcipiendo, quæ visa sibi fuerint expedire, ad regimen, optimamque administrationem Monasterij, condendo aliquas leges, siue mandata, visum si fuerit necessarium, quæ facere poterunt promulgari ibidem. Et idem dico de sententijs, si quæ forsan latæ, aut ferendæ fuerint, pro puniendis aliquorum Monachorum delictis, punitione, aut supplicio dignis. Quo facto sciant Patres visitatores facultatum suarum munera persoluisse. Quæ pro isto articulo dicta sufficiant.

ARTICVLVS VII.

De modo & forma qua formari solet, & debet visitationis series, in alijs ordinibus, & religionibus non monachalibus?

IN nostro persistentes proposito proficiendi omnibus, & pro nostro posse iuuandi cunctos in vniuersum regulares Prælatos, cuiuscunque ordinis, & professionis extiterint, quam maximè fieri poterit: haudquaquam contenti sumus in communi, atque in generali dixisse, quæ ab ipsis necessariò sunt obseruanda de iure communi, in suis visitis, & inquisitionibus generalibus: & in particulari in nostro sacro Minorum Ordine, quid sit consuetudine positum, & etiam in ordinibus Monachalibus: quin verò in præsenti articulo dicere etiam libuit, quid obseruari debeat in alijs ordinibus, & religionibus non Monachalibus, saluis semper earundem peculiaribus consuetudinibus, & constitutionibus: vt Prælati regulares prædicti præ manibus habeant, quę in hisce rebus videbuntur illis necessaria: & huic nostro labori, haudquaquam desit quidquam, quod iure optimo possit desiderari. Vtique hoc breuiter, & resolutiuè fiat, proposito articulo respondeo per sequentes conclusiones.

Prima

Prima Conclusio.

76 OMnes omnium † religionum visitatores, & Prælati regulares, in suis visitis & inquisitionibus generalibus, obseruare tenentur (quam maximè fieri poterit) quæ pro regularibus in communi, aut etiam pro Episcopis, alijsque Prælatis ordinarijs, Episcopalé, vel quasi Episcopalem iurisdictionem habentibus, statuta sunt in iure canonico, & constitutionibus Apostolicis, & sacris Concilijs, sed maxime in Tridentino. Probatur conclusio: nam stando in iure canonico, Prælati regulares prædicti eádem potestatem & iurisdictionem omninò habent in sibi subditos, quam Episcopi in suos, & in Côcil. Trid. eodem modo constituuntur suarum religionum visitatores, atque Episcopi suarum Diæcesum, vt constat ex sessio. 24. cap. 3. & maximè ex sessio. 25. cap. 8. vbi de ipsis agendo expressè præcipitur, vt in visitatione suorum Monasteriorum obseruare omnino teneantur, ea, quæ in sacris canonibus & dicto Concilio sunt decreta. in omnibus quæ proprio ipsorum non cõtrariantur statui. Aduerto tamen, quod in hac generali regula, præcepto, & mandato, haudquaquam derogari censetur proprijs religionis cuiusque constitutionibus, qui verò ipsæ ad vnguem, & strictè obseruandæ sunt, postquam ibidem dicitur, in omnibus quæ proprio ipsorum non contrariantur statui, & vt habetur, in cap. Romana de censibus li. 6. § hác formám, quando Pontifices Summi circa visitationis formam strictè aliquid obseruare præcipiunt, per generalem clausulam derogare minimè intendunt particulares religionũ cõstitutiones, quin verò easdem semper saluas esse volunt. Et quia hęc res est tanti momenti, ad literam in pręsentiarum verba præfati capituli libet referre: & est Innocentij IIII. qui post alia in dict. §. fin. in sequentia verba prorumpit: Hanc autem visitandi formam, ab vniuersis etiã Episcopis, alijsq; prælatis ordinario iure suos subiectos visitantibus, plenè obseruari præcipimus, saluis super hoc rationalibus, & approbatis religiosorum cõsuetudinibus, & regularibus institutis. Hæc vbi supra: quod est multum notandum, ac memoriæ commendandum: procedamus ad alia.

Secunda Conclusio.

STando in iure † cõmuni, omnes 77 visitatores, & commissarij religionum quarumcunque, antequam visitam, seu inquisitionem generalem prędictam incipiant, ostensionem tenentur efficere suarum literarum commissionalium, & mandati sibi facti de Monasterijs visitãdis, alias Prælatus ordinarius conuentus, ad eiusmodi munus exercendum, haudquaquam tenebitur eosdem recipere: nec subditi tenebuntur illis obedire, vt latissimè extat probatum in huius praxis articulo 3. nisi eiusmodi visitatores vt tales, in capitulo Generali, aut Prouinciali fuerint nominati, & promulgati, vt in dicto art. 3. diximus: quo lectorem remittimus, nec enim in votis est, quæ semel adeò ad vnguem sunt dicta, iterum, atque iterum repetere, & tempus in eo insumere, atque perdere.

Tertia Conclusio.

IN omnibus ordinib. † & religionibus, visitatores siue Commissa- 78 rij, cum primum ad Monasteria per eosdem visitanda peruenerint, ad Ecclesiam statim se debent conferre, vbi breui oratione præmissa ante

san-

sanctissimum Sacramentum, Monasterij claustrum ingredientes, ab eisdem Prelato, & religiosis benignè & charitatiuè sunt excipiendi, & recreandi (prout decet) & ad cellas, seu præparata sibi habitacula vrbaniter deducendi: in alijs verò rebus obseruentur ad vnguem; consuetudines, & constitutiones religionis cuiusque.

Quarta Conclusio.

79 EOdem † die vel sequenti (prout temporis & valetudinis opportunitas suggesserit) debent visitatores, & commissarij prædicti, Monasterij fratres omnes ad capitulum cõuocare: ibique proposito Dei verbo, iuxta supradictum capit. 1. §. sanè, de censibus lib. 6. graui admonitione siue exhortatione præmissa, causam sui aduentus illis indicere, pręmonendo eos, vt ad ipsos non nisi vera, & probabilia vllo modo audeant deferre, iuxta cap. sciant 2. quęstio. 8. illis cõminando, quod si falsa, aut quæ nõ probauerint alicui, obiecerint, talionis pęna eosdem fore puniẽdos, iuxta c. qui crimẽ c. quisquis 2. q. 8. & c. 2. de calumniatoribus: & quod nec vllo modo eisdem proderit dicere, se in sua visitatione vsos fuisse hac voce, denuncio, non vero accuso: nam licet id ita sit, puniendi tamen erunt pœna iure canonico calumniatoribus indita, iuxta dictum ca. 2. de calumniator. In cuius etiam rei confirmationem dicere debent, nullius delationem, siue accusationem criminis cuiuslibet, ab eisdem esse recipiendam, quæ nõ prius delatoris, siue accusatoris proprio fuerit subscripta nomine. Et cũ sint visitatores, quam maximè oportet eos per suasum sibi habere expedire nimiũ sancto Dei zelo incensos, & inflãmatos existere, ac recordari, fuisse missos ad reformandos religiosorum mores, extirpandosque abusus, purganda Monasteria, & punienda crimina quæ quoquomodo viderint posse oculos diuinæ maiestatis offendere. Ex quo proinde inquirere debent, quam accuratissimè, de Monasterij statu in spiritualibus & temporalibus: de religiosorum omnium vita, moribus, regulari obseruantia, honesta conuersatione: corrigere & punire vt possint quæ fuerint correptione, & punitione digna, tam in capite, quam in membris. Id quod vt melius fiat, in discursu suæ visitæ, & promulgatione ipsius, in particulari specificare possunt, & debent aliqua delicta. Quibus dictis & alijs (quæ se se obtulerint) finem suo faciant capitulo, præcipiendo sub obedientia, & censuris, ea vt sibi detegantur, & reuelentur (exceptis occultis) & seruato ordine iuris, fraternæque correptionis posito in Euangelio Matth. 18. in casibus, quibus obligat, de quibus dictũ est supra. In religionibus autem, quibus consuetudine habetur, à fratribus vt exigatur, iuramentum, id ipsum faciendum est, loco & tempore inferius dicendo.

Quinta Conclusio.

POst † denunciatam, & promulgatam visitam, priusquam visitatores ad vlteriora procedant: sacrarium & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum debent visitare, proprijsque oculis prospicere, positum ne sit cum ea reuerentia, & maiestate, qua decet, simulque debent visitare altaria, sacra vasa, pallas, & corporalia, vestes & omnia sacristiæ ornamẽta quæ ad diuinum cultum spectant: videre vt possint an sint congruè, aptè & conuenienter omnia disposita: & qualiter fuerint reperta mandare debẽt scriptis, vt opus si fuerit, superiori muneris sui, & officij, & omnium rerum a se ge- 80

se gestarum, exactam possit ratione reddere.

Etiam debent visitatores prædicti, visitare alias couentus officinas, sed maximè infirmariam, & locum deputatum pro excipiendis & recreãdis hospitibus: ad vidẽdum etiam an congruè, & conuenienter sint cuncta præparata, & disposita: at quod hoc fiat, isto vel illo tempore, parum aut nihil refert, nam fieri poterit pro temporis, & negotium opportunitate, dum tamẽ fit ante celebrationem capituli, ibidem vt corripi, atque reprehẽdi possint, quæ fuerint visa reprehensione, & correptione digna.

Sexta Conclusio.

81 POst supradicta, † procedere debent visitatores prædicti, ad excipiendam singulorum fratrũ visitam, in cuius capite siue principio, omissis alijs quam pluribus impertinentibus dicendi modis, quæ ab antiquis auctoribus hic solent adduci, exordium fit, vel aliter potest constitui: Hæc est visita talis cõuentus N. facta per me N. seu per nos N.N. visitatores huius ordinis, prouinciæ, aut conuentus, tali die N. talis mensis N. & talis anni N. In primis congregatis fratribus eiusdem conuentus in capitulo, ordine quo fieri solet, proposito etiam Dei verbo pro vt tenebamur de iure, proposuimus, atque intimauimus eisdem visitationem dicti conuentus, & exhortatione conuenienti præmissa, mandauimus illis per obediẽtiam, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, trina canonica monitione præuia, vt denunciarent & reuelarent nobis quæ in eodem noverint correptione, atq; reformatione digna (exceptis occultis) & seruato ordine iuris in Euãgelio posito, & vocati ad visitandum per ordinẽ, singuli dixerunt quæ sequuntur.

Vocatus Pater frater N. admonitus de veritate dicenda, prout se facturum fideliter repromisit, ad propositas interrogationes respondit, & c. dixit. Ad primam sic, ad secundam sic, &c. Simili modo vnus post alterum, vocandi sunt omnes religiosi conuentus, & in scriptis mandari debent, quæ eorum vnusquisque dixerit, & se ipsum etiam debet subscribere, etiamsi absolutè dicat se omnino nihil habere quod visitare possit vt ne postea dicat quod visitauit, aut visitare voluit, neque fuit ad missus, quod est multum notandum.

Circa quam conclusionem oportet recolere, atque in memoriam reducere, quæ à nobis dicta sunt in duobus præcedentibus articulis, circa modum quo visita prædicta fit in sacro nostro Minorum ordine, & c. religionibus Monachalibus: nec enim in votis est eadem toties absque causa repetere, cum ibidem inuenire liceat plenissimè omnia, quæ ad hoc propositum possunt desiderari, tam quo ad iuramentum exigẽdũ in religionibus, quibus id est consuetudine positum, quam quoad ea, de quibus possunt, aut non possunt interrogari, & personæ visitandę tenẽtur, aut non tenentur dicere. Quæ omnia à nobis in præsentiarum consulto prætermittuntur, vt videantur ibidem.

Septima Conclusio.

POst supradicta † omnia, procedere debent visitatores ad videndas & visitandas singulorum fratrum cellas, sit ne in ipsis aliquid quod nõ paupertatem, & suam ipsorum professionem redoleat: memoria retinentes illud quod adeò cõmendatum habetur in sancto Concilio Tridentino, Seffio. 25. de regularibus, c. 1. & 2. in quo vltimo agẽdo de vsu rerum mobilium, quibus reli- 82

religiosi vtuntur, seu vti debent se- quentia notabilia ponuntur verba. Mobiliũ verò vsũ ita superiores permittant, vt eorũ supellex statui paupertatis, quam professi sunt conueniat, nihilq; superflui in ea sit, nihil etiam quod sit necessarius eis denegetur. Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus aut conuictus fuerit, is biennio actiua, & passiua voce priuatus sit, atque etiam iuxta suæ regulæ, & ordinis constitutiones puniatur. Notanda verba.

Visitare etiam debent conuentus depositum vbi illud fuerit, & libros vbi scripta fuerit ratio accepti, & expensi, & similiter illos, in quibus fuerint Missarum obligationes ad sacristiam pertinentes, & alia quæ in similibus visitis visitari solẽt, secũdum morem & consuetudinem religionis cuiuslibet.

Octaua Conclusio.

83 POst supradicta omnia, † deueniendum est ad culparum capitulum, in quo qualiter quæ visitata fuerint corripi, ac puniri debeant, superque satis constat ex dictis in duobus præcedentibus articulis, quibus posita sunt, quæ necessariò sunt obseruanda stando in iure communi, & qui plura videre voluerit, consulat librum nuper à nobis editũ, ac in Hispano sermone typis mandatum, cui titulus, *Platicas y colationes espirituales*, quatuor continentem partes, in quarum vltima in fine, sex ponuntur collationes spirituales, pro tenendis post visitationem factam fratrum capitulis. Solum superest modo videre, vtrum Prælati regulares siue visitatores prædicti, in suis visitis & generalibus inquisitionibus, vti debeant secretario aut notario? De quo sequens instituitur Articulus.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Prælati regulares siue visitatores, & ij quibus iure competit sibi subditos visitare in eadem visita facienda necessario vti debeant secretario siue notario, in cuius præsentia fiat?

IAM supra in libro nostro ordinis iudiciarij quæst. 10. agendo de processibus, & modo a cunctis Prælatis siue iudicibus seruando in ficiendis ipsis, superque satis diximus præcisè esse necessarium id ipsum, vt fiat coram secretario, notario, siue tabellione publico, aut ipso deficiente coram duobus testibus viris idoneis, qui fideliter vniuersa iudicij acta cõscribant. Idque in omni iudicio, tã ordinario quã extraordinario, id est, in quo procedatur expresso iuris ordine seruato, siue in quo procedet simpliciter & de plano, & qđ omnia in cõtrariũ gesta sũt nulla, nec iudici ipsi, siue Prælato creditur, aut pro processu ab eo facto præsumitur, nisi quatenus de causa legitimis documẽtis constiterit, prout habetur expressum in cap. quoniam contra de probatio. quod est Innocentij III. in Cõcilio Generali. In proposito autem hoc idem in controuersiam adducitur, pro eo quod multi sunt in ea opinione, & sententia, vt dicant † debere id ipsum necessariò etiam obseruari, in visitis, & inquisitionibus generalibus, quæ fiunt à Prælatis Regularibus, & visitatoribus, quando visitant sui districtus, seu aliquarum Prouinciarum conuentus: ita quod depositiones religiosorum, & personarum quæ visitantur; fieri etiam debent coram aliquo secretario, tabellione siue notario publico, aut certa aliqua persona in id ipsum deputata, quæ secretarij vicem gerat, vel eo deficiente coram duo- 84

duobus testibus viris idoneis, & quod omnia in contrarium gesta cęseri debent omninò nulla. Et quod hac in re magis miror est, quod Pater frater Emanuel Rodericus condiscipulus meus, mihi amicitia, & religionis habitu coniūctissimus, vir alioquin doctus, & in hisce reb. quā maximè exercitatus, in 2. to. suarum regul. q. 13. a. 3. haud modicum quidē temporis insumit, in saluanda (vt ipse inquit) aliquarum religionum consuetudine, in quibus iudices, siue Prælati regulares, per se ipsos scribūt ea, quæ à testibus, seu potius personis visitandis dicūtur, non adhibito aliquo religionis secretario, siue notario, quod & dicit esse consuetudine positum in sacro nostro Minorum Ordine apud viros doctos, & graues, quando ex officio per viam inquisitionis procedunt, interrogando testes, & eorum dicta, & responsa per semetipsos propria manu subscribendo, absque eo quod id ipsum aliquem assumant notarium, seu ordinis secretarium. Verba sunt illius expressa: vt loco supra citato poterit videri. Et certè si prædictus Pater loquatur de particulari inquisitione, quæ contra aliquem in particulari fit, propter infamiam ex generali cōtra eundem resultantem, seu indicia (in casibus, in quib. ea id ipsum sufficiunt) aut propter iudicialē denūciationē, seu accusationē: haudquaquā in sacra nostra Religione ego obseruari, aut practicari vnquā vidi, quod huiusmodi inquisitionis particularis processus, siue indicium, fiat absque adhibito secretario, siue fratre aliquo scriba, qui notarij publici (iuxta nostra priuilegia) in id ipsum vicem gerat, nec vero aliter fieri posset, cum eiusmodi particulari inquisitio (vt nos supra suo proprio loco diximus) verè & propriè fit iudicium, quamuis, non ordinarium, sed extra ordinarium: & secundum supradictum cap. 1. quoniam contra de probationib. in eiusmodi iudicio, tam ordinario quam extraordinario, vt processus acta fidem faciant, semper necessario adhibendus fuit notarius, qui sit persona publica, & in casu, quo is inueniri nō possit, duo testes, viri idonei, qui vniuersa iudicij acta fideliter conscribant. Hoc itaque est certissimū, atque constitutissimum, & hac de re nulli dubiū, neque contrarium in sacra nostra Religione vnquam seruari aut practicari vidi. Si verò loquatur, non de inquisitione, particulari prędicta, sed de generali, quā nos cōmuni vocabulo visitā nominamus: nō possunt nō multum mirari, quod non prędictus pater aduerterit, aut considerauerit, ipsam ex communi omnium iurisperitorum sententia, haudquaquam esse, nec nominari posse iudicium, ordinarium, nec extraordinarium, sed præparatoriam ad iudicium communiter nuncupari, & sic illam vocat Bart. & DD. communiter, in l. vltima, ff. de quæstionib. & Bald in l. ea quidem, C. de accusationibus, & Alex. 2. li. consil. conf. 183. & Decius in rubr. de iudicijs n. 35. Specul. li. 3. tract. de inquisitione §. ad inquisitionem. De quo etiam specialiter videndus est Paz in sua praxi, prima parte in principio, annotatione 1. agendo de iudicio, num. 2. & 12. vbi expressè dicit id ipsum. Ex quo proinde sequitur, quod prædicta generalis inquisitio, siue visita (de qua in præsentiarum est sermo) non comprehendatur aut comprehendi possit siue debeat, sub decisione & determinatione prædicti cap. quoniam contra de probat. quando ibi precipit Sum. Pont. Innoc. III. quod in omni iudicio, tam ordinario, quā extraordinario, ad conscribenda processus acta, adhibeat sēper persona publica (notarius nempe) aut in eiusdem defectu duo viri idonei, qui fideliter ipsa con-

conscribant: siquidem (vt prædictum est) eiusmodi generalis inquisitio non est iudicium, neq; ordinariũ, neq; extraordinarium: nec in ea procedit Prælatus, siue visitator vt iudex, sed tantummodo vt pater, ad se instruendum, & informandum de statu religionis, Prouinciæ siue conuentus, quem visitat in communi, & non ad inquirendum de aliqua persona in particulari, vt ex ea tanquã alicuius delicti rea, siue suspecta puniatur: id enim haudquaquam potest fieri sine præcedenti infamia (vt pluries dictum est) qua propter omissis alijs, proposito articulo resolutiuè respondeo per sequentem concl.

Conclusio.

85 IN generali † inquisitione siue visita, non est necessarium (imò vero nec conueniens) quod Prælati regulares, & visitatores, ij quibus iure sibi subditos competit visitare, in excipienda eorundem visita vtantur secretario, seu persona aliqua, quæ ibidem existat, ni forsã in aliquo speciali casu, & propter aliquam peculiarem circunstantiam, id ipsum expedire videatur. Quod non sit necessarium, iam satis cõstat ex supradictis, siquidem prædicta generalis inquisitio, siue visita, non est iudicium nec ordinarium, nec extraordinarium, ac proinde nec comprehendatur sub decisione & determinatione supradicti c. quoniam cõtra de probatio. Quod verò nec id ipsum facere sit conueniens, probatur multipliciter. Primò
86 † propter secreti minus seruandi eminentissimum periculum, quod strictè seruari de iure est naturali, diuino, & positiuo, in quo quam plurimũ deferendum est quotidianæ experiẽtiæ, quæ (vt dicitur) est rerum omniũ
87 magistra. Secundò † quia propter iustum metũ eiusmodi minus, seruandi secreti, personæ quæ visitãtur, seu quarum excipienda est visita: haudquaquam audebunt dicere prælatis, & visitatoribus quę sciuerint, quamtumuis sint reformatione, & punitione digna: etiamsi ipsa sint publica, & quæ detegere teneantur, & in idipsũ constringantur medio præstito iuramento, aut sub obedientia & censuris: quę duo inconuenientia sunt quã maxima. Tertio probatur † idipsũ, 88
hac (vt mihi videtur) ratione præ alijs fortissima, vrgentissima, atq; efficacissima; nam certum est stando in omni iure, naturali, diuino, atque humanó positiuo: & iuxta traditum à Christo nobis ordinem in Euangelio positum, Matth. 18 quod correptio proximi necessario facienda est, fierique omninò debet quo minimo ipsius damno fieri possit, habendo semper curam suæ famæ: procurando vt si secreto possit corripi, nõ corripiatur coram alio, vt non eam ob causam diffametur, seu eius pudor, & fama lædatur: hac.n. ratione videmus, quod Christus Dominus (loco supracitato) agẽdo de fraternæ correptionis processu, præcepit vt quotiescunque ea facienda fuerit, prius frater corripiatur secreto: in illis verbis: Si peccauerit in te (id est, te sciẽte) frater tuus vade & corripe eum inter te & ipsum solum: postea verò si corripientem non audierit, adhibendum dixit vnum aut duos testes (non verò plures) vt non plus nimio proximus ipse noster diffametur: ac tandem tertio, si illos nõ audierit, subdidit, vt in eo casu id ipsum dicatur Ecclesiæ: id est Prælato (vt Patri, non verò vt iudici, secũdum communem Doctorũ expositionẽ) & postmodum additur, quod si Ecclesiam non audierit, habeatur tanquam ethnicus & publicanus: quo loco iuxta communem etiam Doctorum sententiam, desinit processus correptionis fraternæ, & incipit forum iudiciale: si igitur id ita est, & stando in iure naturali prædi-

prædicto diuino, atque humana positiuo: & iuxta nobis traditum à Christo Domino Euangelio fraternæ correptionis ordinem, facienda ipsa est quo minimo proximi dāno fieri poterit, tantam habendo corā suæ famæ, & honoris: cum inquisitionis generalis, siue visitæ processus fraternalis sit, non verò iudicialis (vt ex supradictis constat) contra omnem prorsus rationem, & contra ius naturale, diuinum, atque humanum positiuum, & contra præ dictum à Christo Domino ordinem præfixum omninò esse videtur, vt huiusmodi generalis inquisitio, siue visita coram aliquo secretario siue notario fiat, aut alia quacunque persona quæ ibidem assistat: quin verò fieri debet tantummodo coram solo Prælato, siue visitatore, aut visitatoribus (in religionibus in quibus id ipsum est consuetudine positum) id quod communiter obseruatur, fuitque semper obseruatum in praxi, in sacro Minorum ordine, & vt crediderim in religionibus cūctis, quibus aliqua habita est notitia ordinis iudiciarij, & studium atque desiderium seruandi ius ipsum naturale, & præfixum à Christo in Euangelio fraternæ correptionis ordinem. Nā in religionibus, quibus consuetudine est positum, vt duo sint simul visitatores, vt non plus nimio proximus corripiendus diffametur crediderim (id quod & sæpissimè audiui) quod eorum alter fungitur munere, & officio secretarij: & si alicubi aliud in contrarium statutum habeatur, videant ipsi eiusmodi statuti constitutores: nec enim nobis est in votis, in præsentiarum de aliarum religionum statutis diiudicare, aut temerè eadem reprehendere: seu potius parte inaudita damnare: sed solummodo dicere (id quod est certissimum esse credo, ac necessariò in cunctis religionibus obseruandum) nempè quod quamuis processus iudicialis in omni iudicio, tam ordinario, quam extraordinario, siue summario, necessario faciendus sit corā notario, siue secretario aut coram duabus personis idoneis, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribāt, iuxta formam prædicti cap. quoniā contra de probati. sub. attamen hæc visita, siue generalis inquisitio, nullatenus fieri debet coram notario, secretario siue scriba, aut quacunque alia persona, quæ ibidem assistat: cum id non sit necessarium, neque ea sit iudicium ordinariū, neq; verò extraordinarium: sed tantū præparatoria ad iudicium (vt dictum est supra) neq; comprehendantur sub dispositione & determinatione supradicti capituli: neque in ea Prælatus, siue visitator procedat vt index, sed solūmodo vt Pater, ad se instruēdum, & informandum de statu religionis, Prouinciæ, siue conuentus quem visitat in communi, & non ad inquirendum contra aliquam personam in particulari, vt ex hoc tanquam alicuius delicti rea, siue suspecta puniatur. Et vt videant quā malè faciant Prælati regulares, & visitatores, qui in suis visitis, & inquisitionibus generalibus contrarium omninò practicant, consulant quæso ea, quæ diximus in dicto nostro libro, quæst. 11. art. 1. de mente doctissimi olim Magistri Bañez, tractando, an ordo in Euangelio positus circa correptionem fraternam cadat sub præcepto: vbi ad nostrum propositum sequentia adinuenire licebit notabilissima verba: Ordo fraternæ correptionis ita est sub præcepto, vt quando prudenter iudicatur quod primus gradus ibidem positus, qui est corripere fratrem inter se ipsum solum, eidem prodesse poterit: si accipiatur à secūdo, qui est corripere eundē corā testibus: cōmittitur peccatū mortale. Cu

ius rationem reddens subdit, quia sic corrigens infamat alterũ absque necessitate. Habentur prædicta verba super 2. 2. Diui Thomæ quæst. 33. art 8. dub. 2. concl. 5. & sunt quidem valde notanda, & ponderanda: perspicuum vt fiat in correptione fraterna, quanta sit semper ratio habenda famę proximi, & sui honoris, vt fieri si possit haud quaquam diffametur apud alium, siue alios: & consequenter proinde, quam male faciant qui contrarium practicant, & in visita, siue in quisitione generali prædicta, quæ omninò secreta esse debet, vtuntur secretario, qui (vt de se patet) est persona publica: quæ pro isto articulo & tota quæstione dicta sufficiant.

QVÆSTIO III.

De Prælatis Regularibus, & visitatoribus quantum ad diuersum modum procedendi, quem seruare possunt, seu potius tenentur, in suis visitationibus, in quatuor articulos diuisa.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio criminum potest haberi per viam inquisitionis, aut denunciationis, aut accusationis.*

2 *Modus procedendi Prælatorum, vt Patres, & vt Iudices valde differt.*

3 *Prælati Regulares & visitatores in puniendis suorum subditorum delictis leuibus procedere debent, vt Patres non verò, vt Iudices.*

4 *Leues culpæ puniri debent simpliciter, & de plano absque ordine Iudiciario.*

5 *Delicta grauia qualiter per Prælatos, & visitatores puniri debeant?*

6 *Crimen notorium ad hoc, vt puniri possit, quodnam dicatur?*

In notorijs non seruatur iuris ordo, num. 7.

8 *Prælati visitatores in puniendis grauioribus, & grauissimis delictis procedere debent vt Iudices, non vt Patres, & tenentur processum efficere, & Iudicialem ordinem seruare.*

9 *Ordo Iudiciarius quoad substantialia non potest remoueri, neque quoad ea, quæ sunt de substantia, & de iure naturali.*

10 *Fama ad priuandum Prælatum qualis esse debeat?*

11 *Prælati regulares, & visitatores antequam deueniant ad particularem inquisitionem, quæ obseruare ante teneantur, remissiuè.*

12 *Prælati quid agere debent in crimine notorio, & delinquente occulto?*

13 *Prælati quandò possint absque præcedenti infamia ad particularem inquisitionem procedere?*

Non possunt ad particularem inquisitionem procedere propter literas infamatorias clanculum missas, num. 14.

15 *Prælati Regulares possunt absque præcedenti infamia ad particularem inquisitionem deuenire, quando non pœna delinquentis intenditur, sed solum euitare aliquod damnum, siue errorem, aut ne indignus ad aliquod officium assumatur, siue electus confirmetur.*

Et intelligitur de defectibus, quæ possunt indignum reddere: non de alijs nu. 16.

17 *Forma, & praxis seruanda in particulari inquisitione ineunda.*

18 *Denunciatio quid sit, remissiuè,*

Et quid fraterna correptio, remissiuè num. 19.

20 *Forma, & praxis seruanda informando processu quando proceditur per viam denunciationis.*

21 *Iudices, siue Prælati in puniendis grauibus criminibus non possunt procedere absque accusatore, remissiuè.*

22 For-

22 Forma seruanda in formando processu per Prælatos quando proceditur per viam accusationis.
Et processus iste debet fieri necessariò coram Tabellione, & scriba, num. 23.
In Religionibus adhibetur secretarius qui scribit processum, cum duobus Patribus, qui deinde subscribunt acta. nu. 24.

IAM supra in dicto libro ordinis iudiciarij, quæst. 5. art. 5. diximus, qualiter iuxta tres secretorum seu criminum occultorum gradus, tres etiam sunt viæ, quibus in causis criminalibus potest iure perueniri † ad eorundem cognitionem: nempe aut per viam inquisitionis, aut denunciationis, siue accusationis id quod habetur expressè in cap. qualiter & quādo el 2. §. ad corrigendos, de accusationibus, & cap. licet Helide simonia vbi tres prædicti enumerantur modi, siue viæ perueniendi ad secretorum, & occultorum criminum cognitionem. Et quæst. 14. per tres continuos articulos, diximus etiam modum quem iudices siue Prælati obseruare debent, in procedendo contra reos inquisitos, denunciatos, siue accusatos. De carcere etiam dicta sunt multa quæst. 15. per plures articulos. Sed vt modò pro instructione Prælatorum regularium, siue visitatorum, in summa atq; in compendio aliquid præ manibus, habeatur non incógruū visum est, ex tā multis ibidem dictis, aliqua sic breuiter repetere, vt sciant in suorum subditorum causis, diffiniēdis, atque determinandis, qualiter debeant procedere: remittentes eosdem ad ampliorem tractationem, quam supradictis in locis sibi facile erit videre. Sit igitur primus articulus.

ARTICVLVS I.

Vtrum Prælati regulares siue visitatores in suis visitis procedere debeant erga sibi subditos, tanquam Patres, an verò tanquam iudices?

PRo articuli intelligentia, † & vt etiam viam paremus ad ea, quæ in subsequentibus sunt dicenda, in medium afferamus oportet, differentiam, seu discrimen, quod versatur, inter modum procedendi Prælatorum Regulariū, quando procedunt vt Patres in suorum subditorum causis, & quando procedunt vt iudices. Et certè hoc satis ex se patet, vel ex sola ipsa nominum cognitione, & diuersa ratione, & appellatione Patris, & iudicis, Patris enim nomen ex se dulce, ac prorsus suaue est, amorem & charitatem omni ex parte redolens: iudicis autem non ita: quamuis & ipsi in suis iudicijs nō omninò exuere debeant paterna viscera: quin verò semper iustitiam cum misericordia temperatam, atque coniunctam habere. Sed quidquid de hoc sit, ad patris nomē reuertendo (quod præsentis est propositi) dico quod quando regulares plati in suorū subditorū causis leuibus, aut ēt grauibus (nō scandalosis) procedunt non vt iudices, sed vt Patres, curare, quam maximè debent, vt omnia paterna charitate fiant, & benignè & charitatiuè eos corrigāt, iuxta sua regularia statuta: simpliciter & de plano, absque omni prorsus ordine iudiciario, omninò nihil de pœna, aut supplicijs cogitando (fieri si possit) sed sollicitè curando ipsorum mederi vulneribus, & vt conuenienti modo in officio ipsi contineantur, & vitia omnia ab illis radicitus euellātur. Pro quo facit illud quod habetur in c. licet plerūq; d. 5.

(quod est Diui Gregorij in epist. ad Episcopos per Galliam, & Germaniā constitutos) & est quidem ad hoc propositum valde notandum, cuius sunt quæ sequuntur verba. Licet plerumque accidant in sacerdotibus quæ sint reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia quam seueritas, plus cohortatio, quā comminatio; plus charitas, quam potestas, cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato viuat. Quę supradicta verba ad literam extracta sunt à sacri Concilij Tridentini patribus, & allata Sessione 13. cap. 1. in decreto de reformatione, agendo de Prælatorum officio, & suorum subditorum correctione, vbi etiam post alia sequētia habentur verba: In primis Prælatos omnes Concilium admonendos censet, vt meminerint se esse pastores, non percussores: atque ita oportere præesse sibi subditis, vt non in eis dominentur, sed illos tanquam filios & fratres diligant: elaborentque vt hortando, & monēdo ab illicitis deterreant, ne vbi deliquerint eos debitis pęnis coercere cogantur. Quos tamen si per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli præceptio ab eis seruanda est, vt illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate, & patientia: cum sæpe plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam austeritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas quam potestas. Post quæ additur ibidem. Si autē ob delicti grauitatem virga quandoque opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate seueritas adhibenda est, vt sine asperitate disciplina salutaris, ac populis necessaria conseruetur. Hæc vbi supra, & sunt quidē verba notatu dissignima, a cūctis Prælatis regularibus summa veneratione habenda, & quam maximè obseruanda, quando in suorum subditorum causis procedunt vt patres, nō vero vt iudices. Quibus etiam concinit illud quod dixit Diuus Ambrosius in suo Pastorali, cum eisdem Prælatis verba faciens. Actio (inquit) congruat nomini, nomenque actioni: ne sit nomen inane, & crimen immane: honor sublimis & vita deceliuis. Ex quibus superque satis colligitur, qualis sit aut saltem esse debeat, modus procedendi regularium Prælatorum siue visitatorum, quando in suorum subditorum causis procedunt vt patres, non verò vt iudices. Nam secordari quo sint insigniti nomine (patrum scilicet) omnis suus finis, ac totus eorundem conatus, quam maximè fieri poterit, omninò esse debet benignè & paterna charitate illorū vulneribus mederi, omniaque vitia è suis animis radicare, & euellere, quo congruentiori medio potuerint (si fieri possit) omninò nihil de pœna, aut supplicijs cogitādo. Aliud autem est iudicium de Prælatis Regularibus, & visitatoribus prædictis, quando procedunt (non quidem vt patres) sed vt iudices: in suorum subditorum causis grauioribus, siue grauissimis, & maximè publicis, & manifestis: tunc enim cum non tantum debeant respicere particularem subditorum emendam, verumetiam bonum commune, & delinquentium vindictam in aliorum exemplum: obseruare omninò tenentur (si non expressum iuris ordinem, & omnes ipsius solennitates & apices) ad minus ordinem iudiciarium summarium, positum in Clement. sæpe, de verborum significatione: quo proceditur simpliciter, & de plano, absq; nimis tumultuoso strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta. Quo præmisso notabili (quod multum est memorię commendandum) proposito articulo, respondetur per sequentes conclusiones.

Prima

Prima Conclusio.

5 PRælati † Regulares, & visitatores, in puniendis suorum subditorum delictis leuibus, quib. grauis pœna non correspondet: haud quaquam procedere debent vt iudices, sed vt Patres, illos puniendo secundum sua regularia statuta, neque circa eorum punitionem tenentur processum iudicialem efficere. Hæc conclusio est expressa Speculatoris, titulo de inquisitione, §. vltimo, & eã tenet Panorm. in cap. cum contingat de foro compet. & in cap. ad nostrã, & cap. cum speciali de appellat. & c. reprehensibilis eod. tit. & Ioannes Monachus, in cap. 1. de religiosis domibus lib. 6. Federicus de Senis consil. 55. & 105. Lapus allegatione 74. nu. 5. Sot. li. 5. de iusti. & iure, q. 4. a. 1. Alfonsus à Villagut in sua Practica crim. canonica, lib. 6. conclu. 3. Victorinus Manso in sua etiam practica crimin. c. 6. nu. 4. & Emanuel Rodericus, tom. 2. quęstio. Regular. quęst. 3. art. 1. & est communis omniũ Doctorum resolutio. Et certè hoc parũ, vel nihil difficultatis habet: cum etiã in sæculari iudicio, & laicorum causis leuibus dijudicandis, diffiniendis & determinandis, similibusque delictis puniendis, quibus nõ graues, sed leues pœnæ correspondẽt: de iure cõmuni loquendo statutũ habeatur, vt sic, non verò aliter decidantur, atque puniãtur, & vt in illis non fiat processus: vt habetur in l. leuia, ff. de accus. Et præterquam quod omninò esset ridiculum, & contra omnem prorsus rationẽ, in eiusmodi causis leuibus, & puniendis delictis, quibus non graues, sed leues pœnæ correspondent, formare velle processum, ac iudicij strepitum facere: si in religionibus tali consuetudini locus daretur: omninò actum esset de illis, & in magnum damnum, & detrimentum vergeret voti obedientiæ, quod in sua professione emittunt religiosi. Quid enim quæso turpius, aut regularibus institutis perniciosius esse posset, magisve dedecens religiosorum statum, quam si Monasteriorum prælati disciplinæ gratia eadem perlustrãtes & visitantes, religiosorum quempiam nocte, vel de die contra sua regularia statuta silentium infringentem, repetientes, aut comedentem, seu bibentem sine licentia, vel quidpiam simile facientem: non illũ corrigere ac punire possent, nisi medio extructo processu, & contẽtioso iudicio adhibito, etiam summario. Non id vllo modo in religionibus est admittendũ: quin verò eiusmodi † culpæ, & delicta leuia, à Pręlatis Regularibus tanquam patribus, puniri & emendari debent, simpliciter & de plano, absque vllo prorsus iudiciario ordine seruato (ẽt summario) nam pręsumptio stat pro ipsis, cum sint Patres, nihil se per calumniam dicturos, aut facturos, sed solummodo subditorum suorum emendationi & saluti, regularibusque institutis conseruandis, prudenter & humaniter prospecturos. Hoc itaque est certissimum atq; constitutissimũ: de quo videantur quæ diximus in dicto nostro libro iudiciarij ordinis, quæst. 14. art. 3. concl. 4. agendo de causis leuibus, & quibus apud iura, & religiosa statuta grauiores pœnæ non correspondent. 4

Secunda Conclusio.

PRælati Regulares, & visitatores, † ad punienda suorum subditorum delicta grauia, manifesta, siue notoria, juxta sua regularia instituta: non etiam tenentur ordinem iudiciarium (etiam substantialẽ) seruare, aut processum efficere: & idẽ dico quando aliquem repererint in fragranti delicto, siue crimine. Hæc etiam conclusio est certa, & mani- 5

manifesta,& eam tenet expressè Speculator 3. p. tit. de accusatione §. 1. num. 17. & D. Antonin. 3. par. tit. 9. cap. 8. §. 3. satisque colligitur ex cap. de manifesta, iuncta Glossa 2. quęst. 1. & cap. ad nostram el 2. de iure iurando. In quorum primo in summario habetur, quod iudiciarium ordinem manifesta non desiderat causa. Et ad hoc propositum refertur factum D. Pauli, de quo dicitur 1. Corint. 5. notorium quendam incestuosum, per excommunicationis sententiam Sathanæ tradidisse, absque vllo prorsus iudiciario seruato ordine. Eandem conclusionem tenet Anto. Gom. tom. 3. variar. cap. 1. num. 41. vbi quærit, an delictum, quod est notorium indigeat accusatione, vel aliqua forma, & ordine iudiciario? Et respondet quod non. Et idem dicit Iul. Clarus lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 8. num. 1. agendo de delinquentibus sæcularibus, repertis in fragranti delicto: de quibus dicit quod in tali casu iudex, non solum potest contra eos inquirere, verum etiam & aduersus illos procedere vsque ad sententiam, iuris ordine non seruato. Verba sunt ipsius expressa. Et idem omninò dicit, in sequenti quæst. 9. num. 1. agendo de crimine notorio, vbi ait quod notorietas delicti non modò aperit viam iudici ad inquirendum contra reos, verum etiam facit, vt possit vsque ad pœnæ executionem procedere: iuris ordine non seruato. Sed oportet (inquit) scire quodnam dicatur delictum notoriũ: vt enim dicit supradicta glossa in cap. de manifesta 2. quęst. 1. quoniam loquimur de notorio, & ignoramus quid sit notorium. Cui difficultati respondẽdo in sequenti num. 2.

6 ait prædictus Iulius Clarus: illud esse crimen notorium, quod nulla potest tergiuersatione celari: nempe quod committitur coram omni, vel maiori parte populi: quam esse dicit opinionẽ communem. Sed aduertit in sequenti numero tertio, quod nõ sufficit factum aliquod esse notoriũ, vt puta quod Seius Caium interfecerit, nisi etiam sint notoriæ qualitates ipsius facti: ita scilicet quòd nulla defensio, seu excusatio competat eidem Seio, quominus puniendus sit pœna homicidij: quam etiam esse dicit opinionem communem. Potest enim (inquit) contingere, quod homicidium fuerit ad sui defensionem commissum, vel quod aliàs prædictus Caius impunè potuerit occidi. Pro quo remittit se ad ea, quæ dicit in dicto 5. libro §. homicidium. Et in sequenti nume. 4. proposita quæstione, an in puniendis prædictis delictis notorijs requiratur citatio respondet, quod ad sententiam requiritur omni proculdubio (quæ est etiam communis opinio) sed ad desumenda indicia super ipso delicto notorio, dicit quod reus non est citandus, quotiescunque ex tali citatione instrueretur ad fugam. Et addit de mente quorundam, quod si delictum adeò esset notorium, vt apertè constaret nullam reo competere defensionem: aduersus eum posset procedi absque vlla prorsus citatione: quamuis hoc vltimum non multum sibi placeat, quin verò indistinctè tenet, quod in quocunque delicto notorio, si reus est absens, debet citari, non modò ad sententiam (vt dictũ est supra) verum etiam & ad processum, si non sit suspicio de fuga: in quo casu, si potest fieri debet personaliter capi, aliàs enim non posset constare nullam defensionem, siue excusationem reo ipsi competere, nisi commonito, & audito. Si verò (inquit) sit præsens, & in carceribus detentus, & apertè cõstaret nullam defensionẽ sibi cõpetere: absq; citatione vlla cõtra ipsum posset procedi, & tãtũ vel potenus erit monẽdus, vt ad sui defensionẽ adducat quidquid habuerit.

Idem

Idem omninò hac de re agendo dicit Farinac. 1. par. quæst. 21. vbi à num. 1. cum sequentibus, multis præmissis ad explicandum quodnam delictum dici debeat notoriũ, & quid addat notorium supra manifestum: à nu. 60 cum sequentibus, dicit atq; constituit pro generali regula, quod
7 in notorijs † iuris ordo non seruatur: quod probat multis iuribus, & Doctorum auctoritatibus, sed præcipuè supradictorum Antonij Gomez, & Iulij Clari locis citatis, qui videri poterunt ad sciendum qualiter in huiusmodi delictis sit procedendum simpliciter, & de plano, nullo præmisso (etiam substantiali) ordine iudiciario. Videatur etiam hac de re, id quod nos diximus in dicto nostro libro ordinis iudiciarij, supra quæst. 7. art. 10. & quæst. 13. art. 2. conclus. 1 in 1. casu, eadem de re agendo; vbi ad hoc propositum reperire licebit multa, eaque notatu dignissima. Sed pro nunc dicta sufficiant, vt fiat perspicuum qualiter Prelati Regulares & visitatores, ad punienda suorum subditorum delicta (etiam grauia) secundum sua regularia instituta: si ea sint notoria, & manifesta, aut reperti fuerint ipsi infragranti delicto & crimine, non necessariò tenentur processum efficere, nec seruare etiã substantialem iudiciarium ordinem.

Tertia Conclusio.

8 PRælati Regulares, † & visitatores, ad punienda suorum subditorum delicta, grauiora siue grauissima, procedere debent vt iudices, non verò vt patres: necessarioque tenentur proinde processum efficere, & iudicialem ordinem saltum substantialem seruare. Hæc conclusio est certa, & manifesta, satisque colligitur ex cap. qualiter, & quando el 2. de accusationibus, vbi traditur ordo procedendi Prælatorum Ecclesiasticorum in causis criminalibus, in illis verbis in fine: Hunc tamen ordinem circa regulares personas, non credimus vsque quaque seruandum. Vbi (vt probè notat. Panormitan.) per verbum illud, vsquequaque, satis datur intelligi, quod in regularium causis iudicialiter finiendis, atque determinandis, iudiciarius † ordo quoad subtilitatem, quamuis 9
possit remoueri, non tamen quoad veritatem: neque quoad ea, quę sunt de essentia, & substantia iudicij, & de iure naturali diuino: hæc enim omninò obseruanda necessariò sunt in omni iudicio (vtcunque summario) quando agitur de maximo præiudicio, & de delictis quibus non leues, quin vero graues pœnæ correspondent. Quæ nam sint ea, quæ necessario obseruanda sunt in omni iudicio, iam supra à nobis, remanet dictũ, in prædicto nostro libro, quæst. 14. art. 2. vbi explicauimus, quę nam sint de essentia & substantia iudicij præcise: quæ verò solummodo de solemnitate, integritate & perfectione eiusdem: & in particulari sunt vbi omnia posita, magisque expressius in sequenti art. 3. qui est de modo, quo religiosorum Prælati in suis iudicijs procedere debent circa reos sibi subditos. Solummodo aduerto, quod Prælati regulares & visitatores, ad puniendum, suspendendum, seu etiam officio priuãdum alicuius conuentus ordinarium regularem Prælatum, non etiam tenentur ad vnguem seruare ordinem iudiciarium, eo modo quo seruandus est in diffiniendis, & determinandis sæcularium Prælatorum causis: quin verò sufficit, ac satis est, seruare ordinem substantialem, eo modo, quo seruari habet in aliorum religiosorum causis, vt satis colligitur; quin verò expressè dicitur, in supradicto c. qualiter & quando el. 2. de accusationib.

In sequenti etiam secunda conclusione diximus, quod id ipsum obnixè obseruari, necdum est de iure humano positiuo, verum etiã de iure naturali, & diuino. Et vt nullus dubitandi relinqueretur locus, quęnam infamia ad ineundam particularem inquisitionem prædictam sufficeret, esseque necessariò requisita, cumulatissimè diximus, atque probauimus in supradictæ quæstionis art. 2. concl. 1. generalem statuentes regulam, quod ad ineundam eiusmodi particularẽ inquisitionem, & ad hoc vt aliquis sufficienter existimetur infamatus de aliquo patrato à se crimine: necessũ est, vt ad aures iudicis, siue Prælati clamet id ipsum, insinuet siue deferat, maxima pars viciniæ, conuentus siue collegij, vbi ille talis commoratur: quamuis necessarium non sit, quod testes de eiusmodi infamia deponentes sint oculati: sed sat est vt ipsi id audierint à personis fidedignis habuerintque in id ipsum indicia, & sufficientes coniecturas, vt in sequenti secunda conclusione dicitur. Et tãdem in tertia, qualiter multo maior fama requiratur & necessaria sit, ad inquirendum contra Prælatos, iudices, & personas in officijs constitutas, quam contra particulares alias, eius rei exactissimam rationem reddentes, deductam ex c. qualiter & quando el 2. de accusation. quia (nempe) positi sunt quasi signum ad sagittam, & quia non possunt omnibus placere, & cum ex officio teneantur alios corrigere, increpare, & arguere, frequenter multorum odium incurrunt. Quæ quidem omnia prædictis in locis apertissimè explicata, & probata videri cum possint, haudquaquam est cur iterum repetatur modò. Et in sequenti articulo tertio eiusdem quæstionis per 4. continuas conclusiones, etiam diximus, qualiter priusquam deueniatur ad ineundam inquisitionem particularem prædictam, aliquibus testibus, duobus, vel tribus (non paucioribus) probanda sit infamia supradicta, à iudice siue Prælato saltim extraordinario, & ea de re facienda sit summaria informatio, ni forsan in aliquibus casibus ibidem adductis, in quibus propter ipsorum specialitatẽ, iudices & Prælati, tam extraordinarij, quàm ordinarij, ad eiusmodi inquisitionem possunt procedere, prædicta infamiæ informatione prætermissa. In sequenti autem art. 4. agendo de indicijs per totidem quatuor conclusiones etiam diximus, multisque iuribus, ac rationibus probauimus, quod quamuis respectu criminis, quod ex se non est manifestum, & patrator similiter est occultus, indicia quantũuis grauia, & manifesta, ad ineundam particularem inquisitionem contra aliquem haudquaquam sufficiant, nisi de eo simul aliqualis infamia fuerit exorta: iuxta ea, quæ superius sunt dicta: sufficiunt tamen ad efficiendam eiusmodi inquisitionem, respectu criminis, quod ex se est manifestum, quamuis patrator sit occultus. Verum licèt sit quod in tali casu nõ quidem sufficit vnum dumtaxat indicium, quantumuis grauia illud sit, sed plura ea esse debent, & vtcunque grauia, & manifesta, necessum est, quod singula per duos testes contestes comprobentur: iuxta communem magisq; receptam Doctorum Iurisperitorũ sententiam. Sufficient tamen indicia manifesta, quæ grauia non fuerint (si non ad ineundam particularem inquisitionem) ad interrogandum tamen reum sic infamatum, si contra eum procedatur per viam accusationis: & tenebitur ipse (quin verò & testes similiter) in eo casu iudici, siue Prælato respondere, ac veritatem dicere: cum eiusmodi indicia semiplenæ æquipolleant probationi. Supradicta omnia apertissimè manent

expli-

explicata & probata in prædicto art. 4. neque necessum est, vt in his amplius immoremur. Et in sequenti ar. 5. per tres conclusiones agentes de semiplena probatione (quam etiam in conclusione ad ineundam particularem inquisitionem diximus sufficere) hoc magis explicando multis ostendimus, id ipsum esse intelligendum concurrente simul aliquali infamia (iuxta ea quæ superius sunt dicta) non verò aliter, quando crimen est occultum, & criminosus similiter: verum licèt sit quod si crimen est manifestum, & cujus ex officio iudici, siue Prælato incumbit facere inquisitionem: ad eandem ineundã sufficiens erit supradicta semiplena probatio, quamuis criminosus sit occultus (quæ est communis Iurisperitorum, & Theologorum sententia) dum tamen testis, qui prædictam fecit semiplenam probationem, omni sit exceptione maior, & deponat de visu & de maleficio ipso, & non solum de indicio ad maleficium, vt tradunt omnes Doctores communiter de mente Bartoli: & absque dubio sufficit semiplena probatio prædicta, ad interrogandũ, tam reum, quam testes, quando iudex, siue Prælatus procedit contra aliquem per viam accusationis, & sic interrogati tenebuntur eidem respondere, ac veritatem dicere, quæ est etiam communis omniũ Doctorum resolutio.

At quando crimen aliquod est publicum, & notorium, sed persona delinquens occulta, ius habeat iudex, siue Prælatus inquirendi malefactorem, magna est lis & controuersia inter DD. tam Theologos quam Iurisperitos, affirmantibus quibusdam, negantibus verò alijs: multis hinc inde validissimis pro vtraque parte propositis argumentis: de qua quæstione latissimus est à nobis factus sermo, loco supradicto art. 6. sed modo ex ibidem dictis, breuiter atque resolutiuè eidem respõdeo per sequentem conclusionem.

Secunda Conclusio.

PRælati Regulares, & visitatores † crimine existente publico atque notorio, delinquente verò occulto: bene possunt procedere ad particularem eiusdem inquisitionem in communi: debent tamen id ipsum facere nullam exprimendo, aut nominando personam in particulari, nisi de ea sit infamia, aut aliqua habeãtur manifesta indicia, vel semiplena probatio, iuxta ea, quę dicta sunt in præcedenti conclusione. 12

Hæc conclusio sic explicata, est certa & manifesta, & quidquid nonnulli in contrarium dicant) manet superque satis probata loco vbi supra, vbi latissimè sunt dicta omnia, quę circa inquisitionem prædictam oportet aduertere, & qualiter testes in eiusmodi inquisitione interrogati, ac medio iuramento examinati, & astricti: omni proculdubio tenentur veritatem dicere, occultumque malefactorem manifestare, quamuis ipse aliàs nulla laboret infamia: & satis factum est omnibus argumentis in contrarium propositis, meo quidem videri sufficientissimè, vt videri poterit ibidem: neque enim est in votis eadem hic repetere, & semel atque iterum dicere.

Tertia Conclusio.

PRælati regulares, † & visitatores, in aliquibus casibus propter ipsorum atrocitatem & specialitatem, etiam possunt absque præcedenti infamia ad particularem inquisitionem procedere. Hæc conclusio apertissimè; & cumulatissimè manet etiam explicata, & probata, in dicto libro ordinis iudiciarij, qu. 13

7. art.

7. art. etiam 7. & adductum est exẽplum de criminibus vergentibus in perniciem publicam (quale est crimen hæresis, læsæ maiestatis, proditionis ciuitatis, & quod dicitur nefandum siue innominandum) idemque est iudicium de similibus, simul quę adducti sunt alij casus, in quibus propter speciales aliquas rationes, absque prædicta præcedenti infamia, iudices atque Prælati procedere optimè possunt, ad ineundam prædictam particularem inquisitionem.

Quarta Conclusio.

14 PRælati Regulares, † & visitatores, propter schedulas seu literas infamatrices, & delatorias clanculum missas, nullo modo possunt, aut debẽt procedere contrà aliquem ad particularem inquisitionem, etiamsi in eisdem nominentur testes, ex quorum testimonijs sciri, & cõprobari possit ꝙ cõtinetur ibidem. Hæc etiam conclusio manet satis explicata, & probata, multis rationibus, atque Doctorum auctoritatibus in art. 8. supradictæ quæst. 7. concl. 1. vt amplius videri poterit ibidem. Dictumque est in conclusione secunda, qualiter eiusmodi literę infamatrices statim scindendæ, atque rumpendæ sint, & in casu quo propter aliquam specialem rationem, & causam id ipsum facere nõ cõueniat sed vt seruentur: nulla tamen de eis omninò est habenda ratio, vt propter ipsas ad ineũdam particularem inquisitionem procedatur, magis quam si nunquam allatæ, aut exhibitæ fuissent, quod etiam probatum est aliquibus iuribus, rationibus, & Doctorum auctoritatibus: ac tandẽ satisfactum argumentis omnibus in contrarium propositis, quibus apparenter probari videbatur contrarium.

Quinta Conclusio.

PRælati Regulares, † & visitatores, sine præcedenti infamia benè possunt procedere ad ineundam particularem inquisitionem, qua non pœna delinquentis intenditur; sed solummodo euitare aliquod damnum, siue errorem, aut ne indignus ad aliquod officium assumatur, siue electus confirmetur. Hæc etiam conclusio in art. 9. supradictæ quæst. 7. satis manet explicata, & probata; aliquibus iuribus, rationibus, & Doctorum auctoritatibus; & notanter ibidem est dictum, qualiter qui expostulant aliquod officium siue dignitatem ad quam obtinendam, speciales aliquæ qualitates requiruntur, quam maximo se exponant periculo, semetipso propalandi seu potius infamandi: cũ si & ipsi inter alios de huiusmodi qualitatibus interrogentur, teneantur veritatem dicere, & proprios defectus, atque sui generis, & suorum parentum confiteri, si qui sunt, qui illum eiusmodi dignitatis indignum reddant (etiamsi sint occulti) quod tenent multi Doctores, sed pręsertim nouissimè Salon de iust. & iure super 2. 2. D. Thom. quæst. 69. art. 1. controuers. 4. quod (inquit) nõ contingit in illis, qui non voluntariè eiusmodi assumunt officia, sed eliguntur absque eo, quod ipsi expostulent: nam eiusmodi non tenebuntur proprios suos, aut suorum parentũ, vel sui generis defectus manifestare in publicumue producere: quamuis de illis interrogentur (si sint occulti) quin verò ius retinẽt vt nõ de occultis diffamentur, cui iuri non renunciant, nisi quando voluntariè illa expostulant. Ad quod propositum dicit prædictus Salon, quod superiores Prælati, & electores, quando volũt aliquem præficere, & ad aliquod offi-

officium, siue dignitatem eiusmodi qualitates requirentem promouere, suum prius animum, & intentionem debent illi manifestare, & indicere, per se, vel per interpositam personam, insinuando conditiones, & qualitates, quæ in id ipsum requiruntur, & defectus, qui impedimento, & obstaculo eidem quoquomodo esse possunt, quominus ad eiusmodi officium, siue dignitatem promoueatur: vt se videat & iudicet idoneus ac sufficiens, necne? quo semel facto si, admonitus consenserit, perinde consentire videtur, vt de eo fieri possit prædicta particularis inquisitio, & iuri suo renunciare, vt sui defectus (etiam occulti) disquirantur, & de illis interrogatus teneantur veritatem dicere, ac semetipsum prodere.

16 Quod est † intelligendũ de illis defectibus, qui ipsum possunt ad eiusmodi officium siue dignitatem indignum reddere, non verò de alijs ad ipsum non pertinentibus: nam de eis omninò diuersum est iudicium. Supradicta omnia quam maxima sunt consideratione digna, multumque iuridica, ac conformia aliquibus capitulis iuris canonici, quæ videri poterunt loco supracitato.

Sexta Conclusio.

17 PRælati Regulares, & visitatores, † procedere volentes ad inducendam inquisitionem particularem prædictam, sic eiusmodi processum debet instruere, in propria cuiusque persona in particulari dicendo: Frater Petrus aut Paulus N. Prouincialis Minister, seu visitator talis Prouinciæ N. cum ex præmissa generali inquisitione siue visita (seu aliter si alias motus est ad ineundam eiusmodi inquisitionem) ad meas aures peruenerit, fama præcedente, & clamorosa insinuatione existẽte (in casu quo procedat occasione præexistentis infamiæ) & si ad id ipsum moueatur ex expressis, atque manifestis indicijs, aut existente semiplena probatione (in casu quo iuxta superius dicta hæc ipsa ad ineundam particularẽ inquisitionem sufficiant) dicere debet: Quia fuerũt expressa & manifesta indicia, seu habita est semiplena probatio, quod F. Franciscus aut Ioannes N. Monasterij bona dilapidauerit, aut cum muliere quadam non bonæ famæ suspectam conuersationem habuerit, & cum maximo sęcularium scandalo, ipsius domum semel, & iterum fuerit ingressus, seu potius multoties eo ire frequentauerit, sæpiusq; ac de re admonitus vt à tali cõuersatione abstineret, id nihilominus curare neglexerit, boni publici, & veritatis indagãdę gratia, & vt debitè meo perfungar officio, præsentem particularem inquisitionẽ instituere curaui, super prædictis omnibus eiusdemq; annexis, testes examinando, eo modo & forma, quæ sequitur. Prędicto modo extruẽdus est processus, cum eiusmodi inquisitio fit à Prælato ordinario, & in loco, quo fit ordinariã iurisdictionem habente, in quo (vt dictum est supra quæst. 7. art. 3. concl. 1.) non necessariò requiritur aliqua vt fiat probatio, seu informatio vigentis infamiæ. At si fiat à Prælato extraordinario, siue delegato, quales sunt visitatores Prouinciarum, cum (pro vt dictum est ibidem conclusione secunda de mente Panormit.) eiusmodi informatio de infamia existente necessariò fit facienda, fieriq; debeat, vt dicitur conclus. 4. per duos, vel tres testes, non verò per pauciores: prædictæ specialis informationis processus, sic habet exordiri. Frater Petrus, vel Paulus N. visitator seu commissarius talis Prouinciæ, cum ex generali inquisitione siue visita præmissa, ad meas aures peruenisset, præcedente infamia, siue clamo-

clamorosa insinuatione, duorū aut trium testium legitimis testimonijs comprobata, &c. vt supra. Quod desumptum est ex supradicto Panormitano, in cap. cum oporteat, & cap. cū dilecti de accusationib. & tradit etiā illud Speculat. titulo de inquisitione §. 2. Post quæ supradicta omnia pro maiore claritate, & distinctione supradicti processus, describenda sunt capitula sigillatim, de quibus examinandi, & interrogandi sunt testes: & quidquid ipsorum vnusquisque dixerit, mandandum est fideliter literis, propria subscriptione apposita, & ipsius Prælati, siue visitatoris, necnon & tabellionis, siue notarij, aut scribæ corā quo facta fuerit eiusmodi particularis inquisitio. Reliqua quæ sequuntur quousque eiusmodi finiatur processus congruenti ordine pro prijs suis locis dicentur. Similique modo exordienda est prædicta inquisitio, quando facienda est de aliquo commisso crimine publico (v. g. homicidio, siue furto) delinquente existente omninò occulto (in casu quo fieri debeat) de quo videatur art. vltimus, quæstionis 30. & procedatur ad vnguem, vt dictum est ibidem.

ARTICVLVS III.

Qualiter Prælati Regulares, & visitatores prædicti, se habere debeant aduersus suos subditos, quando proceditur contra ipsos per viam iudicialis denunciationis.

PRO huius articuli intelligentia priusquam ad eiusdem resolutionem deueniamus, nonnulla sunt præmittenda, seu potius in memoriam reducenda, ex ijs, quæ latissimè dicta sunt à nobis supra in prædicto nostro libro quæst. 8. 9. 10. 11. & 12. per plures articulos. Et in primis, supposito quod † denunciatio, vt communiter & 18 generaliter sumpta nihil est omninò aliud, quam nunciatio, siue manifestatio criminis, siue delinquentis occulti, facta legitimo Prælato, siue iudici: promitto ex communi resolutione duplicem esse denunciationem, alteram fraternam, alteram vero iudicialem, & quid qualibet earum sit, & in quo denunciatio in communi, differat ab inquisitione & accusatione superque satis est dictū in quæst. 8. art. 1. & 2. nec necessum est vt in præsentiarum id ipsum iterum, atque iterum repetamus, & in sequenti tertio articulo etiam est dictum specialiter denunciatio fraterna, & in quo differat à iudiciali, & explicata differentia multiplex, quæ inter ipsa versatur, quę videri poterit ibidem.

Secundò præmitto tanquam certū atque indubitatum, quod fraterna † correptio (quæ alio nomine dicitur 19 denunciatio fraterna) cadit sub præcepto, naturali, diuino, & humano positiuo, cunctos in vniuersum mortales rationis compotes obligās, vt latissimè etiam dictum est à nobis supra q. 9. per plures articulos, quib. ni fallor adducta sūt omnia, quæ ad hoc propositum possunt desiderari, è suo fonte intimisque visceribus eruendo, vnde nascatur, suumque trahat ortum, & originem eiusmodi obligatio, & quis nam sit modus seruandus in correptione fraterna prædicta. In sequenti etiam quæst. 10. per plures articulos egimus de eiusdem materia, & conditionibus, & qualitatibus ad eandem requisitis, tam ex parte corripiendi, quam ex parte corripientis: & tandem in sequenti 11. quæst. de ordine seruando in eadem facienda, tam à subditis, quam à Prælatis, & quid Prælati ipsi facere debeant cum sibi subdito fraternaliter denunciato. Supradicta omnia plenissimè, atque

que cumulatissimè explicata, & declarata sunt locis supradictis. Postquam in quæstione sequenti 12. per plures articulos egimus de denunciatione iudiciali, dicendo quid & quotuplex sit, & in quo ab accusatione differat, & quinam sint qui tenentur ad illam, seu verò prohibiti sunt iudicialiter denunciare: ac tandem de modo & forma seruanda in denunciatione eiusmodi, & qualiter iudices, siue Prælati se habere debeant in eadem recipienda. Quibus sic præmissis & habitis pro expressis, cum facillimo negotio videri possint in quæstionibus, & articulis prædictis, solummodo superest pro resolutione propositi articuli, vt breuiter dicamus qualiter Prælati Regulares, & visitatores, prædicti se habere debeãt in formandis processibus aduersus sibi subditos, quando contra eosdem proceditur per viam supradictæ iudicialis denunciationis. De quo sit conclusio.

Conclusio.

20 PRælati Regulares † siue visitatores, procedentes contra aliquem per viam iudicialis denunciationis, in processus capite sequentem tenentur seruare ordinem: Frater Petrus, siue Paulus N. Prouincialis Minister, siue visitator talis Prouinciæ N. cum denunciatio coram nobis fuerit iudicialiter proposita à N dicendo, quod F. Ioannes, vel Franciscus N. omni Dei timore postposito, ac suæ obligationis oblitus, tale, vel tale crimẽ cõmiserit, N. & propter bonum publicum postulauerit eundem pęnis à iure constitutis debitè puniri (si denunciatio facta fuerit à persona publica fungente fiscalis officio) & in casu quo denunciatio iudicialis prædicta fiat à persona aliqua priuata, de iniuria particulari sibi illata, dicere debet: & expostulauerit debitam sibi satisfactionem fieri, damnumque illatum resarciri: ad veritatem eruendam, & iustitiam ministrandam, processum extruendum. Curaui, ac præsentem informationem feci, examinando productos testes, eo modo, & forma quæ sequitur.

Pro huius conclusionis pleniori notitia, videatur omninò articulus quintus supradictæ quæst. 12. in cuius prima conclusionis dictum, & explicatum est latissimè, qua forma denunciatio iudicialis prædicta sit proponenda, per viam actus, siue per modum libelli, & in quibus casibus, & à quibus personis sit admittenda, & recipienda: à quibus verò non ita, sed omninò reijcienda. In sequenti etiam secunda conclusione est dictum, quisnam sit effectus iudicialis denunciationis eiusdem, nempe aperire viam Prelato, siue iudici, vt (prout facere tenetur) procedat ad faciendam supradictam informationem, contra personam in eadem nominatam pro delinquenti, quia succedit loco diffamationis, præbetque illis proinde ius inquirendi ex suo officio contra supradictam personam, quod aliàs facere non possent, non præcedenti infamia, aut denunciatione prædicta, seu accusatione (de qua dicemus in sequenti articulo) aut in aliquo particulari casu, qui ex se ipso locum, & vicemgerat infamiæ: de quibus casibus aliqua dicta sunt supra quæstio. 7. artic. 7. de inquisitione agendo, & plura quæstio. 13. artic. 2. explicando quinam sint casus, qui vicemgerant accusatoris. De pęna, qua puniendi sunt iudiciales denunciatores regulariter, nisi in certis quibusdam casibus, videantur quæ diximus quæstio. 12. artic. 6. & 7. vbi (ni fallor) reperire licebit omnia, quæ ad hoc propositum desiderari possunt.

AR-

ARTICVLVS IIII.

Qualiter Prælati Regulares, & visitatores, habere se debebeant erga sibi subditos, quando contra eosdem procedunt per viam accusationis.

PRO huius etiam articuli intelligẽtia, & priusquam ad eiusdem resolutionẽ deueniamus, præmittere oportet, siue in memoriam reducere, aliqua ex multis quæ diximus in eodem nostro libro quæstio. 13. per plures articulos, agendo de accusatione, & accusatoribus. Atque in primis constituimus in primo articulo, pro generali regula ab om-
21 nibus receptissima, quod † iudices, siue Prælati in puniendis grauib. criminibus, & quibus graues pœnæ correspondent, nullo modo contra aliquem possunt procedere, non existente accusatore, seu aliquo alio, quod accusatoris vicem gerat, prout ẽt satis cõstat ex supradictis. Quod est certissimũ, & constitutissimum, stando in omni iure, tã canonico, quam ciuili, quin verò & in iure naturali: nam & hoc naturali rationi nimis esse conforme, probauimus multis iuribus & rationibus, simul atque Doctorũ auctoritatib., statuẽtes nihilominus in sequenti ar. 2. plures casus, qui ex communi omnium sententia, & resolutione, ex se vicem gerunt accusatoris, quos omnes ad 4. capita reduximus. Primò quando crimen est notorium. Secũdò, qñ adest infamia, aut clamorosa insinuatio, seu indicia vel semiplena probatio (in casibus, quib. prædicta sufficiunt) iuxta superius dicta. Tertiò quando procedit denũciatio iuridica, de qua dictum est in præcedenti articulo. Ac tandem quartò & vltimò, quando fraterna correptione præmissa, subditi alicuius crimen Prælato denunciatur tanquam Patri, tunc enim si denunciatus fuerit obediens, ac dicto audiens, non licet Prælato contra eundem ad pænã, siue inquisitionem procedere: quin verò illic fraternalis processus debet sistere: sin autem rebellis extiterit, contra eum poterit procedi: nam tũc rebellio ipsa vicem habet accusatoris. Supradicti omnes casus latissimè explicati, & declarati sunt in prædicto secundo articulo. In sequenti autem tertio, egimus ẽt de obligatione, qua interdũ tenentur hoĩes alios accusandi, vel saltim iudicialiter denunciandi: vt pote de criminibus, vergẽtibus in perniciem publicam, dummodo ea possint idoneis, ac legitimis testibus comprobari: secus licet sit de offensis, & iniurijs proprijs, & criminib. quę dũtaxat nocent personæ alicui particulari, in quibus diximus nõ teneri quẽpiam aliũ accusare, immo neque iudicialiter denunciare: quin verò consilium esse saluberrimum, illatam iniuriam ob Dei amorem remittere, aut præmisso fraternæ correptionis ordine, id ipsum Prælato tanquam patri reuelare, ad hoc vt delinquentem fraternaliter corrigat, quamuis illicitum non sit, de iniuria sibi illata quempiam alium accusare, id si debito prosequatur modo, omni semoto odio, atque rancore. Hac de re dicta sunt multa, eaq; notatu dignissima in prædicto art. 3. dictæ quæst. 13. quæ videri poterunt ibidem. In sequẽti autem quarto per 11. conclusiones, insinuauimus multorum hominum genera, qui ab accusatione repelluntur, & accusare nõ possunt. In sequenti articulo quinto, in controuersiam adduximus, an accusationem necessariò fraterna correptio debeat præcedere? Et in sexto, an accusatio prædicta fieri etiam necessario debeat in scriptis, & monstrauimus qua forma construenda sit, quando proponitur per modum actus, seu libello exhibetur. Et in septimo, an sint aliqua quæ iniustam

&

& iniquam reddant accusationem? In octauo autem articulo egimus, an iudex, siue Prælatus pro libito, siue ex causa, rescindere possint accusationes, & accusans pretio, vel precibus ab accusatione desistere, ac tandem in vltimo & nono, an accusator in probatione deficiens, pœnam talionis teneatur subire? Quibus omnibus prædictis difficultatibus congruentissimas etiam adhibuimus solutiones, & (nisi me animus fallit) cumulatissimè explicauimus omnia quę ad hoc propositum possunt desiderari. Quibus sic præmissis, ac pro expressis habitis, vt ad propositum articulum accedamus, pro ipsius resolutione sequentem statuo conclusionem.

Conclusio.

22 PRælati Regulares † & visitatores, quotiescunque propter accusationem in scriptis, seu vocetenus propositam, aduersus aliquem sibi subditum procedere voluerint, eiusmodi processum in sequēti forma debent construere. In tali loco N. tali die N. talis mēsis, & anni N. ego F. Petrus vel Paulus N. Prouincialis Minister, siue visitator talis Prouinciæ N. cum Ioannes vel Franciscus N. coram me comparuerit, ac grauiter conquestus fuerit, quod N. ex insidijs eundem fuerit aggressus, ac baculo semel, & iterum percusserit, acerbèque verberauerit, de quo sibi iustitiam ministrari poposcit iuramento adhibito, quod non animo calumniandi, sed iura sua tuendi hanc querelam siue accusationem proponat, & sub talionis pœna pollicendo se illam vsque in finem prosecuturum: in id ipsumque testes produxerit: ad veritatem indagandam: & iustitiam partibus ministrādam, ad examen eiusmodi testium processi, eo modo & forma quæ sequitur. Sic vel aliter, formari potest processus caput, quando fieri habet contra aliquem per viam accusationis. Circa quod parum, vel nihil notandum sese offert, prçterquam quod eiusmodi processus, quemadmodū, & processus inquisitionis, siue iudicialis denunciationis, & quotiescunq; iudicialiter tam in iudicio ordinario, q̄ extraordinario, siue sūmario proceditur, iuxta formam, & dispositionē, capituli quoniā contra de probat. 23 necessariò omninò † fieri debet corā tabellione, notario siue scriba, aut persona aliqua publica, quæ fideliter vniuersa processus acta conscribat, aut coram duobus viris idoneis (prædictis deficientibus) id ipsum qui faciant. 24 Et quia apud regulares † fratres, qui eiusmodi scribarum fungūtur officio, non ita sunt personæ publicæ, seu publicam auctoritatem habent, atque tabelliones siue notarij ad id muneris deputati: in causis grauibus, difficilibus non ab re, quin verò consultissimum mihi videtur (id quod in quibusdam religionibus consuetudine est positum) nempe, quod quando fuerint examinandi testes, aut reorum desumenda confessio, cum prædicto fratre scriba (vulgo dicto secretario) duo simul Patres graues assistant, qui facta omnia videant, ac simul cum reo siue testibus, & prælato, siue visitatore, eorū dictis se subscribant. Quod multum est notandum, ac memoriæ commēdandum. Ac simul quod accusator in prædicto suo accusationis libello inferius debet se subscribere, protestando & pollicendo ea, quę dicta sūt supra, & vt testes ab eodem producti pro sua causa tuenda melius examinari valeant, debet etiam dicere, an omnes absque discrimine eiusdem notitiam habeant, an verò aliqui de vno articulo: alij vero de alio: de quo fieri debet interrogatorium, vt dicetur inferius: sicque in libello debet explicari dicendo: Fr. Petrus aut Pau-

Paulus N. testis super tota causa, & processu præsentatus: aut aliter super primo articul., aut super secũdo, Prout etiam dicetur inferius.

QVÆSTIO IIII.

De Prælatis Regularibus, & visitatoribus prædictis, quantum ad modum procedendi in examinandis testibus, carcerandis reis, & desumendis eorum confessionibus, & admittendis suis exceptionibus, & defensionibus: in quatuor articulos diuisa.

SVMMARIVM.

1 *Testis, & reus interrogati iuridicè de crimine, quod commisit, seu scit extra confessionem tenentur veritatem dicere, aliàs peccant. Et plura aduertuntur circa testes remissiuè, ibid.*

2 *Testes multi reperiuntur ad testificandum inhabiles, & plura remissiuè. ibid.*

3 *Testes quinam sint accipiendi, & examinandi?*

Vltrò se offerentes præsumuntur suspecti, num. 4.

Debent citata parte examinari, nume. 5 declara pluribus modi, nume. 6.

7 *Testes ad hoc vt faciant fidem, necessarium est quòd sub aliqua forma iuramentum præstent.*

Religiosi qua forma iurare debeant, num. 8.

9 *Examen testium, si fieri potest, non debet tabellionibus committi, sed fieri ab ipsis Prælatis, siue visitatoribus.*

10 *Testes in summario iudicio recepti, & examinati debent in plenario Iudicio iterum reproduci, & in suis dictis ratificari.*

11 *Testes non debent dare suas depositiones in scriptis, sed voce à Prælatis examinari.*

12 *Numerus testium excessiuus est refrenandus à Prælatis, siue visitatoribus; aliquando possunt torqueri, nu. 13.*

14 *Prælati, & visitatores non debent esse faciles ad suos subditos incarcerandum, nisi quando timetur fuga, & delicti qualitas id exposcit; & alia ad materiam remissiuè, ibid.*

15 *Reorum confessio non est desumenda, nisi post summariam informationem, & iam reo in carcerem detruso, quando negocij qualitas id ipsum exposcit.*

16 *Rei non possunt ex sola confessione damnari, nisi aliter de delicto constet.*

17 *Prælati quam formam seruare debeant in desumenda reorum confessione in carcere constitutorum.*

18 *Prælati, & visitatores à reo iuramento desumpto, eos debent instruere de processus statu, vt sciant obligationem, qua tenentur veritatem fatendi.*

Non possunt reos interrogare etiam conuictos de vno crimine, de alijs occultis, num. 19. quod declaratur ibid.

Nec possunt reos interrogare de complicibus nulla infamia laborantibus, num. 20.

21 *Reorum confessio qualis esse debeat, ad hoc vt fidem faciat in Iudicio, & possit reus condemnari?*

Et ad hoc vt possit damnari reus, confessio est ratificanda, numero 22.

23 *Prælati & visitatores qualiter se habere debeant in recipiendis partibus ad probationem.*

24 *Rei sunt admittendi ad allegandas, & proponendas suas exceptiones, & defensiones & repulsas contra testes remissiuè.*

ARTICVLVS I.

De modo & forma qua examinandi sunt testes à Prælatis Regularibus, siue visitatoribus, & multis quæ in ipsorum examine aduertere, atque notare oportet.

PRo huius articuli intelligentia multa sunt præmittenda, seu potius ad memoriam reducēda: ex ijs, quæ dicta sunt supra in nostro ordinis iudiciarij libro, quæst. 16. 17. & 18. per plures articulos, agendo de testibus. Atque in primis quæst. 16. loquendo de illis quantum ad obligationem, qua tenentur ad testificandum, & ferendū testimonium quotiescunque iuridicè, & legitimè interrogantur à suis Prælatis, siue iudicibus, in articulo primo ea de re constantissimam ap
1 posuimus regulam † tam pro reis, quàm pro testibus: quod quicunque iuridicè, & legitimè interrogatur de crimine, quod commisit, seu (extra confessionem) scit quempiam alium commisisse: tenetur strictè veritatem dicere, & contrarium faciens peccat mortaliter: quod non erit quandocū que iudex siue Prælatus interrogat reum, siue testes, non iuridicè, aut legitimè, nec iuris seruato ordine: quod fit quoties interrogant de occultis, absque eo quod sufficiens præcedat infamia, seu aliquid aliud ex necessariò ad inquisitionem requisitis, de quibus diximus supra. Quam supra dictam generalem regulam, de veritate dicenda Prælatis, atque iudicibus, quando iuridicè, atque legitimè interrogant: vsque adeò dixi mus esse veram, vt non in contrarium quidquam obstet, secretum ab amico commissum (sacramentalis confessionis sigillo semper excepto) neque id facere vllo erit modo contra fidelitatem debitam: dummodo supradicta secreti reuelatio fiat in casibus, quibus quispiam alias id ipsum iure facere tenetur: cum non quispiam secreto, aut etiam medio iuramento, constringi, & obligari possit, ad tacendum, siue non reuelandum, id quod est contra Rempub. aut quod ipse aliàs reuelare tenetur. Ad hoc propositum multa dicuntur in dicto art. 1. quam maxima consideratione digna. Et in secundo sequenti, explicatur modus, quo prædicti testes, siue rei, cælare, & occultare possunt veritatē, in casibus quib. à Prælatis, siue iudicibus interrogantur, non legitimè atque iuridice. De cautelis etiam quibus vti possunt interdum in id ipsum, plura dicuntur ibidem, & in sequenti art. 3. vbi ad idem propositum reperire licebit multa notatu dignissima. In sequenti autem artic. 4. in controuersiam adducitur, vtrum testes in causis criminalibus, cogi possint ad ferendum testimonium, non solum contra extraneos, verum etiam & contra sibi consanguineos: cui difficultati congruenti solutione adhibita, in prima conclusione, quæ videri poterit ibidem: in sequenti secunda diximus multas esse personas priuilegiatas, & quæ cogi non possunt ad testificandum, nisi in aliquibus casibus à iure expressis, quæ etiam videri poterunt ibidem. In articulo autem 5. quæstionis eiusdem excitata est difficultas, virum testis (etiam non vocatus) teneatur ad testificandum, quotiescunque ipsius testimonium fuerit necessarium, ad liberandum, proximum ab iniusta morte, seu aliquo graui damno, vel ad condemnandum reum legi-

legitimè accusatum, quando accusatori imminet periculum deficiendi in probatione? Quibus duabus difficultatibus satisfecimus per duas cōclusiones, quæ videri poterunt ibidē. Post quæ in sequenti artic. 6 egimus de testibus, vt ne testificentur se absentantibus, occultantibus, aut falsò excusantibus, vel pro testimonio ferendo mercedem recipientibus, aut falsa dicentibus. Hæc in prædicta quæst. 16. In sequenti autem 17. agēdo de testibus quantum ad eorum sufficientiam, vt plenam faciant probationem in iudicio, in primo articulo diximus, vnius hominis (quantumuis fidedigni) testimonium in id ipsum non sufficere, licèt semiplenam faciat probationem: & in secūdo sequenti, duorum, vel trium testimonium ad id esse necessariò requisitum; quod probauimus multis iuribus, rationibus, & Doctorum auctoritatibus, explicantes simul, qui nam dicantur testes legitimi, idonei, fidedigni, & omni exceptione maiores: & quod illi, qui tantum sunt de auditu, quam vis sint plures, & vtcū que fidedigni: plenam non faciunt probationem in iudicio. Ad quod propositum prędictis in locis reperire licebiti plura eaque notatu dignissima, quæ poterunt videri ibidem.

Secundò pro intelligentia propositi articuli, oportet aduertere seu potius etiam ad memoriam reducere id quod dictum est in art. 3. supradictæ quæstionis, nempe quod quamuis testium edictum sit prohibitorium, seu vt alij volunt, permissorium, ad hunc sensum, vt quilibet ad testificandum admittatur, qui à iure, siue lege expresè non fuerit prohibitus: quam plurimi tamen in id

2 ipsum† reperiuntur inhabiles, & repelluntur à ferendo testimonio in iudicio: nonnulli propter culpam, alij verò etiam citra ipsam: quod per 12. conclusiones explicatum est ibidem latissimè, & id ipsum in sequenti art. 4. dictum est de socijs criminum, nisi in specialibus quibusdam casibus, qui videri poterunt ibidem. In sequenti autem art. 5. excitata est difficultas, an denunciator Euangelicus repellendus sit à ferendo testimonio, aut verò potius fungi possit testis munere: cui difficultati conclusione ad hibita affirmatiua nempe quod denunciator Euangelicus finito processu fraternali, in foro iudiciali fungi possit testis munere: in sequenti art. 6. supradicta limitando adduximus aliquos casus in quibus testes alias inhabiles recipiendi, & admittendi sunt ad testificandum simulque explicauimus, examinati quam in iudicio faciant fidem. Multa in hoc articulo tredecim appositis conclusionibus reperire licebit quā maxima consideratione digna, quæ videri poterunt ibidem. In sequentibus verò articulis 7. & 8. explicata sunt etiam latissime omnia quæ expedire sunt visa, circa prædictam materiam de testibus habilibus, idoneis, integris & legitimis, omnique exceptione maioribus, & de testibus contestibus, aut singularibus, alijsque quouis modo testificantibus: & diximus quam fidem, & probationem faciant in iudicio: in quibus duobus articulis (meo quidem iudicio) reperire licebit omnia, quæ ad hoc propositum possunt desiderari. Solum modo super est, vt agamus de eisdem testibus, quantum attinet ad ipsorum examen, iuramentum, & depositionem, & qualiter circa hoc se gerere debeant supradicti Prælati Regulares, siue visitatores, quod est proprium propositi articuli, de quo etiam egimus quæst. 18. per 12. articulos. Quibus difficultatibus breuiter & resolutiuè fiet satis persequentes conclusiones.

Prima Conclusio.

3 ADuertant primò † Prælati Regulares, siue visitatores, in recipiendis, & examinandis testibus, quod quamuis communiter, & regulariter loquendo, ad hoc vt illis in iudicio in causis criminalibus fides fiat, à partibus ipsis debeant produci, vel ad suã instantiã, aut à iudice ex officio ad ferendum testimonium debeant compelli, & aliàs ad testificandum se offerentes
4 † iure præsumantur suspecti, quę est communis Doctorum resolutio: fallit tamen hæc generalis regula in multis casibus: Et primò quia non tales dijudicabuntur, etiamsi ad testificandum vltrò se se offerant: id ipsum si fiat præsentibus astantibus, partibus, & non contradicentibus, & corã ipsis iudex iuramentum illis deferat: nam per hoc à partibus censentur admitti, & omninò tollitur ab eis omnis suspicio. Fallit secundò prædicta generalis regula, quando testis aliàs multum fuerit idoneus, & quam maximè fidedignus: etenim si talis sit quamuis sponte ad testificanstum se offerat, & à parte, seu à quouis alio in id ipsum magnis precibus sit inductus: non propterea inidoneus ad testificandum dijudicabitur, vt diximus de mente Panormitani, & Felini in articulo primo concl. 1. prædictæ quæst. 18. & quod testes quamuis pretio iure optimo dicantur corrumpi, non tamen precibus, neque ad testificandum inidonei dijudicantur, per hoc quod partes ipsos instruant, & de veritate in causa dicenda eosdem informent, quod multum est notandum. Item aduertant Prælati Regulares, & visitatores prædicti, quod quamuis etiam communiter, regulariter loquẽ-
5 do, testes † non nisi prius citata parte debeant examinari, maximè in criminalibus, & aliter examinari fidem non faciant in iudicio: fallit tamen eiusmodi generalis regula in nonnullis casibus. Primò quando † procedi- 6
tur contra reum absentem, & contumacem. Secundo quando procedit iudex ex officio, & per viã inquisitionis. Tertiò quando examinantur testes à iudice, super aliquo facto, & delicto notorio. Quartò quando recepit informationem super fama, vt ex ea deuenire possit postea ad particularem inquisitionem. Quintò quando etiam recipit informationem super absentia rei inquisiti. Ac tandem sextò & vltimò fallit prædicta generalis regula, in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, aliisq. 24
que communiter exceptis: in quibus testes parte non citata recipi & examinari possunt, vt multis probauimus loco vbi supra art. 1. concl. 2. & in sequenti 3. diximus, qualiter iudices siue Prælati admonere debeant testes examinandos super veritate dicenda, eisdemque insinuare contrarium qui faciunt, quam graue crimẽ committant, vt amplius poterit videri ibidem.

Secunda Conclusio.

ADuertant secundò Prælati Regulares, † & visitatores, esse iure constitutissimum, atque receptissimum, quod testes vtcũque legitimi, & fide digni, ad hoc 7
vt fidem faciant in iudicio, necessum est, quod ante suam depositionẽ iuramentũ pręstẽt, nam alias illorũ dicta nõ pręmisso iuramento, nihil omninò probabunt: vt multis ostendimus, & probauimus in art. 2. prædictæ quæst. 18. vbi & in art. 3. apposuimus formam iuramenti præstandi à testibus, tam in foro sæculari, quã in Ecclesiastico. Aduertãt pręterea, † quod religiosi rei, vel adducti in testes, non iuramentũ præstare 8
debent

debent ad eum modum, & sub ea forma qua iurant sæculares, & clerici, sed ad veritatem dicendam sub obedientia, & censuris debent constringi: quæ quidem obedientia, & censuræ, iuxta verba Doctorum Iurisperitorum, & Theologorum sententiam, vim & robur habent iuramenti, neque quidquam amplius requiritur, ad hoc vt quod prædicto modo fuerit testificatum, firmum, ac validum sit, ac fidem faciat in omni iudicio, vt multis, & efficacissimis rationibus probatur in dicta quæst. 18. artic 4 plenissimè satisfaciendo omnibus in contrarium adductis, vt videri poteri ibidem.

Tertia Conclusio.

9 ADuertant etiam Prælati Regulares, † & visitatores prædicti, quod testium examen in criminalibus causis, quam maximè fieri poterit, non secretarijs vtcunque fide dignis est committendum, quin verò per semetipsos eosdem debent examinare, propterquã plurimas rationes, & causas vrgentissimas, quas videre licebit in supra dicta quæstione 18. art. 5. & ad vitanda quamplurima inconuenientia ibidem proposita, & repræsentata, quæ ex contrario facto possunt exoriri. In sequenti etiam art. 6. reperire licebit modum, & formam construẽdi libelli pro eiusmodi testium examine, apponẽdo in capite processus interrogatorium, in congruẽtes articulos diuisum, iuxta quos teste debeant examinari: aduertendo q̃ nõ sẽper testes examinandi sunt, circa omnes articulos in interrogatorio productos, sed prout in accusationis libello, siue querela, iudiciali denunciatione, seu inquisitionis particularis faciendæ capite, fuerit adnotatum: quidam super tota causa, alij verò super vno, aut altero articulo, pro vt loco citato amplius licebit reperire.

Quarta Conclusio.

ETiam aduertant † Prælati Regulares & visitatores prædicti, quod testes in summario iudicio examinati, in plenario iterũ debent reproduci, & examinari, aut saltim medio præstito iuramento in prioribus suis dictis ratificari, aliàs non fidem facient in iudicio, nec reputabuntur idonei, & legitimi, quæ est communis omnium Doctorum resolutio. Cuius conclusionis rationes sunt multiplices: ipsasque videre licebit in artic. 7. supradictæ quæstionis 18. quarum omnium præcipua, ac potissima est, quia vt plurimum testes summariæ informationis recipiuntur parte non citata, nec medio præstito iuramento: quæ etiam de re videantur quæ diximus in art. 2. supradictæ quæstionis, prope finem. Aduertant etiam Prælati & visitatores prædicti, quod licèt communiter, & regulariter loquendo, in sæculari siue etiam Ecclesiastico foro, stando in iure communi, examinari non debeant, aut possint testes extra terminum probatorium, aut diebus feriatis: hæc tamen generalis regula fallit in multis, & multas patiatur limitationes: quarum est vna, vt non procedat in caussis summarijs, & in quibus ex iure siue priuilegio procedi potest simpliciter, & de plano, & sine strepitu & figura iudicij, & maximè in religiosorum causis. Quod memoriæ commendare oportet multum. 10

Quinta Conclusio.

11 ETiam aduertant † Prælati Regulares, & visitatores, quod cõmuniter & regulariter loquendo, testes nõ possunt aut debent suas depositiones tradere in scriptis, nisi forsan in vno, aut altero raro casu: quin verò per extensum ab ipsismet Prælatis, siue visitatoribus debent examinari: propterquam plurimas rationes & causas, quas videre licebit in art. 9. supradictæ quæst. 18. & propter easdem nec vnus testis ad alterius depositionem potest, aut debet se remittere, aliàs quod in contrariũ factum fuerit, nõ erit iuridicum. Ad hæc oportet aduertant, quod testes non simul, aut in publico, sed secreto & singulariter debent examinari, nam aliter examinati, vel non probabunt, aut saltim ex eo multa sequentur inconuenientia, quæ latissimè videre licebit, in art. 10. quæstionis supradictæ, vbi ad hoc propositum reperientur multa, quam maximè notatu digna.

Sexta Conclusio.

12 TAndẽ vltimò aduertãt † Prælati Regulares, & visitatores, esse eisdem licitum, & quam maximè iuri, ac rationi conforme, testium excessiuum siue irrefrænatum numerum limitare, vt multis probatur in articulo 11. quæstionis supradictæ, qua quidem ratione postquam viderint intentionem testes producẽtis plenè esse probatam: non est cur defatigentur in pluribus recipiendis, & examinandis ni fortè propter aliquam specialem rationem, & causam, id ipsum facere viderint expedire, vt obstruatur forsan os loquentium iniqua, & ne fortè pars aduersa dicat, quod consulto, & ex proposito, plures testes non fuerunt examinati.

In huius conclusionis calce aduerto (& est quam maximè notandum) quod testes † pro veritate eruenda interdum possunt torqueri, vt multis iuribus, & Doctorum auctoritatibus manet probatum in art. 12. & vltimo supradictæ quæstionis, vbi, & ad hoc propositum multa reperire licebit quam maximè notatu digna: & constituti, & explicati sunt casus, in quibus iudices, siue Prælati id ipsum possunt: quin verò tenentur efficere. 13

ARTICVLVS II.

Vtrum Prælati Regulares siue visitatores, faciles esse debeant ad incarcerandum sibi subditos?

PRo resolutione huius articuli, haud quaquam pigebit, imuleve erit consulere, ac videre ea, quæ supra dicta sunt à nobis in libro ordinis iudiciarij, quæst. 15. per plures articulos. In quorum primo diximus quidnam, & quotuplex sit carcere, & prò generali regula constituimus, quod carceris qualitas pro reis nondum damnatis, iuxta communem Doctorum sententiam, iudicis arbitrio relinquitur, qui habito respectu ad delictorum, & personarum qualitatem, potest vt sibi placuerit carcerem reis arctiorem, siue laxiorem constituere. In secundo articulo diximus etiam, quinam sint illi qui possent incarcerare, & quod reos carceribus mancipari, si non est expressè de iure naturali, est tamen illi, ac iuri diuino multum conforme, quod multis probauimus rationibus, & Doctorum auctoritatibus. Solum superest respondeamus proposito articulo, & dicamus vtrum Prælati Regulares & visitatores superius dicti, esse debeant faci-

faciles ad sibi subditos incarcerandum? De quo sit conclusio.

Conclusio.

14 PRælati Regulares † & visitatores haud quaquam esse debent faciles ad sibi subditos incarcerandos, neque omninò id ipsum debent facere, nisi quando timetur fuga, & delicti qualitas id multum exposcit. De veritate huius conclusionis, & ratione qua nititur, videatur quæ diximus in supra dicta q. 15. art. 3. vbi etiam aduertimus, quod prædicta incarceratio non est facienda ante receptam summariam informationem, & post visam culpam ex eadē resultantem: tunc reus (non vero ante) verbaliter est citandus, aut personaliter capiendus, habito semper respectu ad personæ, negotij, & delicti qualitatem. In sequentibus articulis supradictæ quæstionis 4. 5. 6 7. & 8. multa diximus circa incarcerationem prædictam, & qualiter fieri non debeat, nisi ab habente publicam auctoritatem. Egimus etiam de reis, ad Ecclesiam confugientibus, quādo per iudices inde extrahi possint, aut non possint. Item & de reis incarceratis ex carcere fugientibus, & carcerum effractoribus, & pœnis quibus puniri debent id ipsum facientes, quæ consulto à me in præsentiarum prætermittuntur, vt videantur ibidem.

ARTICVLVS III.

Qualiter Prælati Regulares, siue visitatores se gerere debeant in desumenda reorum confessione?

PRO huius articuli resolutione breuiter oportet præmittere, siue in memoriam reducere, aliqua ex tam multis, quæ dicta sunt à nobis supra in libro prædicto q. 19. per 15. articulos, agendo de reis, & de modo quo iudices siue Prælati se gerere debent, in desumenda eorundem confessione. Et in primis constituimus regulā, qua diximus reorum † 15 confessionem desumendam non esse, nisi post summariam informationem, & iam reo in carcerem detruso, quando negotij qualitas id ipsum exposcit, iuxta ea quæ in præcedenti articulo dicta sunt. Et simul aduertimus, eiusmodi confessionem nullatenus esse soli tabellioni, notario, siue secretario cōmittendam, sed coram iudice siue Prælato faciendam, & posita est praxis, siue forma seruanda in desumenda eiusmodi reorum confessione, de qua statim dicemus. In secundo autem eiusdem quæstionis articulo, multis ostendimus qualiter communiter & regulariter loquendo, reorum confessione omnia crimina comprobentur, ea si sit suis debitis conditionibus, & qualitatibus comitata: nempe libera & spōtanea & non tormentorum metu extorta, aut ex magna iudicis persuasione facta, licèt iuxta multorum † 16 satis probabilem opinionē, ex sola sua confessione haudquaquam debeant, seu possint damnari, nisi etiam aliter de delicto cōstet. In tertio articulo eiusdem quæstionis etiam est à nobis dictum, qualiter prædicta reorum confessio, si fuerit iudicialis, & spontanea, processus nullitatem validet, quando ex aliqua causa fuerit nullus, maximè ex defectu non seruati ordinis iudiciarij. In quarto autem articulo excitata est difficultas, vtrum reorum confessio facta in vno iudicio, valeat & probet in alio ad condemnandum ipsos? Cui difficultati conclusione adhibita negatiua, in sequenti art. 5. agendo de reorum confessione qualificata, seu facta cum aliqua particulari qualitate, si-

ue circunstantia, diximus quod in criminalibus eiusmodi confessio scinditur: & pro parte potest acceptari, pro parte verò impugnari: non solum quando qualitas confessioni adiecta est sub duplici verborum structura, verumetiam & si sit facta sub vnica tantum verborum forma: quod multis ibidem probauimus & est valdè notandum, ac memoriæ cōmendandū. In seq. vero ar. 6. in controuersiam adduximus, vtrum rei ad veritatem dicendam iuramento debeant constringi? De qua difficultate etiam statim dicemus. In sequentibus autem articulis 7. 8. & 9. egimus de obligatione, qua prædicti rei tenētur, dicendi, ac propalandi veritatem suis Prælatis, siue iudicibus, quando legitimè atque iuridicè, interrogantur ab eisdem, ita quod non possunt illam negare, aut celare, etiamsi certò sciant propter suam confessionem ad mortem rapiendos esse statim (quidquid nonnulli perperam in contrariū dicant) nec etiā licere eiusmodi reis calumniosè se defendere, aut iudices illudēdo verborum subterfugio vti, multoque minus mentiri. Ad quod propositum dicta sunt multa notatu dignissima, ostendendo simul, quod omne mendacium in iudicio prolatum, est peccatum saltim veniale (ex leuitate materiæ) mortale autem, si cum iuramento dicatur, vtcumque materia sit leuis. Quibus omnibus premissis, habitisque pro expressis, ad propositi articuli resolutionem accedendo, eidem fiet satis per sequentes conclusiones.

Prima Conclusio.

PRælati Regulares, siue visitatores, † reis in carcere constitutis (vbi delicti & negotij 17 qualitas id exposcit, iuxta ea quæ dicta sunt in præcedenti articulo) ad desumendam ipsorum confessionem ad carceris locū cū suo secretario debent accedere, aut facere, vt ijdem rei coram ipsi compareant: quo facto in primis interrogare illos debent in cōmuni, aliqua ad delictum, siue negotium pertinentia, & postea ab illis iuramentum desumere de veritate dicenda (quidquid nonnulli in contrarium dicant) existimantes neminem esse iuramento cogendum, ad propriam turpitudinem detegendū, iuxta l. alias ff. de iure iurando, quod Decius in l. fi. C. de edendo nu. 6. tradit pro cōmuni, & generalis regula, & satis esse dicit vt fiat simplex fidei interpositio, prout teste Marco decisio. 674. in regno Franciæ est consuetudine positum, sed nihilominus in contrarium est veritas, & communis omnium Doctorum resolutio, quod quamuis reus aliàs naturali, ac diuino iure, ad veritatem dicendam sit astrictus, quando tamen iudex ex officio procedit contra ipsum iuridicè, atque legitimè, in litis initio à reo in id ipsum debet recipere iuramentum, prout nos diximus supra q. 19. art. 6. concl. 1. 2. & 3. addendo, quod quando DD. communiter dicunt, non esse à reis absque delectu, & discrimine iuramentum desumendum, intelligendi sunt quando iudices, siue Prælati procedunt contra eos, non ex suo officio, sed ad instantiam partis, aut quando procedunt non iuridicè, & legitimè, quia nempe non præcessit infamia, indicia, aut semiplena probatio. Sic interpretandi sunt DD. prædicti, non verò aliter, nam vt ibi dixi, communis

munis est DD. resolutio, quòd iudicc ex officio procedente contra reũ iuridicè, & legitimè, in litis initio ab eodem de veritate dicenda iuramentum debet recipere, & generaliter quando alicuius boni publici, aut tertiæ personæ commodum interuenit id ipsum vt fiat, licèt verum sit abstinendum semper esse à iuramẽto prædicto, quotiescunque cum fundamẽto periurij aliqua suspicio timetur, quod & nos diximus, & aduertimus conclus. 4. prædicti articuli in fine.

Secunda Conclusio.

18 PRædicto † de sumpto iuramento, Prælati Regulares, & visitatores, ad hoc vt rei ipsi sciant obligationem, quam habent illis iuridicè respondendi, ac veritatem fatendi, de processus statu eosdem debent instruere, sibi vt constet quod interrogantur iuridicè, & legitimè: nam vt diximus supra quæst. 19. art. 13. quotiescunque rei iustam causam habent dubitandi, & existimandi, quod non iuridicè, & legitimè interrogantur, neque in foro conscientiæ, neque in exteriori, ad veritatem dicendam possunt compelli, nisi tantũ in criminibus vergentibus in perniciem publicam (qualis est hæresis, ciuitatis proditio, & crimen læsæ maiestatis) in his enim, vt communis tenet resolutio, non est necessarium illis vt reueletur à iudicibus ius, quod habent eosdem interrogandi, cum in talibus non requiratur tanta infamia nec tanta iuris solemnitas, ad interrogandos, tam reus quàm testes, atque in criminibus priuatis, vt etiam diximus loco vbi supra concl. 1. Stylus, & praxis quæ hac in re obseruari solet, est vt tabellio siue scriba aut secretarius, legat corã ipsis: eis duo summariæ informationis testimonia, testium nominibus suppressis, vt videant obligationem qua tenentur, dicendi, & propalandi veritatem. Quo facto Prælati Regulares, siue visitatores, dicere illis debent vt videant quanta aduersus eos adsint testimonia, eosdemque exhortari ad veritatem dicendam, prout tenentur.

Tertia Conclusio.

ADuertãt Prælati † Regulares, & visitatores prædicti, quod non possunt interrogare reos (etiam conuictos de vno crimine) de alijs criminibus occultis: nam neque ipsi sic interrogati tenebuntur eisdem respondere, aut veritatem dicere: nisi tantum in vno, aut altero casu, nempe quando crimen iam sufficienter, atque iuridicè cognitum, est etiam sufficiens indicium, aut fama respectu alterius, aut alterius circunstantiæ, ita quod sine ipsius cognitione aliud perfectè cognosci non possit, vt nos etiã diximus, ac multis probauimus in supradicta quæst. 19. art. 10. concl. 1. & 2. & latius art. 11. vbi per plures conclusiones monstrauimus, quibus in casibus, & de quibus rebus, rei supradicti interrogari possunt, & debent. Quos supradictos articulos consulere quam maximè oportet Prælatos Regulares, & visitatores omnes, priusquam accedant ad reorum desumendum confessionem, sibi vt plane constet, quid facere aut non facere possint: de quibus rebus interrogare, & in quibus ab eiusmodi interrogatione debeant abstinere, quæ non oportet hic iterum repetere. 19

Quarta Conclusio.

ADuertant etiam † Prælati Regulares, & visitatores, haud quaquam posse eos interrogare reos de cõplicibus nulla infamia labotantibus nisi in criminibus vergẽtibus in perniciem publicã, aut in dam- 20

damnum, & præiudicium tertij, si eiusmodi damnum adhuc pendet in futurum: aut in criminibus natura sua complicem requirentibus: si sint publica omnibusque nota: sit exemplum in crimine sodomiæ, idemque est iudicium de alijs, vt multis ostendimus, atque probauimus in art. 11. supradictæ quæst. 19. concl. 1. 2. & 3. addentes in quarta, quod etiam in criminibus natura sua complicem requirentibus, si non sunt publica, fieri non potest interrogatio de socijs, & multò minus in criminibus, quæ natura sua complicem non requirunt, siue sint occulta, siue publica, dummodo non vergant in perniciem publicā, aut ex non inquirendo de socijs, & complicibus, graue aliquod malum timeatur. Quod valde est notandum, ac memoriæ commendandum, & huius rei videatur amplior pertractatio loco supracitato.

Quinta Conclusio.

21 QVam maximè etiam † oportet aduertant Prælati Regulares, & visitatores, quod reorum confessio ad hoc vt fidem faciat in iudicio, esse debet spontanea, & libera: non tormentis extorta, aut metu instantiū tormētorum emissa: nec facta ex magna iudicis persuasione, reum falsò persuadentis, & veniā siue impunitatem commissi delicti promittentis, qualis esse censetur illa iudicis dicentis reo: Confitere, noli timere, ego te liberabo, nullam tibi pœnam imponam. Qua quidem ratione à prædictis omnibus Prælati Regulares, & visitatores quam maximè debent abstinere, quia eiusmodi confessio parum vel nihil valebit, aut ex ea (sicut præmittitur) medijs iniustis extorta iustum quempiam possit exoriri, vt latissimè diximus, ac multis probauimus in secundo articulo supra dictæ quæst. 19. conclusio. 1. agendo de prædicta reorum confessione in communi, & dicendo qualis ea esse debeat, ad hoc vt ex ipsa rei, iustè ac iuridicè possint damnari.

Sexta Conclusio.

TAndem vltimò † aduertant Prælati Regulares & visitatores, quod quam in supradicta reorum confessio libera sit, & spontanea, ac hoc tamen, vt ex ea iure ipsi possint damnari: necessum est, quod sit postea ratificata, aut saltim non expresè reuocata: vt multis etiam ostendimus, ar. 14 supradictæ quæstio. 19. Et in sequenti 15. diximus qualiter ipsorum confessio libera, & spontanea, similiter & in tortura emanata, erroris prætextu optimè potest ab ipsis reuocari: & reuocatio facta admittenda est, etiamsi pro ea aliqua præcesserint indicia, dummodo non certò sciatur, quod fuerit calumniosè proposita, nam vt (ibi diximus) non sufficit qualiscunque confessionis reorum reuocatio: quin verò necessum est, vt allegetur, & probetur error, & erroris causa: etenim in dubio eiusmodi confessiones veræ præsumuntur, & non erroneæ. 22

ARTICVLVS IIII.

Qualiter Prælati Regulares, & visitatores, se gerere debeant in recipiendis partibus ad probationem testium publicatione facienda, & admittendis reorum exceptionibus, siue defensionibus?

IAm supra quæst. 20. nostri libri Ordinis Iudiciarij per tres continuos articulos egimus de libellis, & qua forma hinc inde sint cōstruēdi, & proponendi, tam ex parte actoris, siue accusatoris, quam etiam e

parte

parte rei. Et quæst. 21. per sex articulos de exceptionibus, tam de linatorijs quam peremptorijs, & defensionibus, quas rei pro se ipsis allegare possunt, ante & post incohatam litẽ, & de ipsa litis contestatione. Nunc breuiter dicamus oportet, qualiter Prælati Regulares siue visitatores, se habere debeant in recipiendis partibus ad probationem, testium publicatione facienda, in casu quo facienda sit, & admittendis reorum exceptionibus siue defensionibus. De quibus sequentes statuentur conclusiones.

Prima Conclusio.

23 POst quam ex parte † actoris, siue accusatoris, ac etiam ex parte rei, propositi fuerint proprij libelli (iuxta modum quo dictũ est supra in dicta quæst. 20. art. 1. & 2.) & dixerint se non habere quid amplius dicant, recipiendi sunt ad probationem eorum, quæ dixerunt, quod facere debent Prælati Regulares, & visitatores, non strictè seruata forma iuris communis, quæ posita est à nobis quæst. 22. art. vnico, cõcl. 1. & 2. sed procedendo summariè simpliciter, & de plano, verbotenus, aut etiam per scriptum: quod apponi debet etiam in processu dicendo, quod causa habetur pro conclusa, & recipiuntur partes ad probationem. Quo facto iuxta proprium cuiusque libellum, & interrogatoria ibidem posita, examinari debent testes, obnixè obseruando ea, quæ circa eorundem examen superius sunt dicta. Post quæ in iudicio ordinario, tam sæculari, quam Ecclesiastico, testium publicatio licèt sit de essẽtia & substantia iudicij, adeò vt ipsius omissio processum reddat omninò nullum (maximè si petatur, vt latissimè diximus quæstio. 23. articul. 1. & 2. vbi etiam apposita est forma in prædicta testium publicatione seruanda:) in iudicio tamen extraordinario, siue summario, quali (vt supradictum fuit) decidi, & determinari debent religiosorum omnium causæ, non est necessum id ipsum vt fiat, vt dictum fuit quæstio. 14. art. 3. concl. 2. ni forsan in aliquo speciali, & raro casu, & in ipso non quidem testium nomina, sed solummodo eorum testimonia religiosis sunt manifestanda, & publicãda, propter quam plurimas rationes, & causas ibidem dictas.

Secunda Conclusio.

ADmittendi † etiam sunt rei ad allegandas suas exceptiones, & defensiones, & ad ponendas (si opus fuerit) repulsas testibus, & ad infirmanda, siue debilitanda ipsorum testimonia: quod sibi facere licitum est, non solum in foro exteriori, verumetiam, & in interiori conscientiæ, nisi in certis quibusdam casibus: de quibus diximus quęst. 24. art. 1. concl. 1. ea tamen lege, vt crimina & delicta, quæ testibus prædictis opposuerint, vera sint, & publica, atque manifesta: etenim falsa, & occulta, licitum haudquaquam erit ea illis impingere, ni forsan in casu, quo eiusmodi testes falsa fuerint testificati, & tunc cum moderamine inculpatæ tutelæ. Quo existente (vt etiam ibidem concl. 4. diximus) nullum erit peccatum vti remedio in id ipsum ad propriam suam defensionẽ à iure permisso & concesso. Videantur quæ diximus loco supra citato, vbi in conclusione 5. & vltima adductus est quidam casus, in quo licitum est occultum crimen reuelare, testis etiam verum deponentis, & testificantis: quando scilicet reus etiam ipse iustam agit causam, idque facere præcipuè sibi fuerit necessarium, adeo, vt non possit se 24

aliter

aliter defendere. In secundo articulo quæstionis supradictæ 24. egimus etiam latissimè, de modo, & forma à partibus hinc inde seruanda, in sæculari, siue Ecclesiastico foro, in obijciendis, & opponendis repulsis contra testes, quæ poterunt videri ibidem: quamuis & illa in iudicio extraordinario, & summario, non sint ita ad vnguem seruanda, sed quodam alio simili modo: non tamen incongruum erit ipsa perlegere, seu vllo pigebit modo consuluisse, ac vidisse, quæ ibidem sunt adnotata circa supradictos disputationis, & allegationis libellos, propositos tam ex parte rei. In sequenti quæstione vigesima quinta, artic. vnico, actum est etiam de modo, quo iudices siue Prælati, se habere debent circa conclusionem in causa, & in procedendo ad torturam, siue verò ad sententiam diffinitiuam: & qualiter id ipsum fieri debeat. Quem articulum videre oportebit Prælatos Regulares, siue visitatores prædictos, non pro eo, quod etiam seruare ad vnguem teneantur, quæ dicta sunt ibi, sed vt ad eorum instar, scire etiam possint, hac in re qualiter debeant procedere.

QVÆSTIO V.

Qualiter se habere debeant Prælati Regulares, & visitatores, in præstandis tormentis religiosis reis (interdum si opus fuerit) & in alijs requisitis vsque ad prolationem sententiæ diffinitiuæ, ad pœnam ordinariam, siue ad canonicam purgationem: in admittendis etiam suorum subditorum appellationibus, si quando forsan fuerint interposita, ad alios superiores Prælatos, siue iudices, in quatuor Articulos diuisa.

SVMMARIVM.

1 *Prælatis, & Visitatoribus regularibus, quando licitum sit reos torquere? vide remissiuè.*

Plura debent aduertere ipsi visitatores antequam ad reorum suorũ subditorum torturam deueniant, de quibus remissiuè. nu. 2.

3 *Reis est exhibenda ante torturam indiciorum copia, & recipiendæ, & admittendæ sunt defensiones.*

Non omnes rei æqualiter sunt torquendi, sed quidam grauius, quidam verò leuius iuxta personarum, & delicti qualitatem & indiciorum ex processu resultantium, nu. 4.

5 *Visitatores, & prælati ad reos torquendos non debent noua inusitata, & exquisita tormenta quærere, sed communibus, & consuetis vti.*

6 *Confessio reorum in tortura emanata, aut metu tormentorum extorta nulla est, nisi extra torturam sponte fuerit ratificata.*

7 *Tortura sufficienter illata purgantur indicia.*

Declara quoad pœnam ordinariam; secus verò quoad extraordinariam. num. 8.

9 *Visitatores, & prælati in puniendis subditis non debent esse nimium rigidi, aut plus iusto mansueti.*

Debent seruare in suis iudicijs legem naturalem, & ea, quæ à iure naturali ortum, & originem habẽt, num. 10.

Et sententiam proferre secundum allegata, & probata, remissiuè, num. 11.

12 *Prælati, & visitatores nõn possunt quempiam punire, aut damnare inauditum, atque indefensum, nisi forsan in certis quibusdam casibus. remissiuè.*

13 *Visitatores, & prælati regulares non*

15 *non possunt remittere reis pœnam à iure taxatam quando id ipsum vergit in præiudicium tertij, aut boni communis. Nec etiam minuere, remissiuè ibid.*

14 *Visitatorum, & Prælatorum sententia conformis esse debet libello, & quid in hoc aduertere debeant, remissiuè.*

15 *Visitatores quid agere debeant, quando per sententiam diffinitiuã purgationem imponunt?*

Qualiter se purgare debeat is, cui indicitur pœna purgationis canonicæ? nu. 16.

Quid iurare debeant testes compurgatores, quando indicitur alicui purgatio canonica. nu. 17.

18 *Purgatio canonica, quando purgandus publicè est infamatus, & quando in secreto, qualiter fieri debeat?*

19 *Appellationes à visitatoribus an admittendæ, & qualiter se habere debeant in deferendis subditorũ appellationibus.*

20 *Appellationi Principes non semper tenentur deferre: Prælati inferiores, & visitatores regulares in casibus à iure expressis deferre tenentur.*

Quæ appellatio interponi non potest omisso medio, sed gradatim fieri debet, nu. 21.

ARTICVLVS Primus.

De modo & forma seruanda à Prælatis Regularibus siue Visitatoribus in exhibendis tormentis religiosis reis, aliquando si visum fuerit eisdem necessarium.

PRO huius Articuli intelligentia, oportet præmittere, seu potius in memoriam reducere, aliqua ex tam multis, quæ in libro prædicto Iudiciarij Ordinis, quæstione vigesimasexta, per viginti continuos Articulos à nobis sunt dicta, circa prædictam tormentorum materiam. In quorum primo multis iuribus, rationibus & argumentis monstrauimus, licitum esse † Prælatis, atque iudicibus, reos 1 interdum pro veritate eruenda extorquere (quidquid nonnulli perperam in contrarium dixerint) & quod tormenta ipsa in se sunt iusta, & licita, & reipublicæ, ac communi bono quam maximè necessaria, in casibus à iure præscriptis, si debito exhibeantur modo, & cum moderatione ibidem dicta. Aduertimus tamen in secundo sequenti articulo, quod non in omni causa, aut pro omni delicto, eiusmodi tormenta debent præstari, sed tantummodo in causis grauibus, & delictis atrocibus. Et in tertio diximus, quod neque id ipsum faciendum est, astantibus veris, & legitimis probationibus, ni forsan in aliquo raro casu, quem videre licebit ibidem. In quarto autem in quæstionem adduximus, an sola indicia ad torturam sufficiant, ac pluribus præsuppositis spectantibus ad perfectam indiciorum prædictorum cognitionem, atque notitiam: conclusionem apposuimus, quod licèt non existentibus legitimis indicijs tormentum reis præstari non possit, ipsis verò existentibus, & sufficientibus, propter ea sola bene rei possunt torqueri, dummodo probentur legitimè, & sint plura eo modo, quo dictum est ibidem.

Ad quod propositum plura ibi licebit reperire, quæ vt credo haudquaquam pigebit legisse. In sequenti articulo quinto, etiam in controuersiam adduximus, vtrum fama, seu infamia, ad tormentum siue torturam sufficiat? Cui difficultati conclusionem adhibuimus affirmatiuã, si eiusmodi infamia sit qualis esse debet,

mens, & nō quidem à maleuolis, sed beneuolis, & fide dignis exorta, præsertim si etiam sit de persona, alias vili, infami, atque suspecta, & suis debitis conditionibus, & qualitatibus exornata. In sexto verò articulo, de semiplena probatione id ipsum est quæsitum, an ad tormentum, siue torturam sufficiat, & idem de alijs indicijs proximis, propinquis, siue immediatis delicto, de quo stabilita est affirmatiua conclusio, multis iuribus, ac Doctorum auctoritatibus comprobata, prout latius poterit videri ibidem. In sequentibus autem art.7.8.9.10.11. & 12. ad idem propositum, in controuersiam est adductum, vtrum extraiudicialis confessio, vel coram iudice incompetente emanata, seu prætensi delinquentis fuga; occisi inimicitia, & minæ: ad torturam sufficiens faciant indiciū, & idem quæsitum est de depositione mandatarij contrà mandantem, seu testis testificātis de mandato alterius se falsum dixisse, & de inculpati querelantis, siue offensi, etiam in mortis articulo existentis, pluribusque alijs similibus indicijs: quibus omnibus difficultatibus, cōgruis adhibitis responsionibus (prout latius poterit videri ibidem) tandem in sequenti art.13. excitata est difficultas, vtrum oēs homines absque delectu, & discrimine indistinctè possint torqueri: cui in prima conclusione adhibita affirmatiua, qua diximus communiter, & regulariter loquendo, omnes qui à iure siue ex priuilegio in id ipsum non reperiuntur prohibiti, indistinctè posse torqueri, illam ampliando, extendimus etiam ad Clericos, Monachos, siue religiosos, si vehementi, & vrgenti infamia, semiplena probatione, seu manifestis & sufficientibus indicijs ipsi grauentur. (quidquid aliàs nonnulli in contrarium dicant) diximus etiam qualiter id ipsum practicari debeat, ac simul egimus de multis personis priuilegiatis, qui à iure, siue ex priuilegio torqueri prohibiti sunt, quos nihilominus diximus torqueri posse, in casibus, siue criminibus exceptis, ac generalem constituimus regulam, quod omnes, quia iure siue ex priuilegio torqueri prohibiti sunt, nihilominus possunt terreri, ni forsan sint nobiles, & simili priuilegio gaudent: qui in casibus quibus de iure non possunt torqueri, neque etiam possunt terreri: loquendo de territione siue terrore reali, & nimium actui propinquo. Quibus omnibus sic propositis & habitis pro expressis, superest vt ad propositi articuli difficultatem accedendo, ipsam explicando, dicamus; qualiter Prælati Regulares & visitatores supradicti, se habere debeant in præstandis tormentis sibi subditis religiosis reis, quod fiet per sequentes conclusiones.

Prima Conclusio.

Prælati † Regulares, & visitatores, priusquam deueniant ad torturam prēstandam religiosis reis sibi subditis, plura debent considerare & aduertere. Primò quod de corpore delicti propter, quod reus fuerit torquendus, certissimè atque plenissimè constet. Secundò quod reus ipse non sit plenè, sed antium semiplenè conuictus, aut saltim sufficienter infamatus, & indiciatus (in casib. quib. iuxta superius dicta, infamia, siue indicia ad præstandā torturam sufficiunt) & illorum vtrunque sit sufficienter probatum, eo modo, quod dictum est ibidem. Tertiò vt reus torquendus sit persona, quæ alias de iure possit torqueri. Quartò, vt causa id ipsum requirat. Quintò, vt ea super re prius sententia interlocutoria proferatur, & pronuncietur, qua dicatur ex processus actis constare eiusmodi reum fore torquendum. 2

De

De omnibus in hac conclus. contentis longissimus factus est à nobis sermo in articulis superius dictis, sed specialiter in ar. 15. supradictæ quęs. 26. vbi in concl. 1. supradicta omnia expressè reperientur explicata, & probata. Et in secunda dictum est similiter, & probatum, quod appellatio à reis hac in re interposita, omninò est admittenda à cunctis Prælatis, & iudicibus. & ea pēdente nihil debet innouari, sed supersedere oportet, aliàs enim confessio in tortura emanata prorsus erit nulla, & ad eosdem condemnandos inefficax. Apposita est tamen conclusioni eidem limitatio quædam, quam maximè consideratione digna: ea est, appellationem prædictam à torturæ decreto, haudquaquam esse recipiendam quando iudici, siue Prælato constiterit eandem esse calumniosam aut friuolam: & explicatum est quęnam appellatio dici, seu existimari debeat talis. Quæ cum exactissimè habeantur ibidem, nullo modo videtur necessarium vt de nouo repetantur.

Secunda Conclusio.

3 PRælati Regulares, † & visitatores, ante torturam exhibere debēt reis indiciorum copiam, & recipere, atque admittere omnes defensiones, quas habuerint, & allegauerint, ad hoc vt non torqueantur. Hac etiam conclusio habetur multis explicata, in art. 14 supradictæ, quęst. 26. concl. 11. vbi & dictū est necdum dandam esse reis se defendendi facultatem, & indiciorum ex processu resultantium copiam, verum etiam & competentem terminum ad eiusmodi purganda, & diluēda indicia, & quod interim iudex debet supersedere, & nullo modo ad vlteriora procedere, ni forsan in aliquibus specialibus cāsibus, in quibus supradicta locum non habent, quorum quatuor retulimus ibidem, concl. 2. Et in sequenti 3. & 4. explicauimus quādo ad suam defensionem, ne dum danda sit reis indiciorum ex processu resultantium copia, verum & reuelanda testium dicta, & nomina, in casu quo graue aliquod sibi immineat periculum. Multa ad hoc propositū dicta sunt, quæ consulto facimus missa, cum videri facilè possint ibidem.

Tertia Conclusio.

ETiam aduertere oportet regulares Prælatos, & visitatores, quam maximè, quod non † omnes rei æqualiter sunt torquendi, sed quidam grauius, alij verò leuius, iuxta personarum qualitatem, & delicti, & indiciorum ex processu resultantium. Hæc etiam conclusio latissimè explicata, atque probata est in arti. 15. supradictę quęst. 26. concl. 3. vbi & adduximus iuxta communem Doctorum sententiam, omnes torturæ gradus qui pręstari siue exhiberi possunt reis, multisque est dictum, qualiter in hisce rebus iudices, atq, Pręlati se debeant habere, & insurreximus contra quosdam carnifices, & crudeles, contra ius, & omnem prorsus rationē reos crudeliter, atque immaniter extorquentes. In sequenti etiam concl. 4. diximus quinam tantum iudices siue Prælati facultatē habeant à iure reos extorquendi (nec enim hoc omnibus concessum est absque discrimine) & addidimus reos vtcumque legitimè indiciatos, haudquaquam esse torquendos quando per eos eiusmodi indicia, per alia contraria, legitimasve probationes sufficienter fuerint euacuata: ad quod propositū multa, eaque notatu dignissima ibidem licebit reperire. 4

Quarta

Quarta Conclusio.

5 PRælati Regulares, † & visitatores, ad præstandum tormentum reis, non debent noua, insitata, & exquisita quærere tormentorum genera, sed solitis, & communibus vti. Hæc etiam conclusio satis manet explicata, & probata, in arti. 16. supradictæ quæst. 26. vbi & dicta sunt multa notatu dignissima aduersus contrarium facientes, & exquisita tormentorum genera procurantes, & exquirẽtes. Vbi per plures conclusiones, adducta & explicata sunt omnia ferè tormentorũ genera, quæ communiter habentur in vsu, ac dictum qualiter eisdem sit vtendum, & apposita est praxis, quę habetur in præstanda tortura reis, & à quo primo sit incipiendum, quãdo plures simul veniũt torquendi. Multaque alia ad hoc propositũ dicũtur ibidem notatu dignissima, quæ consulto facio missa, vt non iterum, atque iterum dicantur. Sed quam maximè oportet eandem Prælatos Regulares, & visitatores consulere, antequam veniant ad suorum subditorum torturam, vt planè sciant hisce in rebus qualiter se debeant habere.

Quinta Conclusio.

6 ADuertant præterea † Prælati Regulares, & visitatores, quod reorum confessio in tortura emanata, aut etiã metu tormentorum extorta: nulla est, & nullius prorsus valoris, atque momenti, nisi postea de nouo sponte extra torturam fuerit ratificata. Hæc etiam conclusio, superq; satis manet explicata, & declarata in artic. 17. supradictæ quæst. 26. vbi per tres conclusiones (meo quidem videri) reperire licebit breuiter, & compẽdiosè omnia, quæ ad hoc propositum possunt desiderari. Et in vltima Hispano coti scripta sermone, apposita est forma ratificationis confessionis in tormẽto siue tortura factæ, qualiter sit facienda, quibus pręsentibus, & à quibus subscribenda. Et in sequenti art. 18. diximus, qualiter tortura prædicta reiterari possit, si reus prima vice non fuerit sufficienter tortus, aut si primò confessus fuerit delictum, & postea in ratificatione illud negauerit: & quod in hunc effectum poterit primò & secundò, necnon & tertiò torqueri, in casu quo id ipsum multum videatur necessarium, quãuis non quartò. Videantur quæ ibidem sunt dicta, vltra quę nihil de nouo dicendum occurrit.

Sexta Conclusio.

SI tortura sufficienter † fuerit illata, aduertant Prælati Regula- 7
res & visitatores, quod per illã purgata esse censentur indicia omnia, vtcunque sufficientia, & legitima, quæ contra reum præcesserint ad eandem inferendam: qua quidẽ ratione, sic (vt præmittitur) tortus, in totum diffinitiuè debet absolui, aut saltim aliqua pœna arbitraria cõdemnari, ratione indiciorum, & præsumptionum, quando supradicta indicia non in totum visa fuerint purgata. Pro hac conclusione, & ijs quæ ad ipsius explicationem, & probationem pertinent, videatur art. 14. supradictæ quæst. 26. vbi meo quidem videri reperire licebit, omnia quæ ad hoc propositum possunt desiderari. Excitata est etiam ibi difficultas, an per torturam prædictam sufficienter illatam, purgata esse censeantur indicia vrgentia, & indubitata, & elidantur etiam plenè probationes? Qua quæstione, hincinde ventilata, atque discussa, conclusionem apposuimus mixtam, sub distinctio-

ctione respondẽtes, & dicentes quod licèt per superius dicta purgata esse
8 censeantur † quoad pœnam ordinariam, non tamen quoad extraordinariam: qua quidem ratione & in eo casu, reus vtcunque sufficienter tortus, quando talia fuerint indicia, pœna aliqua extraordinaria potest, & debet puniri. In sequenti verò ar. 20. qui est vltimus, dictum est à nobis qualiter rei semel & iterum possunt torqueri, ad habendas aliquas qualitates delicta, & crimina ipsa aggrauantes, necnon & reuelandos, & manifestãdos socios, siue complices, mandatores, consultores factores, siue receptatores: & qualiter in eo casu interrogationes fieri debeant, de quo etiam dictum est latissimè qu. 87. art. 4. agendo de testimonio socij criminis. Quæ omnia multum sunt notanda, & latius videri poterunt in locis prædictis.

ARTICVLVS II.

Qualiter Prælati Regulares siue visitatores se gerere debeant erga reos sibi subditos, inquisitos denunciatos siue accusatos, vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue?

Prima Conclusio.

9 PRælati Regulares † & visitatores, in iustitia administranda, ac puniendis sibi subditis, quã maximè procurare debent, quod iudicium suum, vt (habetur Psal. 16.) è vultu Dei prodeat: & nec esse debent nimium rigidi, aut plus nimio mansueti. De hac conclusione, & multis ad hoc propositum spectantibus, videantur quæ latissimè diximus q. 27. a. 6. concl. 1. vbi (ni fallor) reperire licebit omnia, quæ in id ipsum possunt desiderari. Solummodo libet aduertere, id quod in eodem articulo in secunda conclusione est dictum nempe iudices omnes Ecclesiasticos, & sæculares, in processuum examine, & causarum determinatione, curare debere, quam maximè ne nimium sint celeres, atque præcipites: sed magno pondere cuncta considerent atque perpendant, vt multis iuribus & Doctorum auctoritatibus satis commendatum est ibidem. In sequentibus autem conclusionibus, tertia, & quarta, dictum est etiã quod omnia processus acta proprijs oculis debẽt subijcere, ea semel, atque iterum, per se ipsos legendo, vt adnotare possint, quæ maiore fuerint consideratione digna. Et in sequenti concl. 5. & 6. dictum est etiam pro vniuersis iudicibus, quod ipsorum æquitas nõ à capite, aut imaginaria esse debet: quin verò semper regulata iure, & specialiter pro Prælatis, & iudicibus Ecclesiasticis diximus, quod in puniendis suorum subditorum delictis, & adhibendis eisdem pœnis, non principaliter ad pœnam, punitionem, siue vindictam debent attẽdere, quin verò potius ad eorũdem correctionem, & emendam: quæ omnia quam maximè sunt notanda, & quæ in ipsorum comprobationem dicuntur ibidem.

Secunda Conclusio.

PRælati Regulares † & visitatores, tam superiores, quam inferiores, in suis iudicijs semper seruare tenentur naturalem legẽ, & ea quæ à iure naturali habent ortũ, atque originẽ. Pro hac conclusione videantur quæ latissime diximus q. 27. art. 1. concl. 1. vbi & explicauimus quid sit ius naturale, & diximus, illud esse omninò dispensabile. Quo fit vt in illo, & legibus illis, quę ab ipso ortũ habẽt, & originẽ, iudices (etiã supremi, & superiores) haud 10

quaquam possint dispensare. In sequenti autem art.concl.3.& 4. agendo de alijs legibus ciuilibus siue canonicis positiuis,& ius naturale non cōtinentibus, diximus quod,quamuis Principes quantum attinet ad proprias suas operationes non teneantur se ipsos secundum prædictas leges scriptas, ius naturale non continentes iudicare: bene tamen alios,iuxta ipsarum intentionem, & mentem, licèt non semper quantum ad id quod continent in çortice. At quod propositum dicta sunt plura de æquitate,& epicheia, (quę est iusta legis interpretatio) quæ videri poterunt ibidem:vbi & positum est discrimen,quod versatur inter Principes ex vna parte, & iudices inferiores ex alia quantum ad hoc quod est non secundum legis verba iudicare.

Tertia Conclusio.

11 PRælati Regulares, & visitatores,† semper tenentur sententiam proferre, secundum allegata,& probata. Pro huius conclusionis intelligentia simul, & probatione,recolere oportet, quæ sunt dicta in art.2.q.27. In cuius 1.2. & 3. notabili diximus;quid debeat facere iudex, Prælatus Regularis, siue visitator, quando sibi puniendus offertur aliquis innocens, testibus noxius comprobatus, maximè si aliud facere non possit, quam innocentem damnare, vbi pluribus adhibitis remedijs,tandem conclusimus, quod tenentur eiusmodi innocentem,certò sibi cognitum, probatum tamen nocentem,iudicialiter damnare iuxta sententiam D. Tho.& multorum grauissimorū Doctorum (quidquid nonnulli alij contrarium dixerint) quod probauimus multis efficacissimis rationibus,& ad omnia in cōtrariū adducta, congruas quin verò & concludentes adhibuimus responsiones.

Quarta Conclusio.

ADuertant Prelati Regulares, & visitatores (etiam supremi) quod non possunt † punire quempiam ex sua particulari 12 scientia,nō citatum, aut indefensū; quamuis sciant illum esse noxium, absque eo, quod id ipsum testibus legitimis, comprobetur, ni forsan in certis quibusdam particularibus casibus. Pro hac conclusione videri oportet,quæ sunt dicta in art.3. suprà dictæ q.27 concl.1. vbi conclusionē prædictam efficacissimis rationibus comprobauimus, ostendentes id ipsum esse de iure naturali:quo nihilominus non obstante, in sequentibus cōclusionibus 2.& 3.nonnullos adduximus casus, in quibus iudices saltim supremi, reos noxios, & criminosos, sine citatione, defensione, & constructione processus,in fragrā ti crimine repertos punire, atque damnare possunt,vel si sibi euidēter constet nullas sibi defensiones posse competere, aut si ita potentes sint, quod capi non possint: in quo casu Principes summi iubere possunt eosdem occidi, nulla expectata defensione. Ad propositum plura dicūtur ibidem,quæ haudquaquam pigebit legisse. In sequenti autem art.4.excitata est difficultas pro iudicibus sæcularibus, an necessariò executioni debeant mandare, leges iubentes noxios criminosos,atque malefactores occidi? Ad quod propositum in medium adduximus Vvaldensium errorem, asserentium non esse licitum iudicib. malefactores occidere,quorum sententię(iuxta aliquos)concinnere visus est olim Scotus, sed eundem ab eiusmodi noxa liberantes, conclusionem adhibuimus affirmatiuam, qua diximus iudices sæculares,necdum posse, verum etiam, & debere,executioni tradere, leges iubentes

bentes homines noxios, criminosos, & malefactores occidi: quam & multis Sacræ Scripturæ, & Doctorum auctoritatibus, nec non & efficacissimis rationibus comprobauimus, satis faciennies argumentis quæ pro alia in contrarium parte adducuntur.

Quinta Conclusio.

PRælati Regolares & visitatores (etiamsi sint supremi) non possunt licitè relaxare reis pœnam à iure taxatam, pro illis criminibus, quæ vergunt in præiudicium tertij non prius interueniente consensu partis læsæ: ac simul existente iusta & rationabili causa. Et quod dictū est de remissione, & relaxatione pœnæ, intelligendum est etiam de eiusdem diminutione, quantu attinet ad iudices inferiores, nec enim possunt ipsi (ni forsan in aliquo speciali casu) pœnam reis à iure constitutam minuere, quamuis id facere possint superiores, & Principes, iusta interueniente rationabili causa. Pro hac conclusione videre oportebit, quæ sunt dicta in art. 5. concl. 1. q. 27. vbi ostendimus, hanc esse sententiam D. Thomæ, & omnium Doctorum communiter. In sequenti tamen con cl 2. diximus quod parte læsa acceptam iniuriam remittente, & ab accusatione desistente: iudices superiores siue supremi, bene possunt reis pœnam à iure taxatam remittere, multoque melius minuere: dummodo id ipsum non vergat in damnum Reipublicæ, & communis boni, quin verò & iuxta probabilem quorundam opinionem, addidimus id etiam facere posse inferiores iudices ex iusta, & rationabili causa. Quorum vtrunque multis probauimus rationibus, quin verò & nonnullis iuribus, quibus dicitur, quod in exequendis pœnis à iure indictis, multum semper iudicum arbitriore relinquitur. Quam visquoad vltimam partem de iudicibus inferioribus nō nulli contrarium dicant, & ipsos neque etiam ex causa, & nullius tertij
interueniente periculo, haudquaquam 10
posse legum pœnas ordinarias alterare, minuere, siue immutare: multoque minus in eisdem dispensare, nisi consulto Principe, aut nisi mutationis, alterationis, minutionis, siue dispensationis causa, cohæreat eidem delicto commisso: de qua controuersia videantur quæ dicta sunt ibidem. Vbi in sequenti tertia conclusione diximus, quod quando pœnæ alicuius remissio, immutatio, siue alteratio, in damnum, & præiudicium vergit Reipublicę, aut boni communis, non possunt iudices (etiam supremi) vllo modo in illa dispensare, & contrarium facientes proculdubio peccant mortaliter: quod multis probauimus rationibus, & Doctorum auctoritatibus, sed præsertim Nauarri in rubric. de iudicijs, vbi tenet peccare mortaliter, non solum Principes, & Monarchas contrarium facientes: verum etiam & illos, qui eosdem rogant id ipsum vt faciant, & remittant aut minuant reis pœnas à legibus taxatas sine iusta, & rationabili causa: ad quod propositum reperire licebit ibidem plura, eaque notatu dignissima. In cuius conclusionis fine diximus etiam summatim, ac breuiter, quænam sint causę, quę mouere possunt Principes, siue superiores iudices, ad minuendas reis pęnas pro suis delictis, & peccatis debitas. In 4. verò conclusione sequenti, pro iudicibus tam secularibus, quam Ecclesiasticis, diximus, quod quamuis interdum minuendi, immutandi, siue alterandi delictorum pęnas habeāt arbitrium, iuxta eorundem varias qualitates, & circunstantias, non tamen debēt passim corporales, in pecunia-

rias commutare, propter scādalum, & malum exemplum quod ex inde posset suboriri. Ad quod propositū (sed maximè pro delicto, cui pęna mortis correspondet) ibidem dicuntur plura, quæ iudices sæculares nimium expediet memoriæ commendare.

Sexta Conclusio.

14 PRælati Regulares † & visitatores aduertere debent, quod in sententiæ prolatione tria esse debent conformia, nempe libellus, probatio & sententia, quæ nūquam proferenda est priusquam omnia processus acta. ritè ac rectè fuerint examinata, & penitus introspecta: scire vt possint quem debeant condemnare, quem verò absoluere. Pro hac conclusione videantur quæ diximus in art. 6. supradictæ quæst. 27. conclu. 8. vbi & aduertimus, quod quando ex parte rei alicuius aduersus iudicem, Prælatum, siue visitatorem, iurisdictionis siue incompetentis iudicij exceptio fuerit proposita, non prius ad proferendam sententiam debent procedere, quam super prædicta sua iurisdictione, & potestate fuerit pronunciatum: exprimēdo, & declarando se esse competentes iudices Et quia interdum à principio, aliquando verò ante sententiæ prædictæ pronunciationem: solent recusari: etiam aduertant quod in recusatione eadem obseruanda sunt ad vnguem, ea quæ à nobis sunt dicta in prædicto libro ordinis iudiciarij, q. 21. art. 2. concl. 5. 6. 7. & 8. vbi ad hoc propositum reperire licebit multa, eaque notatu dignissima. Ad vlteriora autem procedendo, in sententia eadem ferenda, quæ ipsi debeant obseruare, siue processus fiat per viam accusationis, siue vero iudicialis denunciationis, aut verò inquisitionis, dictum est in prædicta quæst. 27. art. 6. Et in sequenti 7. tradita est forma, qua formanda est sententia diffinitiua, condemnatoria, siue absolutoria, & ad maiorem abundantiam posita est Hispano sermone.

ARTICVLVS III.

Qualiter Prælati Regulares & visitatores se habere debeant erga sibi subditos, quando diffinitiuam sententiam proferendo, pœnam purgationis canonicæ eisdem imponunt?

PRo huius articuli † intelligentia recolere oportet, quæ dicta sunt quæst. 28. per plures articulos. In quorum primo explicatum est quidnā sit prædicta purgatio canonica, & in quē finem fuerit introducta: vnde habuerit ortum, & originem, & an modò etiam sit in vsu? In secundo autem sequenti articulo, explicatum est, quibus in casibus de iure communi loquendo, indicenda sit purgatio canonica quādo illa vti opus fuerit, & quænam in id ipsum sint requisita: sicut itaque occasione de eo casu, in quo quis publica laborat infamia, nec potest conuinci, vel etiam non accusatur (qui omnium est communior) dictum est quid requiratur ad iudicium sufficientis infamiæ, quò pęna prædictæ purgationis canonicæ alicui possit indici? Qua de re plures sunt adductæ Doctorum opiniones, & circa infamiam prædictam dicuntur multa, quæ quam maximè erit expediens videre. Quibus sic præmissis, circa modum, & formam seruandam in indicenda prædicta purgatione canonica, sequentes statuuntur conclusiones. 15

Prima

Prima Conclusio.

16 IS cui purgatio † canonica indicitur, coram Prælato, siue iudice iurare tenetur, se non commisisse delictum, de quo est infamatus, inquisitus, denunciatus, siue accusatus: quod si delictum perpetratum reperiatur ab alio, iurare etiam debet, necdum ipsum non illud fecisse, verum nec mandasse, consuluisse, fauisse, aut ei auctoritate dedisse. Circa conclusionem prædictam videantur, quæ dicta sunt in artic. 3. quæstio. 28. vbi probata est nonnullis iuribus, ac multis Doctorum auctoritatibus.

Secunda Conclusio.

17 IN prædicta purgatione † canonica facienda, concurrere etiam oportet aliquos testes compurgatores, qui & iurare debent (non quod reus delictum illud non commiserit) sed de credulitate, & quod ipsi ita esse credunt, & verum iurasse eũdem. De hac conclusione videantur, quæ dicta sunt in dicto tertio articulo, vbi & explicatum est multis, quales esse debeant testes compurgatores, & quantus ipsorum numerus: in quo concludendo diximus, quamplurimum tributum esse à iure, Prælatorum, siue iudicum arbitrio.

Tertia Conclusio.

18 SI purgandus † apud totum populum fuerit diffamatus, purgatio canonica prædicta facienda est in publico, aut verò tantum coram clero, si apud clerum solummodo fuerit diffamatus, & in vtroque casu fieri debet coram iudice, siue Prælato, aut visitatore, & testib. De hac etiam conclusione videantur, quæ dicta sunt in supradicto ar. 3. conc. 3. vbi comprobata est multis iuribus, & Doctorũ auctoritatibus, ac traditum pro generali regula de mente Diui Augustini, quod corripiẽda sunt coram omnibus, quę peccantur coram omnibus, illa verò secretius, quæ peccantur secretius. Qđ satis esse videtur rationi consonum, vt tollatur scandalum, & vt non delictorum debita punitio, cum aliorũ offendiculo perperam prætermitti videatur. In sequenti verò art. 4. per duas conclusiones est dictum, quidnam sit prædictæ purgationis canonicæ effectus, & qualiter debeat puniri is, cui indicta est eiusmodi purgatio, si in eadem defecerit, tam in casu, quo fuerit accusatus, quam in casu, quo solummodo fuerit inquisitus, aut denunciatus. Ad quod propositum explicauimus quis dicatur, ac meritò diiudicari debeat in purgatione deficere. In articulo sequenti 5. excitata est difficultas, an scilicet accusari possit quispiam, de crimine, de quo iam fuit iuridicè purgatus? Pro cuius resolutione aliquas apposuimus conclusiones quam maximè notatu dignas.

ARTICVLVS IIII.

Qualiter Prælati Regulares & visitatores habere se debeant, in deferendis legitimis suorum subditorum appellationibus, cum aliquando ad alios superiores appellare eosdem contigerit?

PRo huius articuli † intelligentia recolenda sunt, quæ latissimè habentur dicta quæstio. 19 29. per plures articulos, quibus breuiter, atque resolutiuè comprehensa est tota appellationum materia. Nam in primo explicauimus, quid & quotuplex sit appellatio, & quinam eiusdem effectus. In sequenti verò secũdo, quo iure fuerit inuẽta,

&ꝗ

& an ea sit de iure naturali? Ad quod propositum dicta sunt multa, quæ quam maximè expediens erit videre, sciri vt possit quod appellatio prædicta, quantum ad substantiam (quamuis de iure sit naturali) quantum verò attinet ad formam in eadem seruandam, non ita: sed solummodo de iure positiuo. Quo fit vt Principes: siue supremi iudices, quamuis appellationem omninò tollere non possint, cum (vt videtur) expediat ad propriam reorum defensionem, & quod sit de iure naturali, siue gentium: possunt tamen tollere & immutare ea, quæ spectant ad eiusdem formalitatem. In cuius rei comprobationem in sequenti tertiò articulo multis explicatum est, quibus in casibus licitum sit subditis à suorum superiorum sententijs appellare, seu (quod in idem redit) eorũ iudicium, iniquitatem, siue imperitiam, per iustas appellationes declinare. Quod specialiter in sequenti articulo quarto dictum est etiam de religiosis viris, & in controuersiam adductum est, appellare an sibi liceat, cum à suis Prælatis, siue superioribus grauantur? Vbi multis hincinde ad eiusmodi propositum adductis, per congruas conclusiones determinatum est, quibus in casibus illis liceat, prohibitumve sit appellare: tam loquendo de iure communi, quam de iure speciali, & ex suis particularibus priuilegijs, quæ (vt credo) hac de re habentur iam in religionibus cunctis. Postmodum in sequenti art. 5 actum est de tempore, intra quod eiusmodi appellatio sit interponenda, & qualiter id ipsum fieri debeat: & an in eiusmodi appellatione grauaminis causa necessariò sit exprimenda, appellationis libellus, quid continere debeat; & ad maiorem abundantiam apposita est expressa appellationis forma, Hispano sermone conscripta. Ac tandem in articulo sexto, quibus in casis appellatio p[...]ssit, aut non possit interponi? Quibus sic præmissis, solummodo superest dicamus, an iudices siue Prælati regulares & visitatores, legitimis appellationibus teneantur semper deferre, & qualiter id ipsum sit faciendum: quibus difficultatibus respondetur per sequentes conclusiones.

Prima Conclusio.

PRincipes non semper tenentur (etiam legitimis appellationibus) deferre: quin verò interdum possunt statuere aliquos casus, & causas, in quib. iudices inferiores appellatione remota ad sẽtentię executionem possint procedere. Pro hac conclusione videantur quæ sunt dicta in septimo articulo supradictæ quæstio. 29. conclus. 1. vbi id ipsum explicatũ est, & dictum quod nõ per id tolluntur à reis iustæ, & naturales defensiones; nam eo nihilominus non obstante, semper remanet illis recursus ad superiores per viam supplicationis, seu quod dicitur simplicis querelæ. In sequenti verò conclusio. 2. dictum est, quod quãdo à Principibus, & supremis iudicibus præcipitur inferioribus, vt in aliquo negotio, vel causa procedant omni appellatione remota, intelligendum id est, non solum de appellationibus friuolis, verumetiam & de legitimis, si factæ non fuerint in casibus à iure expressis. Ac tandem in sequenti conclus. 3. est dictum, quod iudices, & Prælati inferiores semper tenentur deferre legitimis appellationibus, quæ d[...] fecerint in casibus, in quibus ipsæ locum habent: ex communi omnium resolutione peccabũt mortaliter: quod probatum est multis iuribus, & Doctorum auctoritatibus.

Se-

Secunda Conclusio.

21 APpellatio à sentententijs † inferiorum ad superiores, interponi non potest, aut debet omisso medio: quin verò gradatim est facienda. Pro hac etiam conclusione, videantur quæ dicta sunt in articulo octauo supradictæ quæst. 29. conclus. vnica, vbi id ipsum probatum est multis iuribus, & rationibus, ac dictum id omni esse iure cautum, tam canonico quam ciuili. In sequenti verò articulo nono, per plures conclusiones dictum est, quonam modo grauatus appellans, appellationem suam coram iudice inferiori teneatur prosequi, & iudex superior ad quem appellatur: inhibere debeat inferiori. Et ad maiorem eorum abundantiam, apposita est supradictæ appellationis forma Hispano sermone conscripta. Ad quod quidem propositum reperire licebit plura, eaque notatu dignissima, quæ quam maximè oportebit recolere. Post quæ prædicta omnia in sequenti quæst. 30. per quinque articulos explicatum est, quidnam sit processus, ac tradita est generales forma, quam iudices, siue Prælati obseruare tenentur in formandis processibus, contra reos inquisitos, denunciatos, siue accusatos, necnon & quando à principio ex officio procedunt, notitia habita alicuius delicti. Quæ cum iterum, atque iterum repetere minimè videatur expedire, consulto à me præsentiarum prætermittuntur, vt videantur ibidem. Et hæc dicta sufficiant pro prædicta praxi criminali, canonica, & regulari, quibus Regulares Prælati, & visitatores (vt credo) sufficienter remanebunt instructi tam quoad theoriam, quam quoad praxim, facileque scire poterunt qualiter se habere debeant in suis visitis faciendis, formandis processibus, & puniendis suorum subdictorum delictis.

Soli Deo honor & gloria.

Angelus Cantinus I.V.D. Correct.